27 † Primo ex parte delinquentis, q puniret in filiis,& in nepotibus,& sic pœna traheret ultra suos limites. Secũdo, & fortius ex parte filiorũ q sine culpa plectunt punirentur dupli ci pœna. Primo pęna ĩfamiæ,& incapacitatis quãtũ ad seipsos. Secũdo punirent altera pœna grauiori pp punitionem suorũ filiorum iuxta rõnem auctoris, & sic pœnæ seueritas maxime temperanda in eo q nõ deliq̃t extenderet,qđ reuera esset contra oẽm æquitatem & iustitiã,& in talib. benignior assumẽda est interpretatio uulg l. pſes. & l. interpretatiõe. ff.de pœnis. & ppea Bal.in l. moueor, C. de seruis exportam. dicit q in talibus benignius debet esse iudicantis aĩus,& idẽ Bald.in pcibus.C de impub.& aliis substi. pulchre inq̃t qđ pro liberatione iudicantis aĩus semp inclinari debet.& ppea singlr uoluit Barb. consil.60.in 1.uol.quem refert Decius in c.1. fi col.de const.qđ in materia criminali eligenda est,& sequenda opinio q̃ liberationi faueat etiam si esset singularis.allegat in simili singulare dictum Host.in c.si uir.de cogn.spiritua.tex.in c.fi.de re iud.cũ si.& præsertim ubi p illa opin.sunt meliores rõnes, & fortiora fundamenta.c.capellanus,ibi subtiliorib.&c. de feriis.l.§ sed neq;.C.de uete iur. enucleã. cũ simiiibus. Ex q̃bus oĩbus elicio hãc cõclu

28 sionem † q uidelicet pœna incapacitatis, & infamiæ inflicta filiis p l.q̃squis, non trahat ad nepotes tanquam ueriorẽ, & æq̃orem in causarũ decisionibus amplectẽdã, puto maxime in consistorio principis in quo ẽm æquitatem procedi debet. & non ẽm legem scriptam rigorosam, ut singlr tradit Bart. in p̃senti.C. de his q ad eccles. confug. & Francis.de Aret.in l.si seruũ.§ sequit. ff. de uerbo. oblig.& facit qđ uoluit Bal.in l.fi.C.de legi. qđ tradit idẽ Bar in l. una C.ut q desunt ad: uoca.cũ plerisq; similibus q̃ congerit Fely.in c.ad petit.de accus.& alibi sæpe Doct.

1 *Pœna legis. quisquis, quæ infligitur filijs, an locum habeat in iam natis.*

2 *Delictum patris quo inseruitutem redigetur, filijs postea natis duntaxat nocere præsumatur.*

3 *Qualitas odiosa patri superuenient, filijs antea natis nou obest.*

4 *Natura rerum testis optimus.*

5 *Iura antiqua in filiorum ob dalicta parentum punitione corriguntur per noua.*

6 *Crimen læsæ maiest. põt per mulieres denunciari.*

7 *Interpretatio passiua restrictiua legis ciuilis per quã legem potius quam per canones fieri debet.*

8 *Qualitas quæ naturaliter inest, difficilius tollitur quàm ea quæ accidentaliter.*

QVAESTIO VII.

Septima quæstio quæ in hac materia pro

1 ponitur est,† An uidelicet pœna l. quisq̃s habeat locum in filiis iam natis.in qua quæstione quidquid dixerit auctor tractatus breuiter concludendum puto quod pœna d. l. quisquis non habeat locum in filiis iã natis, & hæc opin.primo cõprobabit auctoritate. Secundo rõne,& auctoritate,uidelicet Pe.de Bellap.doctoris citramõtani excellẽtissimi, & Cyn. de Pistorio q fixo pede in tenuerunt in d.l. q̃squis.quã etiã tenuit ibi summus practicus Ioan.Fabr.sequit et Ang.licet Auctor illũ allegauerit in contrario,& male,& hãc cõclusionem tãquã benigniorẽ, magis fauorabilẽ,& æq̃orem sequit,& dicit amplectãdam optimæ cõscientiæ uir. Ioan.de Anania in c. uergentis,de hæret.& in effectu ut esse cõior cõclusio:& huiusce cõclusiõis rõ,& fũdamẽtum assumit primum p l. 2. quam allegat auctor.C.de lib.& eorũ lib.ubi formaliter dicit

2 † q delictum patris pp quod ipse se seruitutem redigitur nocet filiis dũtaxat postea natis,& non ante,ratio est ẽm Bald q̃a qui postea nascunt hi contrahũt originem à linea iam infecte.ita dicit ibi Bald. in 1. col.3. nouer f.item not.ex quo ad ppositum infert q cum filiis delinquentis in crim.læsæ maiest.

ca

ea rõne puniunẽ ꝙ originẽ ex sanguine infe
cto trahunt, qua rõne criminis paterni exem
pla in eis metuuntur qua rõnẽ formalr̃ assi
gnat Cy. in l. fancimus. C. de pęnis. Io And.
in reg sine culpa. de reg. iur. in sexto, & Saly.
in d. l. q̄squis. & formalr̃ Phil. Dec. in sæpe al
leg. cons. 64. quam rõnem in simili assignat
tex. in peccato primi parẽtis. in §. sed his exẽ
plis. 4. q. 1. qđ duntaxat postea nati q ex san
guine infecto nascnntur, & nõ antea puniũ
tur. Secundo facit, q̄a si rr̃e dignitas patris nõ
prosit filio antea nato, ut duntaxat hi ab ea
qualitate paterna priuilegiẽtur, q postea ade
ptã cõcepti sunt uulg. lege emancipatũ. §. fi.
ff. de senato. & tradũt oẽs post gl. in l. imper.
§. his illud. C. de nup. Bart. in l. senatores. de
dignitati. lib. 12. & in l. q̄cũq; de princ. agen.
in rebus. eo. lib. & in l. filium senatoris. ff. de
3 senato. cũ simil. à fortiori, † nec qualitas odio
sa debet cõtrahi in antea natis. sed dũtaxat in
nascituris. Nec obstat l. moris. § .fi. ff. de pœ
nis, l. spurii. §. 1. ff. de decurio, quia ille leges
loquũtur ut filii pœnã euitẽt. tũc. n. cõprehẽ
dũtur ẽt antea nati, aliàs secus ut in iuribus
allegat. Tertio, ꝓ hac cõclusione facit l. 1. §. fi.
ff. de bono. pos. cõtra tab. l si ne cẽ. §. si depor
tatur. ff. de bonis liber. q̄. tradũtur ĩ l. diuo. C.
de q̄st. cũ similib. quibus iuribus cautũ est ca
sum suꝑuenientẽ patri non debere obesse fi
liis antea susceptis, nec reddere illos incapa
ces successionis, & ẽ cõis cõclusio, ꝙ ĩ odio
sis maxime superueniẽs macula patri nõ so
let nocere filiis antea natis, & sic etiã nãliter
uidemus ꝙ uitiũ nãle patris non solet infice
re filios antea natos, sed dũtaxat post natos
quasi ex cõceptione infecta cõtrahatur uitiũ
sic ẽt casu ĩ d. l. q̄squis. sumptũ delictũ imita
tionis morũ paternorũ, ꝓuenit ex ĩfecta origĩ
gine cõceptionis in qua pr̃ tribuit formã rõ
ne cuius filii ab eo censentur oĩno deriuari,
& quantum ad declinationem nãlem simi-
les patri effici. sed qualitas quæ superuenit
patri post natiuitatem filiorũ non põt infun
di in antea natis, & cõceptis qui receperunt
formã ante infectionẽ parẽtis ſm qualitatem
tũc in pr̃e existentẽ, & ista est ratio nãlis ſm
quam licet arguere. ut pulchre dicit Iure con
sultus in l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu
sa tut. & curat. in uerbo, ex ipsa nãli iniusti
tia. & ꝑꝑea dicit Bal. in l. testium. C. de testi.
in 7. col. † ꝙ non possumus hr̃e meliorem te
4 stem q̄̃ rerum nãm, & ꝑꝑea legem pedagò
gam naturæ appellat Ang. in cons. 110. in
cip. sanctissima, & illustrissima regina, & ꝑꝑ
ea Bal. in l. una in principio. C. de cadu. toll.
dicit ꝙ optimus legis clipeus est rõ nãlis. un
de idem Bald. in l. quoties. C. de suis, & legit.
hęr. dicit ꝙ uirtus legis est in rõne natura-
li q̄a lex speculaẽ in natura, & ꝑꝑea Bal. in
consil. 465. incip. circa quæst. 5. parte pulchre
dicit, quod ratio naturalis quę est ratio cer
ta, & indubia habetur pro lege scripta, & est
idem quod iustitia naturalis, & ideo præua-
lent rõnibus coniunctis, sitque in proposi-
to cum ut dixi ſm naturã in antea natis non
possit qualitas infectionis infundi, nimirũ si
delictum paternum eis non noceat, quia cũ
nõ sint nati in uitio; nõ p̄sumũtur ita infecti.
& licet illa l. q̄squs. loquaẽ indistincte, tñ dẽt
recipere interprerationẽ, & a natura ipsa, &
à legibus antiq̄s loquentibus in simili mate
ria, per quas leges nouæ limitantur, & restrin
guuntur. gl. uulg. in l. sciendũ. ff. qui satisdare
cogan. & gl. in auth. offeratur. C. de litis cõte
sta gl. in § .sed hodie, instit. de satisda. & in §.
suscepto. in auth. de exhib. reis. colla. 5. Bart.
in l. sed, & posteriores. ff. de legibus, & ĩ l. oẽs
populi. ff. de iustitia, & iure, pulchre Ioannes
de Imo. in l. si uero. §. de uiro. ff. soluto matri
monio, & Alex. consil. 105. uol. eum simili-
5 bus, † & presertim ubi agitur de correctione
iuris antiqui ut in ꝓposito, ut supra dixi, cor
riguntẽ iura antiqua in punitione filiorũ, tũc
em̃ ẽt si in lege noua esset opposita clausula,
non obstãtibus quibuscunq; legibus, dr̃et il
la lex noua declari ꝑ antiquã. ut uoluit gl. ual
de singularis ĩ auth. de hæredi, q̄ ab intesta. ĩ
prin. ĩ uerb. uacãtib. col. 9. & idẽ firmat Bar.
in extrauag. ad reprimẽdã. in uerbo, non ob
stãtibus. Lud. de Ro. cons. 322. & alibi sæpe
Doct. & cũ presertim hic agatur de odio irra
tionabili, & p̄iudicio tertio inferẽdo sine cul
pa quo casu summa debet fieri restrictione
q̄s indebite dãnũ patiatur, ꝑ id qđ dicit gl. sin
gul, quã ibi summe no. scrib. in l. si. §. in cõpu
tatione. C. de iure delib. & tradit in propria
materia Frãc. de Are. cõs. 39. in fi. ubi allegat
quotas alias, tũ ẽt q̄a eadem rõ limitationis,
ut dixi uersatur hic sicut in aliis iuribus, ut
ẽt deduxit Ioan. de Ana. in d. c. uergentis. de
hær. q hãc opinionẽ expresse tenet, & firmat

Non obstat fundamenta quæ per auctorẽ
in contrarium adducuntur quę suo in effectu
quatuor. Primo, dum dicitur qđ necesse est.

l. quis

l.quisquis.intelligi de antea natis, eo quia quasi inutilis esset in postea natis. cũ tex. di. cat pater gladio feriat.& sic non põt intelligi de postea natis. ex quo pr̃ mortuus est, nã admiror,& nõ parũ ꝙ tam leue fundamẽtũ
6 auctor adduxerit,† qppe cõiuratio in principem,uel ꝓditio patriæ põt longo tp̃e manere inulta.uel qa tales ꝓditiones soleãt occulte,& secrete fieri, qua rõne lex uoluit ut per mulierem denũciari possent l. in qõnib.ff.ad l Iul.maiest.ubi tex.singularis loqtur de Iulia muliere q̃ detexit coniuratione Catil. uel qa ꝑꝑ potẽtiam,uel alias tales cõspiratores non pñt facile deprehendi, & ꝑ longum tp̃s nonnunq̃ liberi à pœna relinquuntur , quo tp̃e non est dubium qn possint concipere liberos.licet postmodũ puniant̃ capite.& ideo argm̃ auctoris non cõcludit,qa cõclusio quã supra tenuimus loquit̃ in liberis natis ante crimẽ,& non post crimen ante sñiam , & sic nihil ad propositum.& eadem rñsio satisfacit põderationi,tex.d.l.quisquis. in uer. uxores. ubi loquit̃ de lucris applicãdis filiis. Nam dẽt intelligi de filiis susceptis post crimẽ cõmissum.& l.fi.de bon.ꝓscr.in uer.ad posteros nihil facit,quia loqtur in pœna cõfiscationis q̃ nimirũ si transeat ad filios ẽt antea natos ut supra diximus in præced.qõnibus. Secundo adducitur text.in c.statutũ.de hæret. in 6 & in c. felicis. de pœnis.eo lib. cum quibusdam aliis.in quibus dicit auctor esse expressum in criminibus de quibus ibi crimini lęsæ maiest. fm eũ ęquiparatis pœnã q̃ imponit filiis hr̃e locum ẽt in filiis ante crimen commissum natis.Nam esto,ꝙ illa iura ꝑ eum allegata de necessitate ꝓbarent,tñ non põt inferri ꝙ ita
7 sit ĩ proposito nr̃o.† Primo quia ubi, agit̃ de interpretatione restrictiua passiua legis ciuilis,illa debet potius fieri ꝑ alteram legẽ ciuilem,q̃ per ius canonicum , eo qa in hñtibus symbolũ. facilior est tñ̃situs.ita in simili e legãter concludit Petr.de Anch.cõs. 93. incip. ista dña.Idem Petr.de Anch. in cons. 324. incip.uiso pũcto,col fin.& idem tradit.Paul. de Castr.in consil.130.incip. dubitatur primo. col.5.ubi dñt,ꝙ ubi agitur de interpretatione restrictiua,uel declaratione alicuius legis municipalis,illa debet potius assumi si possit ex alia lege municipali q̃ ex lege scripta.eo qa in hñtibus symbolum, &c. & sic in ꝓposito infertur,ꝙ declaratio l. quisqs. potius debet fieri ex aliis legibus ciuilibus, q̃ ex decretalibus.Secundo rñdetur , & ut late diximus in qõne de filiabus longe diuersa ratio militat in crimine hæresis, q in crim.læs. maiest. Tertio dicit , ꝙ ratio l.quisqs, magis militat in filiis antea natis,q̃ in nascituris , eo quod illi uiderint mores paternos, & potuerũt ex cõuersatione assidua magis paternorũ morũ imitatores effici,nã rñdemus, ꝙ illa cõuersatio salua sua pace dixerimus,nõ est ita fortis sicut infusio qualitatis quæ nãliter imprimitur in cõceptione,ut q nati sunt post infectã uolũtatem patris eius imitatores ꝑsumãtur, illa qdẽ q̃ ex cõuersatione ꝓuenit , suꝑuenit accñtaliter,cuius effectus facile tollit̃ ꝑ punitionẽ paternam ꝑꝑ quã filii retrahunt à delicto,unde difficilius tollitur,ut patet de ꝑ se
8 † quod nãliter inest ut in filiis postea natis, q̃ quod accidentaliter inest rõne conuersationis in filiis antea natis.Nõ ob. pariter dum dicit,ꝙ alia ratio erat in l.2.C de lib. & eorũ liber.q̃ in d.l.quisqs.qa grauius est crim. læsæ maiest.&c.nã licet istud crimen in se grauius sit,tñ quantum ad pœnã filiis infligendã eadẽ ratio militat in uno sicut in altero , eo ꝙ originẽ trahant à linea iam infecta. Quarto, & post remo.deduxit gl.in c. ut cõmissum §. denique.de hær.cũ qbusdã aliis gl. ꝑ quas uult inferre,ꝙ in crim.læs maiest. hñte in punitione filiorũ spãlem rõnem nõ debet dispõ noua,l.qsqs limitari ꝑ alia iura.loquẽtia ĩ aliis criminib. nam unico uerbo rñdemus, ꝙ fundamẽtũ suũ ꝓcederet nisi utroq; casu eadem rõ militaret sicut ĩ casu sub̃o esse supra apte demõstrauimus. & ita formalr̃ rñdet Io. de Ana.in d.c.uergẽtis.Ex qbus concludendũ puto hanc opin.tanq̃ æquorem , & benigniorem esse amplectẽdam in causarũ decisionibus ꝑ ea quæ diximus supra in fine præced.quæst.

1 *Princeps an possit filio restituti à pœna criminis læsæ maiestatis gratiam concedere, ut delictum patris reincidentis ei non noceat.*

2 *Rescriptum remittens pœnam ante delictum commissum est nullum.*

3 *Prohibitus ninum portare, censetur prohibitus portare lege nam causa degustationis.*

4 *Statutum est nullum quod pœna pecuniaria punit homicidium.*

5 *Remissione pœnę prohibita,prohiberi censetur eius diminutio.*

6 *Filius pro patre puniri non debet,secundum legem naturæ.*

7 *Obligatio*

7 *Obligatio naturalis ex tacito consensu del Elsinest*
8 *Pœna ante delictum ommissum remitti potest, & qui ex alieno punitur delicto.*
9 *Filij legitimi efficiuntur per oblationem curiæ,*
10 *Princeps in his casibus dispensare potest, in quibus & legem condere.*
11 *Homicidium quando, & quali pecuniaria pœna puniri possit.*
12 *Dolus præsumptus futurus remitti potest, non autem uerus.*
13 *Mens principis manifesta est omnino obseruanda,*

QVAESTIO VIII.

1 Ctauo quęritur † nunquid princeps possit filio eius qui alias incidit in crimen læsæ maiest. & fuit restitutus p̄sertiuā cōcedere grām, ut si pr̄ reincidat (filio dummodo patri non præbuerit assensum) delictum paternum non noceat, & in effectu est quærere, an princeps ante commissum delictum possit remittere nam quæ imponitur filio ex delicto paterno, & q̄a tenuissime in hac q. salua sua pace dixerimus locutus est auct. examinabimus hanc q. ad utranq; partē. Et primo p̄ parte negatiua, ꝙ princeps non possit facere talē grām, adduco ultra allegata p̄ auct. decis. singularē Bal. in l. eam quā. C. de fideicom. col. 12. ubi punctualiter ad propositū dicit qđ princeps non pōt fingere circa impossibile, ut q̄a cōtra bonos mores, & infert ꝙ non pōt legitimare spurium anteq̄ nascat̄, eo qđ pr̄i spuris futurū dolum remittere uideret̄, & daret occasionem delinquendi, subiiciens ꝙ licet delicto cōmisso possit remitti, pœna tñ antea non, q̄a remitteretur pœna, & reatus, p̄pea Saly. post Iac. But. in l. cast. C. ad l. Iul. de adul. dice
2 bat † ꝙ rescriptum dans remissionem pœnæ infligendæ ante cōmissum delictum non ualeat, q̄a inuitat ad delin quendū, & q̄a remissio fit pœnitēti, sed pœnitere, & opari simul stare non pn̄t, q̄ rō ultimo loco posita militat, & in filiis, in q̄bus ſm Salyc. delictū præsumptū punit̄, & sic eis dolus futurus p̄sumptus remitti uī, qui nō uī posse remitti sicut nec uerus dolus, ut singlr̄ dicit Paul. de Cast. in d. l. si unus. §. illud. ff. de pac. Secundo cōfirmat̄, q̄a princeps non pōt aliquid turpe, uel in honestū facere, q̄a licet sit dn̄s legum, nō tñ est dn̄s morū, ut singulr̄ dicit Bal. ī peculio suo sup̄ Inn. & facit qđ idē tradidit in l. 2. C. de ser. & aqua. & in §. ual. si feudū, in ti. si de feud. fue. contr. Quia oē quod tēdit ad māın delinquendi est turpe q̄buscunq; nobis p̄latis, ut singlr̄ dicit Bal. in l. 1 in 6. col. C. de his qui pœnæ nom. sed in p̄posito daret̄ occasio delinquēdi, saltē facilius cum pr̄ magis amore filiorū q̄ timore p̄priç pœnæ à delicto retrahi possit, ut dedu cit auctor. igit̄ talis remissio non uī ualida. uñ prohibita remissione pęnæ principali delinquenti ne tribuat̄ occasio delinquendi uī p̄hibitū oē præparatorium. p̄ p̄ qđ facilius perueniret̄ ad illud, arg. l. oratione ff. de spons. quod tradit gl. in l. itē q̄a. §. fin. ff. de pac. uñ elegāter Bal. inquit in l. 1. C. q̄ res
3 uend. p̄hibent. † ꝙ p̄hibitus portare uinum p̄hibet̄ portare amphorā degustationis grā. idē Bal. in c. nā cōcupiscētiā. de cōst. pulchre dicit ꝙ p̄hibitū in termino p̄hibet̄, & in uia. sed in pr̄e in quo pœna terminatur istud prohibet̄, ergo & in filio p̄ quē si impunis remaneret posset ad delictum uia p̄parari, oīno n. tollenda est occasio delinquendi l. si à reo. §. itē qđ uulgo. ubi Bar. ff. de fideiuss. l. cōuen. ff de pac. dotal. l. 1. cū gl. de eo qđ certo loco l. incōmodato. in prin. ff. cōm. gl. in l. scire. C. ut in poss. leg. & p̄pea elegāter. dicit Bart. in l. cū lex. ff. de leg. & in l. oēs pop. de iust. & iu. ꝙ qñ lex pœnam remittit, intellr̄ p̄ p̄teritis casibus, & nō pro futuris, ne p̄stetur occasio deliquēdi, & sequit̄. Alb. in ult. parte stat. q. 56. incip. similis qō. Ang. in cōsi 62. incip. ex themate. in 2. dub. Saly. in l. 2. per illum text. C. de gn̄ali abol. & alibi sæpe Doct. & p̄pea
4 dn̄t Doc. ꝙ non ualet† statutū imponens pęnā pecuniariā pro homicidio, eo ꝙ occasio delinquēdi p̄staret̄, ut no. Host. & Abb. Mod. in c. fi. de cons. Alb. in 2. parte statut. q. 122. incip. itē q̄ro, cum sim. ut tradunt. Io. de Ana. & Mod. ī rub. de hom. & p̄pea tradit̄ pro firma cōnclusione ꝙ p̄ legē, uel statutū non pōt introduci, ut filii spurii succedāt eo ꝙ pr̄es facilius delinquerēt, & allicerentur hoīes ad delictū. ut tradit Fed. de Senis in cōs. 330. ordine meo ubi ita cōsuluerunt Iac. Butr. & Pau. de Leaz. sequitur Bart. & ibi Ioan. de Imol. in l. testamenti factio. ff. de testa. Bald. in l. 1. C. de iure aureorū annulorū. & late Ioan. And. ubi multa iura allegat in addit. Spec. in ti. de success. ab intest. uersi. quid si pater. circa finem. & Petr. de Anch. in c. 1. q. 11. princ. de consti.
5 Confirmatur † fortius quia ibi prohibetur remissio pœnæ, & illius diminutio uī prohibita

hibita: quia et q̄n pœna consueta minuitur, occasio delinquendi præstari dr̄. licet totum pœna non tollatur, ad hoc allego text. singularem in l. in operis. C. de pœn. sicque cum in ꝓposito diminueret̄ pœna patris ex remissione facta filio p̄staret̄ occasio delinquēdi, quare ex oī capite talis pœnę remissio non uideret̄ ualida. & hæc sunt q̄ longe magis astringunt q̄ꝫ q̄ per auctorem deducuntur salua sua honorificētia diximus. Quibus tñ non obstātibus cōtraria cōclusio est uerissima, & ītrepide tenenda, qđ uidelicet ualeat tale rescriptum ꝑ qđ pœna remittit̄ filiis, q ex alieno non ꝓprio puniūtur delicto, imò tale rescriptum est summæ ęquitatis, & iustitiæ. cum. n. supra diximus in q̄st. de filiab. l. illa quisquis, contineat odium irrationabile, & quandā tyrannidē sapiat respectu filiorum qui nō deliquerunt, gratia in cōtrarium cōcessa ualde fauorabilis (eo ꝙ ꝑ illam ad ius primæuū na-
6 turæ, & ciuile antiquum redeatur, † s̄m quæ non debet filius ꝓ patre puniri) cēsenda est, & ideo est ualde ampliāda, per id qđ dicit gl. singularis in c. statutū, de p̄ben. lib. 6. facit ca. ab exordio. 35. distinct. & uulg. l. si unus. §. pactus ff. de pactis, & ꝓpꝓea dicebat singl'r Panor. in c. ueniens, de p̄scrip. col. 6. ꝙ licet alias prælatus non possit iura ecclesiæ remittere, tñ si remittat tale ius ex cuius remissione redeat̄ ad primęuum ius, & statum ualebit, & tenebit remissio. & multa cōgerit Fel. in c. cum accessissent, de cōs. nemini dubiū ꝙ si pęna filiorum q̄ est causa ualde odiosa cum puniant̄ culpa aliena remittat̄, redditur ad ius primæuum diuinum, & ciuile anticum ut præmissum fuit ergo tale rescriptum, remissiuum illius pœnę maxime ualidū, & fauorabile cēsē-
7 dum est. Confirmat̄, † nam r'r in delictis dicimus inesse obligationē nālem ex tacito consensu, qui uṙ inesse in delinquendo facto ipso futuræ pęnæ cōsentire uideatur, eaque ratione maxime ad pœnam obligatur, ut tradit gl. in l. 1. §. fi. ff. de postul. & gl. in l. si seruus, ff de his qui not. infam. tex. sing. in l. Imperatores ff. de iure fisci, in uers. tu huic pœnæ te subdisti, q̄ obligatio non potest dici inesse respectu filiorū q̄n nec expresse uel tacite facto ipso pn̄t censeri cōsensisse pœnæ, & sic in eis oīno cessat causa obligationis ad pœnā, quare nimirū si remissio eis facta ualeat, & ꝓpꝓea lex dicit facile parcendū eis q non suo, sed alieno morbo laborant. l. lege. C. de natura. libe. uñ licet testator possit de bonis suis disponere ad nutum, quia disponat testator, & erit lex uulg. §. disponat, in authent. de nup. collatio. 4. tñ non potest facere ut ꝓ ꝑculpam uel negligentiam unius ex hæredibus suis, alius qui non fuit in culpa puniat̄ in sua portione hæreditatis, tam exosum iura habent, quod unus puniat̄ ꝓ alio. tex. est sing. in l pr̄. ff. de hære. inst. & ideo nimirū si lex cōtinens talē punitionem censeant̄ ualde rigorosa, quam princeps ꝑ suam gratiam moderare possit. Secundo expressus deduco ad propositum formalem decisionem Bal. in loco satis trito ui-
8 delicet in l rescripta. C. de prec. imp. † ubi dicit ꝙ licet principaliter delinquenti non possit remitti pœna ante cōmissū delictū, tñ bñ potest remitti ei q ex alieno delicto punit̄, quia tunc non uṙ quantū ad illū remitti dolus futurus, sed duntaxat pœna, alle. l. illud. ff. ad l. Aql. & l si familia. ff. de iuris. om. iud. Tertio adduco decisionē magis expressam Franc. de Are. in l. 3. in fi. 3. col. ff. de testa. ubi eleganter dicit qđ licet non ualeat cōstitutio disponēs aliq̄d ad fauorē delinquentis ꝑ quam datur materia delinquēdi, q̄a nō est honesta, & per conn̄s nulla, tñ si disponat principaliter ad fauorē alterius q nō est particeps delicti, licet aliq̄n pęna imponatur uni pro altero. ut ipse ibi loquitur in filiis spuriis qui puniūt ex delicto paterno constitutio principal'r edita in eorū fauorē licet uideat̄ dare occasionē delinquendi pr̄i esse ualida, & pro hoc uṙ tex. quē ipse adduxit in auth. quib. mo. natu. effi. sui §. ff. in uerbo, nō utendo, ubi dicit tex. ꝙ Constantinus promulgauerit quādā legem super spuriis nascituris in eorū fauorē, ad quā imperator nō habet respectū, q̄a non utēdo perempta est, & sic dat̄ intelligi ꝙ ante q̄ꝫ tolleret̄ ꝑ nō usum erat ualida & hoc probatur in eo
9 auth. primus modus ubi imꝑator statuit † ut per oblationē curiæ filii efficiant̄ legitimi, & succedant patentibus, quæ lex uṙ dare occasionē pariter delinquendi, & sequeret̄ ꝙ non ualeret. c. cū h̄ret. de eo qui duxit in matrimoniū. ubi permittit̄, immo de necessitate, pater tenetur alere filios spurios, quæ tñ permissio uṙ ampliare habenas cōcupiscentiæ, sed quia principal'r sit in fauorē filiorum qui punient ex alieno delicto ualet. debemus n. attendere principalem intentionē. & quod principaliter agit̄ l. si quis nec causam. ff si cer. pet. l. q exceptionem. ff. de condi. inde. & ideo in princi-

pe Bal.concludit in l. cunctos populos C. de sum.Trin.& fide cath qđ posset per legẽ permittere ut relinqueretur filiis spuriis,& tñ non est dubiũ quin daretur occasio delinquẽdi pri. igitur à fortiori si posset legẽ cõdere, & corrigere iura contrariũ dicentia & omnino tollere poterit dispensare in casu particulari, unde Mar.Soz.in c ad audientiã, pen. char. de ho.
10 in uersi 5.artic.dicit † ꝙ in oĩbus casibus in quibus princeps põt legẽ condere ipse potest dispensare,immo facilius. nã legatus nõ põt contra leges statuere,& tñ dispensare põt,ut tradũt But.& Imo. in clem. 2.de rescrip. per gl ibi,& sequitur And.Soc.in c cũ oẽs, de cõst. qui.n.cõdere põt,& relaxare iuri.uulg. & cũ princeps per legẽ gñalem posset si uellet, & de hoc non est dubiũ cum sit mere ius positũ in totã legem quisquis qm̃ ad pœnã filiorũ abrogere, ergo à fortiori in aliquo casu particulari poterit contra illã dispensare,ea præsertim ibi non ex toto deletur pęna paterna, licet,n statuta quæ tribuerent remissionẽ futuri delicti non ualeant,tñ qñ diminuũt de pœna statuta, qa adhuc remanent aliqua pœna ꝑꝑ quã põt quis retrahi a delicto ualent talia statuta, ita singlr tradit Nel.in 1. parte 2. tpis in suo tractatu de bannitis q. xi. ubi elegantissime loquitur,refert,& sequitur Io. Bap. de S.Seuerino in repet. l. omnes populi ff. de iustitia & iure, sed in proposito non ex toto pęna patri remittitur, sed dũtaxat diminuitur, non principaliter, ut dixi ad fauorẽ filii non delinquentis, & hoc est qđ dicebat Bal. in §. iniuria.de pace iuramen. firman. ubi dicebat
11 † qđ licet cõiter concludatur non ualere statutum quod imponit pœnam pecuniariam pro homicidio, & remittit corporalẽ,tñ si illa pœna pecuniaria sit magna,ut uerisilr ꝑꝑ illam quis possit retrahi à delicto ualebit tale statutum,& sequitur Pontan. in suis singularibus,& allegat tex.nota.ad ꝓpositũ in §.pęna.inst.de iniur.sed in proposito pęna, q̃ ultra pœnam filiorũ debet imponi patri, q̃ est pœna mortis,longe grauior quacunq; pecuniaria,non est dubiũ qn possit patrẽ retrahere à delicto,ergo ualet remissio pęnæ filiorũ, non n. est dubium quin in talibus maior sit ptãt principis quam legis uel statuti, ut pulchre Bal.tradit in auth.hoc amplius, C.de fideicommis.& facit l.si diuina domus, cũ ibi no.C.de exacto.tributo.lib. 10. cum simil. & huit fundamento rñdeat auctor uel Apollo.

12 Cõfirmatur,& fortius,† nã licet dolus uerus futurus nõ possit remitti iuribus cõibus, tñ dolus ꝓsumptus futurus remitti põt ita singr dicunt Io And.in nouel.& An. de Butr.in c. fraternitatis de testibus, & idẽ uoluit Bal.in l 1.in fi.C.de usufruct.& facit gl singula.in l. ubi extigitur.ff.de eden. q̃ elegãter dicit ꝙ licet minor nõ restituatur adue sus dolũ uerũ,tñ restituitur aduersus dolũ ꝓsumptũ,sed in ꝓposito ꝓut d l.quisquis,est in uerbo metuunt.præsumptus dolus, & malitia filiorũ punit q ꝓsumuntur imitationes morũ paternorũ,potuit aũt ille futurus dolus ꝓsumptus remitti. ergo,& pœna.Nec ob.ꝙ non sit apposita clausula nõ obstãte,&c.qa ubi cõstat oĩno de mẽte principis nõ est opus illa clausula non obstante,ut uoluit elegãter Bal in rescripta. C. de preci.impera.offe.si bñ põderentur eius uerba,& ꝓpea Anton.de Butr.in c. ex parte, de
13 for.cõp.dicit † ꝙ ubi cõstat de mẽte principalis illa oĩno obseruanda est quamuis dura. licet non sit apposita clausula,nõ obstãte, nec debet referri ad ius cõe, & idẽ expressius tradit Domi in c.statutũ,in prin col. 4. in fi.de rescr.lib.6 sed hic cõstat oĩno de mẽte principis,&c Secundo rñdetur ꝙ ubi actus aliter nõ põt ualere nisi de plenitudine ptãtis,tũc princeps ita faciẽdo ꝓsumitur uelle illa uti, ut pulchre tradit Paul. de Cast in lex imꝑfecto. C. de testa.Mod.in c.q̃ in ecclesiarũ,ubi alleg.alias cottas,de cõst.sed s̃m mentẽ auctoris tractatus non uideretur nisi ex plenitudine ptãtis potuisse concedi hæc gratia ꝓseruatiua:ergo princeps ille ꝓsumitur usus cũ aliter ualere nõ posset eius cõcessio. Ex præmissis ẽt patet facilis solutio ad argumenta in contrariũ adducta ꝙ uidelicet daretur occasio delinquendi nã ex prædictis plene põt rñderi, & ꝓpea nõ insisto, sed finaliter cõcludo talem ꝓseruatiuã gratiam optimo iure ualidam censeri dẽe.

1 *Literæ principis gratiosæ in curia præsidis non integratæ, an prosint ei, qui eas obtinuit.*

2 *Impetrans literas principis gratiosas, ante integrationem illis se iuuare poterit, si opus fuerit.*

3 *Gratiæ principum executionem secum trahentes, non indigent alia executione.*

QVAESTIO. IX.

1 NOno quæritur auctor † An literæ hmõi si non fuerint integratæ in curia præsidis uel alterius magr̃atos possint, & de-

beant ꝓdesse ei qui illas obtinuit in qua q. ēt multa deduci possent, sed hīc concludo, ꝙ defectus ītegrationis ī casu subiecto, ubi nō agebatur de præiudicio tertii, & sic non erat opus causæ cognitione in concessione grǣ nō impedit effectum literarū, quippe in aliis literis ēt remissionum, uerū est ꝙ requirit integratio, quia ēt literæ important causæ cognitionē, cum agaī de præiudicio tertii, sed in proposito ubi agebaī de simplici dispensatione gratiosa, & de solo p̄iudicio cōcedētis, non erat opus aliqua causæ cognitione. Ita pulchre tradit Inn. in c. nisi cū pridē in fi. de renūc. Bal. in l. fi. C quib. res iud. non nocet. Panor. in c. cū olim. de re iud. & ibi late Fely. & alibi sæpe Doct.

2 † Secundo rñdemus, & ꝑemptorie, ꝙ ēt ubi esset opus integratiōe añ illā poterit impetrans se tueri ex sua grā, ad hoc adduco qđ in simili tradit Paul de Castr. in l. mulier. §. non est dub. ff. ad Treb. & in l. si cred. C. de fideic. ubi dicit ꝙ si bannitus obtinuerit grām ut cancelleī à bāno, poterit illa uti ēt anteq̄ realī cācelleī, ita ꝙ si ex statuto ꝑmittebaī impune offendi, nō poterit tunc ꝑꝑ suā grām, licet nō fuerit executa offendi,

3 † qa in gratiis principū, maxime q̄ secum trahūt executionē, ut in remissione de qua proposito, non est opus altera executione, qa ꝑ se oꝑanī effectū, ut in simili in priuilegiis tradit Bal. in c. ad aud. de præscrip. & faciūt multa q̄ cōgerūt Mod. Pap. in l. quoties. C. de rei uend. quare cōcludo qđ in propositonō erat opus aliqua executione quam secū lřæ trahebant, cum non ageret de alterius præiudicio, nisi solius cōcedentis, & ita debet intelligi, & limitari stylus qui allegatur per auctorem.

1 *Filius cui princeps concessit ut non obstante paterno delicto succedere possit ī oībus iuribus, &c. an possit extraneis succedere.*

Legitimatio quæ fit respectu bonorum paternorum, non extenditur ad successiones collateralium

2 *Pœnæ ob delictum paternum remissio facta filio amplissime extendi debet.*

3 *Argumentum à maiori ī materia quantuncunque odiosa est ualida.*

4 *Extensio & si prohibita sic si tamen nō expressa sit in lege fieri potest*

5 *Dispēsationes odiosæ non sunt ampliandæ licet bene fauorabiles.*

6 *Ius quærendū facilius abdicatur, quam id quod iam quæsitum est*

QVAESTIO. X.

1 DEcimo quæritur, an † si per tales literas prīceps cōcesserit filio, ut nō obstāte delicto paterno possit ipse succedere in omnibus iurib. & bonis p̄rnis, an uideaī rehabilitatus, quantum ad successiones aliorū, v3 agnatorum, uel cognatorū, & cōcludit auct. trac. ꝙ illa grā vr̄ eē q̄dam dispēsatio odiosa, q̄ nō debet extēdi. allegat in simili. c primum de filiis p̄sb in 6 allegat ēt decisionē Ant. de But. in c. per uener. q̄ fil. sunt leg. ꝙ legitimatio facta respectu bonorū paternorū nō trahī ad successiones collateralium, & idē tradit Ang. & fortius quem ipse nō allegat cōs. 17. ubi dicit ꝙ anteq̄ ualeat legitimatio q̄tū ad successiones collateraliū, reqriī ꝙ īteruenīat illorū consensus, alioquin non ualet s̄m eū.

Sed his tamen minime refragantibus q̄ reuera nō obstāt in proposito, cōtrariū uerius de iure uī. & ad id dicendum moueor. Primum

2 † ꝙ v3 illa remissio pœnæ q̄ fit filio sit amplissime extēdenda, eo ꝙ per talē remissionē ad ius primæuū redeamus s̄m ꝙ in crim. læsæ maiest. nō puniebanī filii ex delicto p̄rno, quo casu ēt lex alias correctoria q̄ non debet extendi, dr̄et amplissime interpretari. gl. sing. alleg. in q. præced. in c. stat. in uerb. nu de p̄b. in 6. Ant. de Butr. in c. olim tibi, de uerb. sign. Alex. in l si cōstante. ad prin. ff sol. mat. Ias. in auth quas act. C. de sacros. eccl. cū sim. sicq. cū princeps remiserit pœnā futurā, & habilitauerit quantū ad bona p̄rna, debet trahi ad successiones aliorū, cū ut dixi sit ualde fauorabilis.

3 † Cōfirmaī qa in mā quantūcūq; odiosa bonum est argm̄ a maiori. l. nec in ea. ubi Barth. ff. de adult. l. in suis in fi. ff. de lib. & posthum. & per gl. in c. in lr̄is de rest. spol. & facit tex. in c. cū illorū, de sen. excōm. & in can. miramur 23 q. 1. & in l. qui ind. ff. de senat. & in l. si cui ex facto ff. de seruis export. & in l relegatorū §. solet. ff de inter. & releg. & in terminis in simili est tex. form. in c. per uen. qui filii sint legitimi. Si igitur princeps uoluerit, ut delictum paternum non noceret filio in bonis & iuribus patris, quibus magis debebat priuari, q̄ successione collateralium, à fortiori uī uoluisse remittere ēt quantum ad successionem collateralium, qđ maxime sine dubiōne procedit, ubi princeps assignat rōnem gn̄alem, utpote si forte dicat ꝙ non uult ꝙ filii sine culpa puniāī ꝑꝑ delicta pa-

terna

terna.tunc.n licet postmodũ duntaxat de iu ribus,& bonis patris faciat mentionẽ, extenditũ talis gratia ad oẽs successiones, eo qa rõ qua fuit motus concedens tendit ad sublationem effectualẽ radicis, pp quã rõnem licet extendere ẽt dispensationes odiosas ad non expressa,ut formalĩ uoluit Abbas. moder.in c.at si clerici.§.de adult. de iud.& licet Fel. in c.postulasti.de rescrip.uoluerit in hoc reprehendere Abb.tñ cõiter oẽs illum sequuntur. ut refert Dec.in d §.de adulteriis. & assignatĩ
4 † quia licet alias extensio prohibeatĩ, tñ si rõ sit expressa in lege fieri potest,quia tali casu extensio nõ uĩ,sed dispositio legis immediate reputatur,& ita in mã correctoria quæ est ualde odiosa, dicit Bald. in auth. quas actiones,col.1.in fin.uer. sed ego dico. C de sacro san.eccle.p tex. in his solis.C. de reuo.dona. ubi etiam Bal.in 1.no.& idem Bal in l.si quis seruo persuaserit.col. 2.uer.& adde.C.de furtis.& no.Ale per illum tex. in l.cum mulier. in 5.not.ff.sol.matr.Nam qñ in pluribus casibus una,& eadem rõ decidit oẽs casus, qa sicut genus comprehendit species, ita ratio gñalis diuersas species casuum cõplectiĩ, ut not.tradit Paul.de Cast.cons.334 præsens casus.col.2.Alex.in consi.75.uĩ col. 1.lib.5.& idem Bal.in auth.post fratres,uer. itẽ frater. C de legit.hær.& idem dicit in c. secundo requiris,in prin.de appel. Nõ obstat ꝙ licet eadem rõ si tamẽ uĩ extensio quia illud non est uerum data idẽtitate rõnis, sed haberet locũ si arguatĩ à siĩitudine rõnis,ut declarat Paul, de Cast.in cons.palleg.Confirmatĩ, qa iura q̃
5 dicunt † ꝙ dispensationes non sunt amplian dæ, intelligũtur de dispensationibus odiosis ad beneficia pp ambitionem restringendã c.quamuis de rescrip.lib.6.u bi uero essemus in alia materia ĩ qua posset fauor inesse. tũc debet extendi⁹, & latissime interpretari sicut alia beneficia principum, ita pulchre Panor. & ibi oẽs Moder.in illo.§.de adulteriis, idem Panor.in c.ad aures,de rescrip. sed in proposito non põt esse magis fauorabilis gratia q̃ ista,ut supra dixi⁹, ergo latissime debet extendi. quib. casibus duobus pmissis non pcedit dictũ Hostien.uulg in c.postulasti.ut ibi tradunt Moder.& in aliis iur.alleg.põt aũt ut diximus,in præced quæst. colligi mens, & intentia finalis principis,& rõ qua motus fuit, sm quam oportet regulare suam cõcessionẽ ex suis præfationibus, & uerbis proœmiali-

bus l.fin.ubi expresse no.Bal.& An. & Imol. ff.de hæred. inst Confirmatur † ulterius qa
6 si per restitutionem q̃ post delictum commissum conceditur recuperentur iura cognationis,ut est text.optimus in l.1 .§. qui mortis. ff.ad Tertul.& pbatur ẽt in l. .in fi.ff. de bona.pos.contra tabu.& ibi declarat Bart.& pariter recuperanĩ iura fideicõmissi, cuius non dũ dies cessit.l.arist.ff.de man. uindicta. & l. ex facto.§.si ubi late oẽs.ff.de uulg. maxime sm iura hodierna.ut tradit Bal. in l. cunctos populos.C.de sum.trin. & plenissime Soc.in l si cognatis ff.de reb. dubiis, ubi plenissime tangit,à fortiori ista remissio quæ fit ante delictũ cõmissum debet illud operari,qa multa impediunĩ fieda, &c.l.patre furioso.ff. de his q̃ sunt sui uel alie.iur.& facilius abdicatĩ ius quærendum quam ius q̃situm l q̃ aũt in prin. ff.de his q̃ in frau cred.Innoc.in c. admonet. de renunc.Fed.de senis. cõs.9 Car.& Imo. in c.1.de locato.Panor.in c.potuit. eo. ti. Alex. consil.14.uol.2.sed ante delictum cõmissum nõ erat aliis agnatis uel collateralibus q̃sitũ aliqđ ius exclusiuũ filiorũ,ex habilitate à successione.sed duntaxat erat quærendũ uel ut ipsi alii succederent uel ꝙ eis nõ succederetĩ q̃ fuit rõ motiua Ant.de Butr. igiĩ tale ius facile auferri potuit.Ex quibus concludo ꝙ in casu subiecto cõcurrentibus præmissis gratia præseruatiua ab incursu futuræ pœnæ extenderetĩ gñalĩ ad oẽs successiones, nec restringeretur pp expressionẽ bonorũ paternorum maxime ubi dĩ in iuribus, & prærogatiuis, &c qa iura,& prærogatiuæ patris, maxime qui est comes uel dux,sunt ut ipse,sit habilis ad oẽs successiones.& honores, &c. Ex quib. præmisit sunt resoluta fundamẽta in cõtrariũ adducta per auctorẽ, & ideo nõ est opus amplius insistere circa illorum solutionem.

1 *Gratia carere debet impetrata qui contrauenit cõtentis in ea.*
2 *Contractus principis quando habeat uim legis.*
3 *Sententia declaratoria requiritur in pœnis quæ sine executione infliguntur ipso iure.*
4 *Probationes liquidissimæ requiruntur antequam pœna priuationis incurratur*
5 *Delictum maius à paruo dignoscitur ex pœnæ qualitate.*
Petitio ueniæ non est sufficiens probatio delicti
6 *Actus sequens ad præcedentis actus declaratoriũ tendens quando suum sortiatur effectum.*

QVAESTIO XI.

VNdecimo quæritur si princeps in concesſione gratiæ præseruatiuæ apposuerit clausulam quod si filius cui fiebat gratia consentiret parti in proditione, uel conspiratione cōtra principem, uel faceret, seu consentiret aliquid qđ posset redundare in præiudicium principis esset priuatus eo ipso commodo suę gratie, an si filius tale quid postmodum fecisse reperiatur, ipso iure priuetur cōmodo gratiæ, in qua q̄one, & si possemus multa allegare cōtra auctorem, breui tum stringemus sty-
1 lo, & supposito pro uera cōclusione† ꝙ ex cōtrauentione ipso iure priuet effectu grãe, ut tradunt late Doc. Mod. in d. §. pactus ne peteret. l. si unus. ff. de pact. post Bart. quem auct. alleg. & idem Bar. in l. tale pactū. §. qui ꝓuoc. eod. tit. & latissime disputat in fi. Phil. Dec. cons. 144. cuius fundamenta referre pigeret, tñ ponderanda est ratio, in qua Bart. se fundat, & ceteri Docto. q̄ est, ꝙ qñ talis clausula apponitur ab hñte ptãtem legis cōdendæ, cū eius cōtractus ꝓ lege habeat, nimirū si actio ex delicto quæ semel extincta pacto priuatorum suscitari non pōt, ex dispōne tñ legis bene pōt suscitari, cuius uim cōtractus pricipis obtinet ex illo suscitetur, & illa est rō præcisa
2 scribentiū. sed ego reperio† ꝙ ita demū cōtractus principis hñti ptãtem legis cōdendæ hēt uiui legis qñ in ipso contractu exprimitur, ut singlr colligitur fuisse de mente Bart. in cons. qđ incipit ex facto ꝓponit ꝙ nobiles uiri pro ut eū refert, & sequit maximus Doc. Io Bap. de S. Seuerino in rep. l. oēs pop. ff. de iust. & iure, ubi ēt dicit ꝙ reperit istud dcm̄ relatum à qbusdā Mod. in l. 1. ff. de cōstit. princ. ideo ita dr̄et temperari cōclo auctoris qñ esset expssum ꝙ hēt uim legis, alioquin talis clausula uideretur regulanda, ut pactum priuatorū, sed circa id insisto, sed dico, qđ ubi talis clausula operaret superueniente reincidētia ipso iure priuationem cōmodi grãe requireret qđ liquidissime cōstaret aliqd tale esse cōmissum ex quo pœna priuationis gratiæ incurrebat, ut probat tex. sing. in l. in test. in princ. ff. de cōdit. & demonst. quem ita ad propositum Bal. alleg. in c. 1. qualiter dñs feudi propt. priu. & alibi sæpe. & facta liquidatione esset opus qđ ita declaretur per sñiam, uꝫ uasallum contra uenisse promissioni suæ. & ex hoc priuatum fuisse. nam per multa concludit Soc. in cons. incip. sæpenumero animo reuolui &c. quod edidit pro Florentinis, & est positū inter consilia Franc. de Cur. cons. 20. col. 11. in fi. & 12
3 per totum.† ꝙ etiam in pœnis quæ infliguntur ipso iure sine executione requiritur sñia declaratoria, quidquid dixerit Fely. in c. Rod. de rescrip. & in c. cum non ab homine, de iud. unde qñ reperitur aliqua sententia lata contra uasallum cui fuit gratia præseruatiua concessa, nisi exprimeretur causa rebellionis contra personam principis, non censeretur ex illa condemnatus, sed ex alia leuiori. ut probat tex. in l. preses. ff. de pœn. quem ad hoc alleg. Panorm. in c. aduers de excep. & hinc dicit gl. sing. in l. hæ. n. ff. de susp. tut. quod sententia quæ potest censeri lata ex causa irrogante infamiam, uel ex causa quæ non irrogat, ex ea causa tanquam leuiori lata præsumitur adduco etiam alteram gl. singularem in c si confirmationem, de elect. in 6. q̄ eleganter dicit qđ si non apparet quare fuerit cassata electio, in dubio præsumitur potius cassata ex defectu formæ, quam ex uitio electi tanquam ex leuiori causa, & minus nociua. & idem in simili tradit Rota deci. 14. in ant. Spec. etiam in alio casu simili. in tit. de offic iud. §. desinit uers. quid si reus ubi allegat. d. l. hęc enim, & in effe-
4 ctu est cōis conclusio quæ maxime in quæstione preposita procedit, eo† quod ad incurrendam pœnam priuationis, ut dixi, requirūtur liquidissime probationes super facto ex quo illa incurrenda est, nec est uerum quod sola incarceratio sit sufficiens ad probationē delicti huiusmodi, immo est ualde insulsum id dicere quia in carceratio potuit fieri ex alia causa etiam graui, quam ex causa delicti commissi contra principem, tum quia incarceratio non præsupponit plenam probationem delicti quia potest fieri ex solis indiciis, ut sunt iura tritissima minus ualet dum dicit quod condemnatio ad petendum ueniam satis demonstrat delictum fuisse commissum contra ꝑsonā principis, nā placet retorquere suum fundamentum cōtra eum, nā pœna, & delictum sibi adinuicem corrndent Bald. & Alexan. in l. 1. ff ne quis eum, & in l. decur. C. ex quib. caus. inf. irrog. & pulchre Anton. de Prato ueteri in quodam consilio, posito in fine primæ partis consil. Barb. ꝑ pea Barba. cons. 48. incip. præclare scribitur 1. Reg. in
5 antep. c. 2. part. dicit† ꝙ ex qualitate pœnæ cognoscitur maius delictum a paruo. pœna n. debet

debet cõmensurari delicto, ut per multa iura comprobat Bal. in c. 1. in 1. no. de uas. qui cõtra cons. Loth. sicq. est consequẽs ꝙ ex pœna imposita arguit quale fuerit delictũ, sed pœna petitionis ueniæ, uel quod iterato præstetur iurm fidelitatis, &c. non est pœna quæ solet & debet imponi ex factione, uel conspiratione contra principem, quæ longe grauior est, igitur non præsumitur fuisse tale delictũ, & de iure petitio ueniæ non est sufficiens ꝓbatio delicti gl. sing. in c. exhibita, de homicidio, quam exclamat, & seqtur Lud. de Rom. in l. 1. § nũciatio. ff. de nou. oper. nunc. & potius præsumendum est uasallum fuisse condemnatum ad petendum ueniam, ad placandum principis animum, forte motũ ex relatione maliuolorum, qui & plerunq; solent incolere principum curias, quam ex alia causa graui cõtra principem, quia tũc uerisimilius est, ꝙ maior fuisset imposita pœna, & istud maxime sine dubitatione procedit qñ postmodum per principem, & pares curiæ fuit declaratum talem uasallum fuisse immunem à delictis ei impositis, tunc n. est dubium quin sententia hmõi probet efficaciter uasallũ esse immunem à delicto, & ubi in uim declarationis non ualeret, operaretur de nouo effectum suum restitutoriũ, ut in simili traditur in l. si quis mihi bona. § sed quid si mandauerit ff. de acq. hær. & in l 3 in princ. ff. de acq.

6 poss. ubi traditur pro firma conclusione † ꝙ ubi actus subsequens tendens ad præcedẽtis actus declarationem, uel confirmationem non possit id operari, operabitur suum effectum de nouo qñ is dependet à sola uoluntate facientis, ut proposito ueniebat à sola uolũtate principis declarantis concedere grãm restitutoriam, & facere ꝙ etiam delicta hñentur pro non cõmissis, etiam quantum ad effectus præteritos, per gl. singularem in clem. 1. in uerbo pro infectis, de immun. ecclesi. & non est dubium quin talis sententia principis faciat ius apud omnes per late lecta, & not. in c. in causis, de re iud. & ideo stante tali sententia declaratoria non esset dubium.

1 *Prĩceps inhabilem ex delicto paterno tractans, ut fidelem uasallum, an censeatur eum rehabilitasse.*

2 *Princeps uasallum post feloniam commissam ut suæ curiæ parem uocans, an censeatur ei culpam remisisse.*

3 *Mens deliberata Principis colligitur ex actibus frequenter iteratis.*

4 *Patientia longi temporis nonnunquam obligationẽ, quandoque remissionem, & aliquando alios actus inducit.*

5 *Feudo ad dominum ex mora uasalli reverso si dominus eum recipiat ad iuramentum fidelitatis præsumitur more ingratitudinem remisisse.*

QVAESTIO. XII.

1 DVodecimo, & ultimo quæritur † nũqd si princeps illum qui erat inhabilis ex delicto paterno uocauerit, & admiserit atque tractauerit ut fidelem uasallum, amicum, & consiliarium, an eo ipso uideatur eum reabilitasse, & auctor tractatus dicit, ꝙ ista quæstio non habet dubiũ de iure, & ueiũ dicit pro contraria conclusione ꝙ uidelicet, ex tali admissione, & tractatione uasalli, uĩ purgata inhabilitas pro quo est tex formalis peregrinus in iure in l. sed si accepto usu togæ. ff. de iure fis. 1. ubi formaliter probatur, ꝙ obsides qui recepto usu togæ fuerũt reputati, & habiti ueluti ciues Romani efficiuntur capaces successionum actiue, & passiue, ubi alias essent omnino incapaces, & ꝓpea dicimus, ꝙ pater qui tractat aliquem ut filium uĩ eum talem approbare c. per tuas, de prob. capit. ex tenore qui filii sint leg. & formalius Bald. ad propositum in l. Imperialis. §. illud. C. de nupt. ubi dicit,

2 † ꝙ si princeps uasallum cõmissa felonia ut parem suæ curiæ uocauerit, & admiserit, uĩ eo ipso oẽm maculam abstersisse, non est. n. dubium, ꝙ actus superioris, uidelicet principis qui est in agere, & non pati. ut pote quia tractat ut fidelem recipit ab eo iurm fidelitatis, & facit similia, operetur effectum rehabilitationis, ut colligitur, & not. per Innoc. & Butr. in c. ueniens, de filiis presby. cõiter per omnes Doct. in cap. fraternitatis, de schismat. & communiter Doct. maxime Alexan. in l. quidam consulebant. ff. de re iud. & in l. idem Vlpianus §. fin. de excusat. tut. & maxime quando ita reiteratur tractatus, & recep-

3 tio ad iuramentum fidelitatis. † Nam ex talibus actibus reiteratis, magis colligitur deliberata mens principis per id quod dicit glos. in cap. si quis iratus, 3. quæstio. 1. Bald. consi. diuino schismatis, quod posuit super rub. C si quis aliquem testari prohibuerit. unde ex factis ipsis melius quam uerbis uolunt

luntas principis colligi potest l. ei qui. §. si tñ. ff. de ædil. edic. facit l. reprehendenda. C. de inst. & sub. c. 2 re quirimus, de appell. l. pro hær. §. fin. de acqu. hær cum simi. Nec obstat ille cle. si Rom & c. si Papa, quia loquitur in simplici nominatione quę adhuc fiebat ignoranter, hic uero in quæstione præmissa, non solum reiterata nominatio, sed tractatio commissio, & receptio diuin ainteruenit, ex quibus non potest inficiari quin mens, & uolũtas principis cui inhabilitas notissima erat fuerit rehabilitare Et posset ꝓ cõfirmatione huius opinionis adduci multa fundamẽta, q̃ elicerentur ex dictis scribentium in l. sciendum ff. de uerbo. oblig. & in l. si certis annis. C. de pac. & in l. qui in aliena. § 1. ff. de acq. hær. in quibus locis multas adducunt decisiones ad probandum, qđ † patientia longi tpis inducit nonnunquam obligationem, nonnunquam remissionem, & multos alios effectus operatur quos ibi Moder. deducunt Et ultra facit quod tradunt Doc. in l 2. post gl. C. de iure emph. & Cano. in cap. potuit. de locato ubi dicũt ꝙ si uasallus qui commiserat feloniam fuerit receptus ad fidelitatem per dñm uř felonia remissa. Et idem in simili tradit Bald. in cap. 1. tempore miles inuestituram feudi petere debeat, & idem Doctor. in cap. quę in ecclesiarum de constitu. ubi dicit, ꝙ † ubi feudum est reuersum ad dominum ex mora uasalli, si dominus recipiat eũ ad iuramentum fidelitatis uidetur remisisse ingratitudinem moræ, propter quam priuatus erat. Et infinita alia deduci possent, quæ breuitatis causa prætermitto, ex quibus præmissis concludo ꝙ dominus diutine tractans uasallum ut fidelem amicum, & consiliariũ, & passim illud admittens ad honores, & alia ut parem suæ curiæ, eo ipso uidetur omnem abstersisse maculam, & eum reabilitasse.

Hisce finem dicendis impono, & si longior fuerim quã deceret, mouit maxime, ꝙ quæ abundant non solent uitiare scripturas, sed intelligentium implere cisternas ut pulchre Bald. inquit in l. fi. in fi. C. de iur. emphy. fateor ꝙ pleraque, & pene innumera ad ꝓpositum deduci potuissent, sed locutus, & tempus non patiebantur plenius deliberandi cõsilium, ut inquit iureconsult in l. 1. ad fin. princ. ff. de exercito. opusq. quasi raptim ex ingenti occupatione exceptum fuit, ut, & tẽpus labor suppleuerit.

PRAECLARVS, ET ELEGANS *Tractatus de seditiosis, omnibus ciuitatum, uillarum, & castrorum, dominis. Scabinis, seu consulibus ac ceteris reip. administratoribus utilis, quotidianus ac necessarius. Per clariss. uirum domin. Nicolaum Boerij I. V. interpretem de Montepessulano, Christianissimi D. N. Francorum principis in suo excelso consistorio consiliarium ordinarium, nouiter æditus.*

SI summo ingenio parique fretus scientia, officiũ scribendi facile me implere posse crederẽ tñ tam arduum hoc opus ingredi sine magno difficultatis timore non possum. Scribendum tamen est. Cum temporibus decursus sæpe ortæ sint tunc in dies oriantur de ciuilibus, uillis, & Castris huius Christianissimi Francorum regni seditiones, tumultus, seu populorũ cõmotiones, aduersus illustrissimũ ac Christianissimũ principẽ dñm meum supremũ uel eius officiarios, cõsules ac administratores ciuitatũ, & locũ regni sui. Necnon alios terrarum dños, & quod peius, & ægre ferẽdum est in ecclesias, & ministros Dei. Cum longe grauius sit æternã quã temporalem offendere maiestatem. Quærit qua pæna tales seditiosis ueniãt de iure plectẽdi. Ideo Iesu Christi benedicti ac intemeratæ, & gloriosæ Virginis eius genitricis prius nomina inuoco, ut ipse piissimus Iesus media eius matre Maria ueritatẽ ponat in ore meo ipse. n. ad Moysen dicit. Ero semꝑ in ore tuo, & docebo te q̃d loquaris. Et ad suos gloriosos Apostolos ait. Dum steteritis ante reges, &c. dabit. n. uobis in illa hora q̃d loquamini cum ueritas super oĩa amãda sit l. cum ita legatũ ff. de cõd. & dem. tutores ueritatis esse debemus l. 1. C. de lati lib. tol. qm̃ omnia uera consonant, ut ait Arist. 4. Eth. ac ẽt uictoriam contra mihi emulos (quam eius gratia huc usque tribuit) Iuxta uirtutẽ mei nominis Nicolai (q̃ populi uictor dr̃) cõcederet dignetur signantes nos signo sacro sanctæ crucis.
1 † ad oẽm. n. actum, ad oẽm incessum manus pingat crucẽ, ut inq̃t Hiero. in 3. par. Epistola 41. c. 15. de contemplatione, oratione, & lectione, col. 2. & tex. cũ gl. in c. postea signat. de consecra. dist. 4. ubi gloss. refert illud quod dicit Diabolus de iudæo qui supra se fecerat signũ crucis. Inueni uas uacuũ, sed signatũ, & in

24 mus supra eo. q. 6. † Idẽ dicendũ est de his q faciunt schedulas, aut breuia, & ligaturas suspendẽdus, & deferẽdas ad collũ maleficiati, cũ cõtinent aliqd extrinsecũ siue extraneũ signũ character, aut nomẽ qd̃ nãliter nõ tẽdit ad cõclusionẽ, & ĩtellectũ aliorũ uerborũ, vr̃ ad opus sanctitatis, tũc iudicat̃ illud esse supstitiosum, & punibile, qa fieri non põt absq; suffragio, & instructione diaboli, ut dicũt supradicti Doct. in locis ꝑdictis, & habet̃ ĩ c. nec mirum. §. ad hæc oĩa, &c. 26. q.5. & ꝑ S. Aug. in lib. 21. de ciui. Dei, & ideo puniunt̃ his pęnis quas supra diximus hac ead. q. in membris proxime relatis. Quid si inter alia uerba uel nomina Dei q̃ istę maleficæ sępius describere faciunt in earum schedulis uel breuibus apposuerint hoc uerbũ, Deus Acharon. an sit uerbũ superstitiosum, & diabolicũ, dic ꝙ sic, qa illud est nomẽ Beelzebub principis dęmoniorũ, ut hr̃ 4. Regum 1. c. dum Elias monitus ab Angelo reprehendit Ochosiã regẽ sub his uerbis, nunqd non est uobis Deus in Israel ut eatis ad consulẽdũ Beelzebub Deũ Acharõ, ideo de lectulo sup quẽ ascẽdisti nõ descẽdẽs sed mortẽ morieris, qd̃ bene nota, qa sæpius istis schedulis, & breuibus hoc nomen. s. Deus Acharon reperies expressum, uide do. Ioan de Tur. crem. in c. cõtra idolorũ. 26. q.5. & do. Ioan. lec. in sum. cõf. eo. tit. q.11.
25 & 15. † Quid dicendũ de his qui sacrificant Mamonæ deo numerorũ ut diuiter efficiant̃, qua pęna sunt puniendi, dic ꝙ si est priuatus ipso iure oĩ officio, beneficio, honore, & dignitate, siue occultũ sic crimen siue publicũ, & ideo necessario indiget dispẽsatione si uult amplius celebrare, qdam alii dixerunt ꝙ qñ crimen est occultũ possunt agere pęnitentiã cõfitendo de pctõ̃ suum, & non incurrũt pęnam illam priuationis, & ideo non indigent necessario dispensatione, si uero crimẽ esset publicũ aut notoriũ, tunc incurrit irregularitatẽ, & priuationẽ ipso iure, & indiget dispẽsatione nihilominus ꝑcedens opinio vr̃ esse magis tuta ĩ foro cõsciẽtiæ ut qs petat dispẽsationẽ ẽt qñ crimẽ esset occultũ uide d. Ioã.
26 lec. in summa cõf. eo. tit. q. ult. † Vbi istis æqparat ẽt sacerdos q in sortilegiis immiscent sacramẽta ecclesiastica. s. oleũ sctũ̃ crismatis baptismi, uel extremæ unctionis, aut aq̃ fontis baptismatis eisdẽ pœnis puniunt̃ de qbus alias diximus supra ea q. laici uero de iure canonico prima vice sunt excõicati, & sunt à limine ecclesiæ repellẽdi, sed si post primã monitionẽ iterũ se ingesserint in eisdẽ, si nobilis est, cõdẽnantur ad ꝑpetuos carceres. ignobilis uero fustigatur publicetur cũ maximo decore, deinde in exilium condemnatur, ẽm quod habetur 26. q.5. si quis eps. c. aliquanti.

cum aliis seq Abb.tñ dixit in d.c.2.de sortil. ꝙ istorũ pœnæ erunt arbitrariæ mitigandæ alterãdæ neq; leuiandæ ẜm facti qualitatẽ, aut turpitudinem, seu scãdalum quod inde posset oriri, aut exortũ iam esset, itẽ ꝑsonarum condõnem, & aĩum delinquẽtis, aut ex simplicitate dr̃ lapsus in illud, & ad aliquem bonum effectum, ut hr̃ in d.c.2. extra eo.tit. uel si ex ꝓpria malitia aĩo aliquem decipiendi, & similia, ut ibi ꝑ Abb. latius dr̃, & diximus supra ꝓxime, uide tex. in c. sicut dignũ.
27 in prin. de hom. † De iure uero ciuili pro oĩbus sortilegiis hmõi est pœna ultimi supplicii. l. eorũ in prin. l. nemo, l. multi. & l. & si excepta. C. eo. tit. Exceptis sortilegiis quæ fiũt ad sanandum maleficiatũ, uel liberandũ aliquem ab alia infirmitate, aut incantandum hymbres, grandines, & fulgura ne noceant segetibus, arboribus, & plãtis, aut animalibus, & feribus eorũ, oĩa ista quæ ꝑsunt, & nõ nocent reb. tꝑalibus, aut personis ꝑmissa sunt de iure ciuili, & nullã pœnam merent̃, d.l. eorum. §. fi. & ibi Bar. C. eo. tit. & alias diximus supra. Vidẽdũ quoq; esset qd de diuinationibus q̃ fiunt ꝑ somnia ẜm illorũ interptatio-nem, ꝓut hr̃ in somniis Danielis, & per do. Albumasar in lib. quẽ fecit de interpretatio. somnio. de quibus late uide do. Ioan. lec. in sum. conf. eo. tit. q. 6. & qd dicẽdum sit de incantationibus serpentum illas uidelicet quæ
28 fiũt cõtra serpentes. † ubi dicas, ꝙ aut in illis ꝑcantationibus imploratur dũtaxat auxiliũ Dei simplr̃ cum deuotione absq; aliqua machinatione intrinseca, uel extrinseca, & non erunt reprobandę, imò cõmendandæ, aut in illis implorat̃ diaboli suffragiũ, ut sortiantur effectũ, siue tacite, siue expsse, & erũt illicitæ penitus, & dãnabiles, sed qualiter cognosci poterit an sint licitæ, uel illicitæ, & an, & qñ in eis implorat̃ auxiliũ dæmonis tacite, uel expsse, uel solius Dei, dic ꝙ est diligenter ad uertẽdũ ad uerba ipsa, itẽ ad modũ, ritũ & ordinẽ ipsius incãtationis, qa si in eis isunt aliqua uerba extranea, uel ignota noĩa, aut characteres, siue uerba q̃dã extranea q̃ non congruũt cõcłoni, nec naturæ uerborũ supradictorũ, nec pñt ẜm eorũ nãm aliqd opari circa effectũ de quo agitur, tũc opera ipsa dici non pñt, nisi supestitiosa, & diabolica, in qbus diabolus plurimũ opatur, & illius suffragiũ, saltẽ tacite inuocatur, ẜm ꝙ concludit. Io. lec. in sum. confes. eo. ti. q. 15. & diximus supra ea q. in illo art. de remed. q̃ fiunt contra maleficiatũ, & iõ isto casu puniẽdi erunt de iure canonico pœnis supra ꝓxime dictis. De iure uero ciuili nulla pœna erũt puniẽdi ex quo dictæ incantationes fiunt, ut ꝑsint. s. ne hoĩbus noceant serpentes. Verum, qa in istis sortilegiis amatoriis, maxime, & ueneficiis q̃ dñr fieri in corpore sępius interueniũt pocula q̃dam q̃ tradunt̃ potanda ꝑsonæ maleficiandæ q̃ cõiter appellari solent pocula amatoria aut ueneficia, ex quorũ potu qñq; præter spem, & intentionem tradentis mors absorbentis succedit, qñque uero non, ideo aliqua de ipsis poculis specialiter uideamus.

1 *Poculum amatorium ministrans qua sit pęna afficiendus.*

2 *Poculum amatorium qui ministrat punitur, si inde mors sequatur.*

3 *Pœna ultimi supplicij punitur quis quandoque pro homicidio sine dolo commisso.*

4 *Venenorum plures sunt species, quędam enim bona sunt, & quędam mala.*

Venenum dictio, medica est, siue promiscua.

5 *Venena non semper hominis necandi causa fiunt.*

Pœna legis Cornelię, de sicarijs, est hodie de pœna capitis.

6 *Fato non noxę imputantur, quæ absque fraude casu improuiso accidunt.*

Percutiens non occidendi animo mitius punitur.

7 *Venenum amatorium, uel sanatiuum, seu conceptionis non animo occidendi propinans, non punitur. Corn. de sicar. si mors secuta fuerit.*

8 *Venenum conceptionis bono animo propinans relegatur si ea quę illud assumpsit moriatur.*

Venenum amatorium, sanatiuum, & conceptionis, an & quo ad quid aequiparentur.

9 *Determinans ad plura determinabilia relatum. pariformiter illa determinare debet & nu. 16.*

10 *Poculum amatorium ministrans causa occidendi infantem in utero, & causa fornicandi, homicida est.*

11 *Poculum amatorium si ab aliquo proponetur quę in illo considerentur.*

12 *Pęna poculi amatorij quæ sit, si mors sequatur absorbentis*

13 *Venenum amatorium arte malefica confectum propinans, morte punitur, si mors sorbentis sequatur.*

14 *Venena amatoria, & sanatiua non facta arte malefica, nec ad malum finem propinans, non punitur morte.*

15 Pocula

15 *Pocula amatoria propinans quando puniatur, & quando non.*
17 *Opera facta malefica ualde sunt detestanda.*
18 *Medicus dans uenenum sanatiuum ægroto, an puniatur si ægrotus ex illo moriatur.*
Poculum abortionis, seu amatorium ministrans punitur, si sumens inde moriatur.
19 *Venenum conceptionis propinans relegatur, si ea quæ sumpsit ex hoc moriatur.*
20 *Venenum sanatiuum causa sanitatis immixtum medelis propinans non punitur, etiam si mors sorbentis sequatur.*
21 *Venenum ministrans sterilitatis, tanquam homicida puniendus erit.*

1 DVodecimo igitur nunc quæro. † Si qs ministrauerit, uel dederit poculũ amatorium mulieri ad flectendum eius pudicum animum ad libidinẽ, & calefaciendũ eius cor ad amandum uirũ prædictum, uel econtra, quid si mulier dederit poculũ uiro, ut amet ipsam licet hoc rarius cõtingat, qua pœna puniatur, qui poculũ ipm dederit Rñdeo, ꝙ de iure ciuili humiliores in metallũ damnãtur, honestiores uero in insulã, dimidia parte bonorũ suorũ cõfiscata, releganẽ, ita dicit tex. in l. si quis aliqd §. q abortionis. ff de pœ Clerici uero de iure canonico sunt priuandi. 26. q. 5. c. si quis eps. & ꝑ Abb. in d. c. 2. de sortileg. † Sed quid si ex poculi hmôi assumptione mors absorbentis succedat, eo quod forsan male compositum fuerat, & nõ erat bene temperatum, uel in mala sorbentis dispositione sumptum fuerit, qua pœna punietur qui dederat, & vr̃ dicendum quod aliqua pęna extraordinaria relegationis, uel simili, ex quo homicidium illud non fuit cõmissum cum dolo, nec cũ proposito occidẽdi, id eo non dẽt puniri pœna ultimi supplicii, l. 1 §. diuus, l. diuus. ff ad l. Corn. de sic. tñ cõtrarium dicit tex. in d. l. si qs aliqd. d. §. qui abortionis, quod si casu moriatur q uel quæ poculum prædictũ absorbuit q tradidit ultimo supplicio puniendus est, licet dolo non dederit, sed bono zelo, & hoc est, quia res ipa est mali exẽpli. Ex quo † nota casum singularẽ in quo qs punitur pœna ultimi supplicii pro homicidio commisso sine dolo, & intẽtione aliqua occidẽdi cuius cõtrariũ dispo nit regula iuris cõis de qua in d. l. in l. Corn. & l. diuus, & l. 1 §. diuus. ff. ad l. Cor. de sicar. & l. is q cũ telo. C. eo. tit. q̃ habet ꝙ nunq̃ in fertur pœna mortis pro homicidio cõmissio sine dolo, & ꝓposito occidendi, imo in casu ꝑdicto lata culpa nõ æqparatur dolo. ut no. dicit Bart. in d. l. in l. Corn. ff de sicar. hic. n. nulla ratio neq; ꝓsumptio uiget cõtra ipm q dedit poculũ amatorium ex qua cõiecturali possit ꝙ habuerit animum occidendi, imo in parte nulla offendendi, d. l. in lege. & §. diuus ff. eo. tit. Contra ꝑdicta oppono. de l. 3. §. hæc adiectio. ff. ad l. Corn. de sicar. ubi ur̃ esse tex. ualde cõtrarius d. §. q abortionis, ibi. n. dr̃, ꝙ
4 uenenorũ † plura sunt gña, siue plures spẽs quorũ quædam dñr mala uenena, ea. s. quę facta sunt hominis necãdi causa, quædam sunt alia quæ dñr bona, siue nõ mala, & ea sunt q̃ facta fuerũt ad sanandum corpus ægrotum item ea quæ fiũt ad concipiendũ, & illud qd̃ amatoriũ appellatur. uel aliud quodcunque factũ ad aliud effectum dũmodo non ad occidẽdum, & ꝓpea subiungit tex. in uers. adiectio, ꝙ adiectio illa mali ueneni opportune posita fuit in illa lege, qm̃ ex illa qualitate mala adiũcta demonstratur quædã esse uenena nõ mala. Ergo nomẽ hoc uenenũ mediũ est siue ꝓmiscum, & adaptaĩ ad utrãque partem, respectu uero adiũctæ qualitatis tam illud quod ad sanandum, quam illud quod ad occidẽdum paratũ est continet, sed & id qd̃ amatoriũ appellatur, uel qd̃ ad cõceptionẽ traditur cõtinet, oĩa ista comphendendi pñt sub nomine isto ueneni. solũ. n. in ea lege no
5 tatur quod hoĩs necandi causa fit. † Ergo cetera uenena q̃ non sunt facta hominis necãdi causa. ꝓut sũt uenena sanatiua, amatoria & ea quę fiũt ad concipiendum, nõ continẽtur sub lege illa, nec pœna illius legis plectũtur q illa tradũt, & ꝓpea tex. ibi in fine exẽplificat regulã istam ponẽdo casum cum sua decisione, uidelicet, ꝙ ex S C. iussa est relegari mulier illa quæ nõ malo quidẽ animo, sed malo exẽplo medicamentũ ad conceptionẽ dedit, ex quo ea mulier q̃ illud accepat decesserit, ex qua decisione ꝓbatur, ꝙ oĩa uenena q̃ nõ sunt facta hominis necandi cã dñr non mala uenena, & ideo si ex illorũ potu quisq̃ perierit, q tradidit nõ tenetur pœna illius legis Corn. de sicar. quæ hodie est pœna capitis, licet olim esset ꝑpetua deportatio. & omnium bon. publ. l. 3 legis. ff ad l. Cor. de sica. & in § item l. Corn. inst. de publ. iud. sed alia minori pœna punietur. s. relegationis, ut d. l. 3. §. adiectio. in fi. iõne prædicta, qui a defuit animus

aīus occidendi tā in cōpositione quā in traditione, ꝓ quo facit tex no in l. 1. § fi. C. eo.
6 tit. de sic. † ubi dr̄, ꝙ ea q̄ ex improuiso casu potius quam fraude accidunt, fato plerunq; noxiæ siue culpæ imputanī, & ꝓ conñs mitius puniunī, ut d. l. 1. §. fi. & l. 1. §. diuus. ff. e. tit. ubi si qs in rixa aliū cucuma uel claua ꝑcusserit ex quo nō occidendi aīo illū ꝑcussit leuiandā esse pœnā huic ꝑcussori I. C. constituit, idem sit in casu nostro, & licet tex. in d. l. 3. §. 1. in decisione loquaī de ueneno conceptionis non aūt amatorio, rō tñ præcedens quam dedit I. C. est gñalis comprehendens oīa illa uenena quæ facta non fuerunt hoīs necandi causa, sed ad alium effectum, prout est iste 12 Quotiescunq; aūt rō est generalis, & indeterminate posita in lege, comprehendit oēm determinationem quæ ad illam pōt adaptari, & ubicunque se extendit rō extendiī ēt ipsa lex, & illius dispositio. l. metū aūt. §. aduertēdū. ff. qđ met. cau. & ibi Bar. in 1. not. l. nomen. § fi. ff. de leg. 3. illa igitur rō quæ multum in ea lege notatur. s. ꝙ uenena facta non sit hoīs necandi, &c. comprehendit gñaliter oīa uenena q̄ facta sunt absq; illa qualitate. tria. n. uenena de quibus I C. fecit mentionem in d. l. 3. illa expressit tanquā
7 exempla regulæ, ut sit sensus, † quicunque uenenum amatoriū, sanatiuū uel conceptionis seu quodcunq; aliud uenenū non factū hoīs necandi causa cuiquam tradiderit, non animo occidendi, ex cuius potu ille qui assumpsit periit, qui dedit poculū puniri non dēt pœna illius legis Corn. cuius decisionis rōnem publicem cōsideraui, prima est, quia lex Corn. de sic. ut proxime dixi c. 5. non cōprehendit ista uenena de quibus supra in d. l. 3. in prin. & ibi Bar. secunda est, quia quotiescunq; mors ꝓuenit facto alicuius absq; aīo, & ꝓposito occidendi nunquā ille puniī pœna illius legis Corneliæ, & sic pœna mortis, sed alia mitiori pęna, iuxta modū culpæ. d. l. 1. §. fi. C. ad l. Cor. de sic. ubi dr̄ qđ ea quæ ex improuiso casu absque fraude accidūt fato potius q̄ noxæ imputanī, ideo excusanī à pœna ipsius legis, Idem disponiī in d. l. 1. §. diuus. & l diuus. & l. in lege Corn. & ibi Bart. ff. eo. ti. Idē Bar. in l. absentē. & l. aut facta. ff. de pœ. & in c. sicut dignū. in princ. & ibi per
8 Canonistas de homic. † Cum itaq; in poculo siue ueneno cōceptionis dolus, & aīus occidendi oīno defuerit tā in cōpositione q̄ in traditione, uidebaī dicendū, ꝙ nulla pœna puniri dēret tñ iuris lator dicit, ꝙ ꝑ malū exemplū iussa est relegari ea q̄ non qdē malo aīo, sed malo exemplo medicamenta ad cōceptionē dedit, ex qb. illa q̄ biberat periit. Hæc aūt tria uenena sunt æqparata, primo quo ad cōpositionē, qa sunt facta absque cā hoīs necandi, secundo quo ad traditionē, qa oīa tradunī absq; aīo, & proposito occidendi, quare non est dicēdum ꝙ ēt in decisione, & pœnæ impositione sit similiter æquiparata, cum factū idem esse vr̄, & eadē rō in omnibus militat, ut supra dixi, ergo deberet in oībus esse eadem iuris dispō. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. adigere. §. quāuis. ff. de iure pat. l. cū pr̄ §. du cissimis. ff. de leg. 2. l. actio. & ibi Bar. ff. de cal. & est gl. in cle. auditor. in uer. Romana. de rescr & in clem. 1. in uers. eligaī. de electio. maxime, quia alia rō mali exempli, quę est posita pro rōne decidendi in d. §. adiectio. & d. §. qui abortionis, ita militat in uno sicut in alio casu, ergo deberet esse eadē pœna in utroq; casu statuta de qua. in d. §. adiectio. attenta casuum conformitate, & æqualitate in facto deberet ēt esse cōformitas iuris ꝑ ea quæ not. uoluit. Bar. in l. oēs populi. in 4. princ. ff. de iust. & iur. & do. Alex. in l. ꝑegre. §. quib. in 2. col. ff. de acq. poss. Pro quo
9 facit ēt regula illa † ꝙ unum determinabile relatum ad plura determinabilia dēt illa pariformiter determinare. l. nam hoc iure. ff. de uulg. & pup. & Bar. in l. centurio. in 8. col. in uers. pro alia. eo. ti. sed rō cōpositionis traditionis atque decisionis unica vr̄ esse in omnibus. hoc est ꝙ ea quæ ponitur in uno casu, militat ēt in uno casu, ergo deberet esse utriusque pariformis pœnæ decisio. d. l. iam hoc iure. cum aliis prædictis. Quid dicendum in hac ambiguitate cōtrarium profecto est ualde urgens. ista. n. opinio pōt sustineri ꝑ regulas, & rōnes prædictas, & magis æqua vr̄, q̄ illa de qua in d. §. qui abortionis. quæ est nimis ridiga. & cōtra oēs rīa iuris cōis. Bar. n. in d. §. qui abortionis. nihil dicit, sed remittit se ad d. §. adiectio. ubi mouet istud contrariā ad d. §. qui abortionis. tñ soluit multum simpliciter, nec tangit difficultatē poculi amatorii dicit. n. ꝙ in d. §. adiectio. tex. loquitur in poculo conceptionis, & sic in re licita ibi uero in § qui abortionis. tex loquitur in poculo ipsius abortionis, & sic de eo qui incūbebat rei illicitæ, & prohibitæ, ideo traditus

diuersa

diuersa pœna in uno q̃ in alio, de poculo aũt amatorio de quo in utraq; lege mẽtio fit nullũ uerbũ fecit. Bart. †Ego. n. post aliquas meditationes cõsideraui cõtrariũ istud ita solui posse, ꝙ in d. §. q abortionis. uterq; habebat aĩum occidẽdi unus occidẽdi infantẽ ĩ utero matris, & sic est homicidia corporalis. ut l. ꝑgnãte, & l. Cic. de pœ. alter aũt q dedit poculũ amatoriũ, ex quo illud dedit cã fornicãdi & peccãdi cũ ea, dr̃ homicida spũalis, qa illo peccato mortali occidit aĩam. de cõsecr. dist. 4. quæris. de pœn. dist. 1. noli. & 22. q. 5. ille & c. aliquis. extra de homicid. Ex quo igitur uterque est homicid. tam in ipsa traditione quam in ꝓposito, ergo pari pœna puniendi sunt. sed ista solutio parũ ualet, qa non reperio cautũ de iure ciuili ꝙ ꝓ uno pc̃tõ mortalis qs incurret pœnã mortis sicut ꝓ homicidio dolose cõmissio, nisi in casibus a iure expressis. Ideo deueniẽdũ est ad aliã solutionẽ, & anteq̃ ad ulteriora ꝓcedã, sciendum est ꝙ in hac materia poculorum duo sunt principaliter cõsideranda q̃ præcedunt casum mortis.

11 †Primum est ꝙ considerari debet cõpositio ſm uero traditio, in compositione uero cõsiderãda est causa ꝓꝑ quam uenenũ ipsum cõponitur, & fit. aut. n. fit causa occidendi hominem aut non. primo casu sit locus pœnæ d. l. Corn. de sic. secundo uero non, ut d. l. 3. in prin. & § adiectio in traditione vero duo alia sunt cõsideranda. s. cã proxima, & immediata quæ respicit principiũ. i. principalis intentio ipsius tradentis. Itẽ causa mediata, & finalis quæ respicit finẽ actus ad quẽ tendit aĩus illius q tradidit, si. n. ꝓxima causa, & principalis intentio tradentis tendebat ad occidẽdũ, nulli dubium est ꝙ tradẽs tenet̃ pœna illius l. Corn. de sic. ut l. 1. §. diuus. & l. 3. in prin. & l. in l. Corn. ff. eo. ti. ẽt ꝙ mors secuta nõ fuerit l. 1. in prin. & l. is q cũ telo. C. eo. tit. Si uero nõ habuit aĩum occidẽdi, tunc cõsiderãda est illa causa remota, & finalis intentio, siue ultimus effectus rei ad quẽ tradunt̃ ipsa pocula. Aut. n. tradunt̃ ad bonũ, & honestũ finẽ s. cõceptionis uel sanctitatis, & iudicãtur bona, & honesta, & tũc qs excusat̃ à pœna capitali morte secuta, sed alia mitiori pœna punit̃ ut d. l. 3. §. adiectio. ĩ fi. & supra diximus.

12 †Aut finalis intẽtio, & ultimus eius effectus tendebat ad turpe, & illicitũ sicut est ĩ poculo amatorio, cuius effectus ẽ libidinis apprehẽsio, & illicitus mulieris cõcubitus, ut alias diximus supra. & hr̃ in l. eorũ, in prin. C. de malef. & matth. & isto casu nõ excusat̃ ꝓꝑ principalẽ eius intẽtionẽ siue causam ꝓximã. s. ꝙ nõ habuerit aĩum occidẽdi, sed attendit̃ magis illa cã finalis, & ultimus effectus ad quẽ ue nena tẽdebãt, & ideo indubitãter punit̃ pœna ultimi supplicii. d. l. si qs aliqd. §. abortionis. ubi est casus. ff. de pœn. & rõ decisionis est, qa dabat operã rei illicitæ. ideo nõ ur̃ excusandus qa dicit̃ esse in culpa, & ideo tenet̃ ẽt in casu fortuito, q ꝑter spem, & intentionẽ inopinate ꝓuenit, ut est casus in c. fi. de hom. lib. 6. & facit tex. in arg. in c. sicut dignũ, eo. titu. in anti. l. si mulier. ff. qd̃ me. cau. l. q occidit. §. in hac. ff. ad leg. Aql. Ex qbus patet ꝙ illorũ uenenorũ de qbus in d. l. 3. §. adiectio. non est oĩmodo similitudo quo ad oĩa, sed solũ quo ad primas causas respectu compositionis, & traditionis, in eo ꝙ in utroq; deficit aĩus occidẽdi quo ad ista sunt similia, & æqparata. sed quo ad ultimũ effectũ, & causam finalẽ ipsius traditionis sunt dissimilia, ut supra diximus. qa ea q̃ fiũt ad sanãdũ, & cõcipiendũ hñt honestũ, & laudabilẽ finẽ l. eorũ. §. fi. C. de mal. & matt. & d. l. 3. ĩ prin. & hr̃ Gene. 2. c. ea uero q̃ fiũt ad amãdũ, & flectẽdũ, & c. habẽt turpẽ, & illicitũ finẽ d. l. eorũ. in princ. & diximus supra. In istis igit̃ disconueniunt, & sunt dissimilia: ideo faciũt diuersificare pœnas, qa licet à principio neuter hr̃et animũ occidẽdũ, tñ unus dabat operam rei licitæ, & honestæ, alter uero dabat operam rei illicitæ turpi, & reprobæ ut proxime diximus.

13 †Post hæc alio mõ cõsideraui rñderi posse ad istud cõtrariũ ꝙ in d §. q abortionis ideo punit̃ pœna mortis ille q dedit, qa uenenũ illud fuerat compositum arte malefica ꝑ sortilegũ, siue maleficiũ q illud dæmonis ĩstructione, & suffragio interueniẽte cõposuerat ſm ea q̃ diximus supra in 3. & 5. qq. in §. aũt adiect 10. cõpositũ fuit arte, & scientia nãli s. medicorũ peritia nulla interueniẽte suꝑstitione. Ars. n. ipsa malefica, & mathematica est ualde reꝓbata, & undiq; dãnata, & per consñs oĩa opera q̃ ipsi malefici faciunt siue ad amorẽ, siue ad occasionẽ, uel ægritudinẽ, sunt dãnata, nec minori pœna puniunt̃ q̃ pœna mortis, d. l. eorũ. in prin. ubi ponit̃ uterq; casus, & unica est utriusq; decisio, & pœna, ea. n. quæ dñr in d. §. qa abortionis. debent intelligi, & interpretari, ſm terminos. d. l. eorũ. in prin. ideo atrocius puniunt̃ ibi quam in d. §. adiectio. ꝓpter

super

superstitionē illius dānatissime artis, & ſm istā declarationē ille tex. in d. §. q abortionis non vr̄ esse ita exorbitans à iure cōi. imò ſm ius cōe regulatur. Ad text. autem in d. §. adiectio. pōt dupliciter rñderi. primo, quia decisio illius text. & pœna de qua ibi non adiungit̄ ꝑ poculo amatorio, sed cōceptionis quæ sunt diuersa. quo ad ultimū effectū, ut supra diximus, ergo debēt diuerso iure censeri l. Papinianus exuli. ff. de mino. si aliter. n. euenit casus q̄ ipse opinabat̄ sibi imputet̄, q̄ dedit poculū amatoriū ꝑ modū suꝑstitiosum, qa ex quo à principio dabat operā rei illicitę, ex hoc. n. non caret culpa. ideo tenetur ēt de casu fortuito, ut in d. c. si. de hom. libr. 6. ubi si dn̄s mandauit seruo ꝙ accipere baculum, & percuteret Titium citra mortem tñ, & ꝙ diligēter caueret ne ipsum occideret, quia nolebat eum interficere, si tñ famulus tā grauiter Titium ꝑcusserit ꝙ ipsum occiderit, ille dn̄s mandans non excusatus ꝑꝑea à pœna homicidii, licet nunquā habuerit aīum occidendi illū, & rō est illa de qua supra ꝓxime. pro quo facit tex. in c. sicut dignū, in prin. extra eo. ti. in anti qui. l. si mulier. ff. quod met. cau.
14 & l. q occidit. §. hac ff. ad leg. Aquil. † uenena igit̄ de quibus loquitur tex. in d. §. adiectiio. nō fuerūt facta ꝑ sortilegium siue maleficū ꝑ modum suꝑstitiosum, sed arte nāli hoīs, & peritia medicorū, sicut fiunt, & componūtur uenena sanatiua medicinarum, qđ patet qa in utroq; titulo fit mētio de uenenis. s. in tit. legis Cor. de sicariis ff. & C. & in tit. de malef. & matth. C. sed tit. legis Corn. fit mentio, & tractat̄ de uenenis naturalibus quæ hoīs ingenio, & peritia medicorū fiunt absq; aliqua suꝑstitione siue dæmonis inuocatione tacita uel expressa, ꝓut est uenenū sanatiuū qđ miscet̄ in medelis ad sanandum corpora ægrotantiū d. l. 1. & l. 3. in prin. ff. ad l. Cor. de sic. Venena uero de qbus loquit̄ titulus, & iura. C. de malef. & matth. sunt illa q̄ fiunt per sortilegos, magos, maleficos, aut negromāticos, & similes ope, & suffragio dæmonis ad q̄ illius inuocatio diuersis precibus tacite uel expresse semꝑ interuenit, & hr̄, & dicit Ioan. lec. in sum. cōf. eo. tit. q. 11. & 13. & l. multi l.
15 & si excepta. C. eo. ti. † Ex hac igit̄ declaratione colligit̄ ista distinctio, ꝙ aut uenena siue pocula amatoria fuerunt cōposita ꝑ fortileg. siue maleficū modo superstitioso, & ꝑ inuocationē dæmonis tacitā, uel expressam, & tūc si ex illorū potu causat̄ mors potātis tradēs ille punit̄ pœna ultimi supplicii de qua in d. §. q abortionis, aut nō fuerūt facta per sortilegiū, nec eo modo suꝑstitioso, sed humana industria aut medicorū peritia, & isto casu morte secuta nō puniet̄ pęna mortis ille q tradidit, sed alia mitiori pœna de qua in d. l. 3 §. adiectio. an aūt, & qñ remedia, & pocula ipsa dñr esse suꝑtitiosa, & qualr̄ cognoscat̄, uide q̄ diximus supra eo. q. ꝑcedenti. in mā remediorū q̄ fiunt ad sanandum. Cogita tñ super præmissis, qa Doct. non declarant. & ego hactenus non reperii magis cōgruam rñsionem. Et tenendo istam opinionem ꝑ solutione dictæ oppo. nō obstāte ea q̄ superius in contrariū adducebant̄, & primo ꝙ illa unica rō de qua in d. l. 3. in princ. & §. 1 uiget pariter in omnibus uenenis quæ nō sunt facta hoīs necandi, &c. qa fateor ꝙ quo ad cōpositionē respectu primæ causæ, & quo ad traditionē respectu unius qualitatis. s. carētiæ animi occidendi æquiparant̄ oīa ista, non tñ sequit̄ ꝙ ad alia q̄ sequunt̄, & sic in oībus dicātur esse æqparata, qa quo ad ultimū effectū siue finalē intentionē sunt longe diuersa, ut latius supra diximus nō mirū igit̄ si fit diuersa decisio in uno q̄ in alio, & diuersæ pœnæ
16 statutæ sunt, † & ex hoc pōt etiā solui aliud qđ unum determinabile relatū, &c. qa illud est uerū, & procedit qñ illa determinabilia sunt in oībus æqparata, & unita rō in oībus uiget æqualiter. sed qñ inter ipsa militat diuersa rō, tunc nō pñt pariformiter determinari sed difformiter, ſm qđ militat diuersitas rōnis. l. Lucius. & ibi Doct. ff. de uulg. & pupil. & Bart. in l. Titia. ff. de leg. 2. Soc. in l. cū auus. in 27. col. ff. de cōditio. & demonst. Non obstat etiā illud qđ dicebatur de malo exēplo qđ exprimit̄ in utraq; lege, qa tenendo secūdā solutionē dico, ꝙ in casu d l. 3. §. adiectio. uiget duntaxat illud malū exēplum de quo ibi. intentio tñ tradētis, & effectus ad quem tendebāt pocula erat iniustus, & honestus, sed in casu d. §. q abortionis. nedū uiget malum exēplū uerū ēt mala intentio, & turpis effectus, ꝑꝑ quem pocula ꝑdicta facta, & tradita fuerunt s. explendæ libidinis ꝑ stuprum uel adulteriū, ut alias supra diximus. cū igit̄ tendant ad diuersum effectū merito ut diuersa inter se debent di uerso iure censeri, d. l. Papinianus exuli. Et quod similiter diximus supra, idē uidetur sentire Bart. in d.

l. 1. §.

l.3.§.adiectio.in solutione oppo. quam fecit de d.§ q abortionis, sed ẽm ultimam solutionem dico ꝙ non solum dñr esse diuersa quo ad istum ultimum effectum de quo supra, vetū ẽt quo ad primas causas, & sic quo ad ipsam compositionem, qa illa de qbus in d. §. adiectio. fiunt industria hominis naturali, & ẽm naturalẽ peritiã medicorũ, sicut alia uenena sanatiua medelarũ, ut alias supra diximus, illa uero de qbus in d.§. q abortionis, fiunt ꝑ modum superstitiosum arte diabolica, & ꝑ inuocationem dæmonum tacitã uel expressam, ut alias diximus, & hr̃ in summa confessio. ꝑ Ioan. lec. eod. tit. q. 2. 1 1. 1 3. ꝑ totum. nimirum igĩ si grauius puniunĩ † quia oĩa
17 opera q̃ fiunt arte malefica sunt plurimũ detestanda, & grauius punienda, ut d.l. nullus. & l. nemo. C. de malef. & mathem. Et licet ista ultima solut. prima facie uideaĩ subtilis, & cõcludenter soluere nodũ inter ipsas duas leges ꝓcedens tñ solutio mihi magis placet, & est magis iuridica, & hanc uĩ tenere Bart. in d.§. adiectio, ut supra dixi hæc. n. ultima in ueritate sapit diuinationem, qa dicere ꝙ pocula illa de qbus in d.§. q abortionis fuerunt facta ꝑ sortilegũ siue maleficũ diaboli instructione, de hoc nullum uerbũ fit in d.l. nec ex aliquo iudicio, uel cõiectura hoc deduci põt. Præterea uideo ꝙ pocula q̃ fiũt arte magica & traduntĩ mulieri ad flectendũ pudicũ aĩum ad libidinẽ, licet mulier ipsa moriaĩ ex poculi assumptione, tñ maleficius, & ille q ipsum cõsulit uel q scienter dedit poculum puniunĩ oẽs ultimo supplicio, ut l. eorũ, in princ l. nemo. & l. multi. C de malef. & mathe. ubi hæc expresse ꝓbanĩ. & tñ in d.§. q abortionis. ex traditione illius poculi amatorii qñ mulier quæ assumpsit nõ moriĩ, nõ inferĩ pœna ultimi supplicii, sed humiliores in metallũ dãnãtur, honestiores uero in insulã releganĩ confiscata dimidia parte oĩum bonorũ suorũ, ut ibi diciĩ, ergo nõ est dicendum ꝙ illa sint pocula facta arte magica, sed naturali, ꝓut sũt ea de qbus in d.§. adiectio. sed iõ diuersis pœnis puniunĩ, qa tẽdũt ad diuersum effectũ, ut alias supra diximus, & hoc est de mẽte Bart.
18 in d.§. adiectio.† Ponamus. n. ꝙ qs dedit uenenũ sanatiuũ ęgroto ut recuperet sanitatẽ, & libereĩ ab illa infirmitate. ex cuius tñ assũptione fuit liberatus à uita, qa mortuus est, erit ne dicẽdũ ꝙ talis medicus uel alius q dedit uenenum in medela sit puniendus pœna mortis uel relegationis aut alia, simili certe nõ, imõ erit immunis ab oĩ pœna dũmodo nõ interueniĩ dolus aut lata culpa, ut d.l. 3. §. alio senatusc. ff. de sic. quia in isto ueneno defuit dolus, & aĩus occidẽdi, deficit ẽt malũ exẽplũ, & turpitudo finalis intẽtionis, qa oĩa sunt bona, & cũ bona intentione facta, ideo euadit impunis, ergo sunt oĩno diuersa quo ad effectum. Postremo ut me expediã de ista qõ. sic distingue, aut nos loqmur de poculo abortionis seu amatorio, & tũc aut ex illius assumptionis ille q assumpsit periit, aut non, priori casu ille q dedit, & si dolo nõ dederit puniĩ ultimo supplicio ꝑꝑ malũ exẽplũ. Suppleas tu, & turpitudinẽ finalis intẽtionis, & ita intelligiĩ tex. in d.§. q abortionis, ubi est casus. Aut nõ fuit mors secuta, & isto casu humiliores in metallũ ꝑpetuo damnãtur, honestiores uero ꝑꝑ malũ exẽplũ confiscata dimidia parte bonorũ suorũ in insulã ꝑpetuo relegantĩ ẽm ꝙ dicit text. cũ gl. in d.§. qui abortio
19 nis.† Aut nos loqmur in ueneno conceptionis, & tũc aut ex illius assumptione qs periit & ille q tradidit puniĩ pęna relegationis dũtaxat ꝑꝑ malũ exẽplũ, ex quo in ipso tradente erat bona, & iusta intẽtio sua finalis, q̃ tendebat ad suscipiẽdã ꝓlẽ qđ est fauorabile, vt supra diximus. Si. n. ista est fauorabilis in quo igiĩ cõsistit istud malũ exẽplũ de quo loquiĩ tex in d §. adiectio. in fin. Rñ. quia mulier illa uĩ quodãmodo uoluisse uiolẽtare naturã, & voluisse ĩponere fecunditatẽ in utero in quo Deus, & nã ĩposuerunt sterilitatẽ. ꝑꝑ hoc vĩ esse malũ exẽplũ, qa fuit nimiũ audax. nã ꝓhibitũ est uelle subuertere ordinẽ naturę, c. si aliquis. de hom in antiq. Aut non fuit secuta mors illius absorbẽtis, & nulla pęna puniĩ ex quo caret dolus, & culpa dũmodo aliqđ scãdalũ subsecutũ nõ fuerit, & ita uĩ sentire gl.
20 in d.§. adiectio. † Aut nos loqmur de ueneno sanatiuo qđ fit cã sanitatis. & misceĩ ĩ medelis, & isto casu siue sequatur mors absorbẽtis siue liberatio ab illa ęgritudine siue nõ, in oẽm euẽtum q tradidit uel cõposuit erit immunis ab oĩ pęna dummodo nõ adsit dolus uel culpa d.l. 3. §. alto, à cõtrario sensu, & supra ꝓxi. diximus, & ꝑ hęc sum expeditus de ista ardua, & nobili. q. Sed antꝗ̃ ad vlteriora ꝓcedã qro in hac mã, qđ si aliqs cã libidinis, aut odii aliqđ potãdum dederit, mulieri, ut parere uel cõcipere non possit. qđ diciĩ uenenũ siue potũ sterilitaris, qđ est cõtrariũ ueneno

nemo cōceptionis, de qua supra proxime di
21 xi qua pœna ille qui tradidit puniatur.† Rñ. qđ de iure canonico quasi homicidie puniē dus erit, ita dicit tex. ibi est casus iste in cap. si aliquis, de hom. sed gl. ibi dicit, ꝙ debet intelligi de pœna spūali I. excōicationis quæ in fertur tam in clericum q̄ in laicū, non tñ clericus ꝑ ꝑ hoc efficitur irregularis, ac si uerū hoīem uiuentē occidisset nisi ꝓbaret infantē aīum, & uiuentem occidisse, uide gl. in d.c. si aliquis. & ibi Abb. Si uero loquimur de iure ciuili fit eadem distō, aut infans in utero matris adhuc nullus erat hō, quia adhuc formatus non fuerat, nec aīatus, & tradēs poculū punitur pœna extraordinaria, siue relegationis d.§ q abortionis.l. diuus.ff. de extr. cri. & l. Cic §. fin. ff. de pœn. aut erat iam animatus, & uiuēs, & punit de homicidio, qa hominem dr̄ occidisse, ut l. i ff. ad l. Pōp. de par. & melius in l. pen. C. ad l. Corn. de sic. & l. 1. in prin ff. eod. tit. & per gl. in d.l. diuus. ff. de extraord. crim. & infra latius dicam in seq. quæst.

1 *Poculum tradens abortionis, ut fœtum edat immaturum, qualiter puniatur.*

2 *Mulier prægnans poculum abortionis scienter sumēs qualiter puniri debeat & nu. 6.*

3 *Mulier prægnans pecunia accepta partum suum abigens, pœna capitis plectitur.*

3 *Anima in sanguine dicitur habitare hinc est quod plerique ultram en. fortiter bibunt, ne anima in sicco morari contingat.*

Fœtus in utero matris intra quantum tempus formari censeatur.

Plantæ singuli mensæ singulo operari in dicuntur in formatione infantis in utero.

4 *Saturnæ uitæ humanæ inimicus mensę primo fœtus formandi regnare putatur.*

Iupiter humanis amicus, secundo mense formando fœtui censetur præesse, tertio Mars, Venus quarto, sexto Sol, Luna septimo.

5 *Infans natus mense septimo ideo uiuere posse dicitur quod sub Luna nascatur.*

7 *Mulier de iure canonico excommunicatur quę poculum sumit ut fœtus immaturus ædatur.*

8 *Poculum amatorium dans mulieri prægnanti ex quo moritur, an puniatur.*

9 *Clericus ministrans poculum amatorium non efficitur irregularis nisi effectualiter uiuentem hominem occiderit.*

Excommunicatus efficitur qui amatorium poculum propinat ex quo sequitur abortiuum.

10 *Poculum ministrans cū sortilegijs factū ne dum punitur, sed & qui illud confecit puniri debet.*

Decimotertio prosequendo materiā poculorum q̄ro, † qd si aliqs ministrauerit
1 poculum mulieri prægnanti ad effectū ut faceret abortiuum, quod postea effectualiter subsecutum fuerit, qua pœna puniat, nec putes. q. istam esse eandem de qua in d.§. qui abortionis, quia ibi non fit mentio abortu secuto, uel de infante occiso, sed disponitur ibi qñ poculum ipsum nocuet matri. Ad propositum igr̄ Rñ & in hac qō. repetēda est distō illa quam supra ꝓxime in fin. præced. q. dedimus, ꝙ aut infans in utero matris erat iam aīatus, & uiuens aut non primo casu q dedit poculū nulli dubium est ꝙ secuto abortu tenetur de homicidio. l. pen. C. ad l. Corn. de sic. l. 1. in princ ff. eo. tit. l. Cic. in prin. ff. de pœn. & not. per gl. in l. diuus. ff. de extraord. crim. gl. est in c. si aliqs. de hom. & 2. q. 4 cōsuluisti qa isto casu dr̄ occidisse hoīem, & sumus proprie in terminis. l. Corn. de sic. cap. 5. ut l. 3. in princ. in eod. tit. & ista dnr esse mala uenena q̄ facta sunt homines necādi cā, d. l. 3 in pric. Secundo uero casu qñ partus siue infans non dū erat aīatus, neq; formatus secuto aborsu nō teneē de sicariis, sed alia pœna extraord. relegationis, uel simili ad arbitriū iudicis s̄m qualitatē facti, & ꝑsonarū cōdōnē. d.l. diuus & l. Cic. §. fin. & l. ꝑgnantē. ff. de pœn. & l. si mulierem uisceribus. ff. ad l. Corn. de sicar.
2 † Mulier autē quæ scienter poculum ipm assumpsit ut facere abortiuū, si inde fit secutus aborsus, & infans iā animatus, & completus erat teneē pœna legis Pōpeiæ de paricidis, quia est mr̄icida, ut l. 1. in uers. mr̄. ff. ad l. Pō. de parr & ibi Bart. & Bald. in d.l. diuus idem tenet ꝙ si mulier in ipsa adhuc ꝑgnans recepta pecunia partū suuū abegerit teneē pęna capitis indistinctē. siue partus erat iā animatus siue nō, & hoc ꝑ ꝑ turpitudinē illam receptionis pecuniarū, qa dr̄ assassiniū, ut l. Cic. in princ. ff. de pœn. uide Bar. in d.l. diuus. Sed qa sit illa distō ꝙ aut partus erat aīatus, aut non, in mā abortionis q̄ro quanto t.pe partus siue infans in utero mr̄is dr̄ esse aīatus a die cōceptionis. Rñ. cū primū formatus fuerit infans, & cōpletus corpore tūc aīa ingreditur in ipso corpore q̄ infunditur à Deo, illo tūc corpus repit formatus. 32. q. 2. qđ uero. & c Moyses. non. n. cōuenit ꝙ anima prius in

fundatur

fundat in corpore illo anteq̃ habeat pfectam formã oĩbus partibus, & mẽbris suis qa nõ est cõueniens q habitare debeat in corpore sicco hoc est rudi, & informi, debet.n.hr̃e sedẽ, siue domũ suam pfectã in qua habitare possit, ut dicit gl.in d.c. quod vero, & c. Moyses, q̃ gl. in uer. sic dicit q ſm quorundã opinione
3 † aĩa dicit habitare i sanguine, & ppea dicit q Normãni, Anglici, & Poloni fortiter bibũt ne cõtingat aĩam habitare in sicco Rursus qritur quo tpe, vel infra quantũ tps infans dr̃ esse formatus in utero mr̃is. gl. in d. l. diuus, uit tenere, q in 40. dieb. Bart. ibi dicit esse uerũ in masculo, in fœmina uero post 60. dies demum hoc declarandum reliqt nãl.bus dñs aũt Conciliat. in suis dñis Phys. diff. 49. dicit, q 30. aut 35. die ad plus partus, siue infans in vtero mr̃is dr̃ esse formatus. Deinde ponit notabilẽ, & pulchrã doctrinã circa partus genituiã formationẽ, & augmẽtũ, & de illius ortu, dicit.n. q vnusqsq; infans à principio suę creationis, dũ primo incipit gñari, vsq; ad diẽ sui ortus recipit fomentũ, & influentiã ab oĩbus septẽ planetis, quorũ unusqsq; singulo mẽse sui syderis grãm nãlr̃ operat in ipso infante in utero mr̃is iacente, ſm quã paulatim infans recipit augmentũ, ita q deuenit ad pfectionẽ suã, & venit in lucẽ.
4 † Primo.n. mense regnat Saturnus qui est frigidus, & siccus, inimicus uitæ humanæ, q̃ cõsistit in calido, & humido, ut p gl. pdictã in d. c. qđ uero, & d. c. Moyses, istius planetæ, seu syderis nã est sperma uiri de recẽti effluxum in uẽtre mr̃is qđ adhuc liqdũ est una cũ spermate mulieris insimul coagulare, & inspissare, ita qđ possit recipe formã, & adeo fortiter illud pstringit coagulãdo, q reducit illud tãquã in missam paste, quo sic in unũ coagulato fit paulatim extẽsio, & formaĩ primo caput deinde alia mẽbra adeo qđ 30. die cõpleto cõiter, infans solet hr̃e formã suã pfectã. Secũdo mense uenit Iupiter q est calidus, & humidus amicus uitæ humanæ, & inimicus mortis, & infantẽ ipm quẽ formatũ reperiit extendit, & auget, quos uero inuenit nõdum esse bene formatos illorũ formas cõplet mirabili grã, & fortuna qđ euenire solet, qñq; pp debilitatẽ mr̃is, & hinc est qđ mulieres istæ cõiter solent secũdo mẽse sentire infantẽ in utero cõmoueri. Tertio mẽse Mars succedit q est calidus, & siccus ut ignis, & iste sũr fert opem augmento partus illa humiditates quas reperit ex residuis sideris Iouis desiccat, & incumbit augmẽto pueri. Quarto deinde mẽse uenit Venus q̃ est frigida, & humida ut aqua, & ipsa similiter tẽperat superfluas caliditates ignitas pcedẽtis syderis. Quinto, succedit Mercurius. Sexto Sol. Septimo Luna, & unũquodque sydus pcedit proportionabiliter, ſm eius nãm in augumentũ ipsius infantis, completo igitur septimo mense cursus iste sydereus reuertitur iterum ad primum qđ est Saturnus q regnat, & operatur octauo mense. Deinde ad Iouẽ q uenit nono mense, postea ad Martem qui decimo, & sic de singulis successiue.
5 † Et hinc est qđ infans q nascit septimo mense uiuit, eo qa nascitur sub sydere Lune uitę humanæ cõpatibili, & qa tunc infans dr̃ esse pfectus, ex quo participauit de natura, & qualitatib. oĩm septẽ syderũ siue planetarũ, si nascit ille septimo mense dũ Luna dñatur, uiuit, & q̃plures reperiunĩ q nati sunt septimo mense, & uiuant. Si uero octauo mense ueniret in lucẽ perraro, uel nunquã viuit, rõ est quia venit sub sydere Saturni maligno, & multum cõtrario uitę hoĩs, ex quo ut dixi est frigidus, & siccus, habet cõformitatẽ cũ morte, illi igitur qui sub isto sidere ueniunt in lucẽ adeo grauiter vulneranĩ, & pmũtur istius syderis malignitate, & frigiditate, q necesse est ut peant. Hi uero q nono mẽse veniunt in lucẽ, put maior pars uenit, oẽs cõiter uiuunt, & crescũt ex quo sub Ioue ceteris benigniore sidere, & humanæ uitæ cõseruatore oriũtur, de quo magis q̃ de aliis nã lætatur, hæc licet sint aliquantulum extra mãm nostram, tñ qui sunt delectabilis intelligentiæ, saltẽ pro iunioribus hic inserere placuit. Redeamus nunc ad materiã nr̃am qua qrebamus quanto tpe infans in utero mr̃is dicitur esse formatus, & concludẽdũ est ſm opin. dicti Doct. q cõiter 30. & qñque. 35. die ad plus à die ipsius conceptionis. quidam alii dixerunt q masculus post 40. fœmina uero post 80. dies habet perfectam formam. ita dicit gl. 5. dist. in princ. uersic. 40. quam refert, & sequitur Abb in c. si aliquis, in fin. de homic. tñ de iure ciuili non est discedendum ab opin. gloss. in d. l. diuus, quæ est cõiter approbata.
6 † Si igitur post dictum tps mulier accepit poculum abortionis scienter tenetur ut mr̃icida, & legis Pompeiæ de parricidis pœna punienda est, ut d. l. 1. § mater. ff. ad leg. Põp. de parricid. si autem alius scienter dederit

rit poculū p̄dictū q̄d ipsa mulier ignoranter accepit, ille q̄ tradidit punit̄ pęna l. Corn. de sic. ut l. 1. in prin. & l. 3. ff. eo. tit. de sic Si uero poculū p̄dictū assumptū fuerit ante tp̄s p̄dictū. s. anteq̄ puerperiū esset formatū in utero, & tūc aut mulier accepit pecuniā ꝓhibendo poculū vt faceret abortiuū, & isto casu sꝑ mulier punit̄ pęna capitis siue infans erat iā formatus siue nō d. l. Cic. in prin. & ibi Bart. & idē Bar. in d. l. diuus. ff. de extra. crim. si uero mulier pecuniā nō accepit nō punit̄ pęna mortis qn̄ ante tp̄s formatiōis, & uitę ipsius infantis assūp sit poculū, sed alia pęna extra ordinaria relegationis d. l. diuus. & ibi gl. & Bar. in l. p̄gnātē. & l. Cic. §. fi. ff. de pęn. & l. si mulierē uiscerib. ff. ad leg. Cor. de sic. q̄d uerū est de iure ciuili ꝑ iura p̄dicta.
7 † De iure aūt canonico infert̄ pęna sp̄ālis. s. excōicationis quocunq; tꝑe fuerint data dicta pocula, ēt si essent data mulieri nihil adhuc hn̄ti in vtero, ad effectum ne cōcipiat, eadē pœna puniunt̄ velut homicidiæ. c. si aliq̄s. de homic. in antiq̄s, & diximus supra ꝓxima. q. in fi. Prædicta oīa tn̄ ꝓcedūt qn̄ fuit secutus effectus ꝙ mulier fecit abortiuū partū. Sed q̄d si nō obstante poculo mulier pepit filiū uiuētē, & q̄ durauit in uita, an q̄ dedit poculo vel ipsa mulier puniat̄, & qua pęna, uide do. And. Barb. ī cōs. 23. ī. 2. uol. ubi dicit ꝙ nō debet puniri pœna mortis ex quo nō fuit secutus effectus, q̄a hodie in maleficiis potius spectat̄ euētus quā solus aīus delinquētis siue effectu, nihilominus nō euadet impunis ille q̄ sciēter tradidit vel q̄ scienter asūpsit, q̄a poterit relegari ꝑ ea q̄ hn̄r in d. l. si q̄s aliq̄d. §. qui abortionis. ff de pœn. Quādoq; uero ex poculo hmōi sumpto mulier ipsa periit, & tunc ille qui tradidit punit̄ pęna ultimi supplicii, licet nō dederit dolose cōtra ipsā, q̄a res mali exēpli est. & iste est proprie casus in d. §. qui abortionis. in fi.
8 † Quid si aliq̄s dederit poculū amatoriū mulieri p̄gnāti, ut flecteret eius aīum ad amādū ipsam tradētē, ex quo poculo mulier ipsa periit, qua pęnas puniat̄ tradētes. dic ꝙ eadē pęna ultimi supplicii quāuis aīum occidēdi nō habuerit, & dolū nō fecerit, ut d. §. q̄ abortionis q̄ decidit utrūq; casum in terminis, hæc tn̄ q̄ supra diximus ꝓcedūt, de iure ciuili, & īter laicos. De iure autē canonico ultra ea q̄ diximus supra clarius hic distincte, ꝙ aut loq̄mur de iure antiquo s̄m legē Moysi. aut de iure nono s̄m cōstōnes pōtificum. Primo casu si infans iā formatus, & aīatus erat ꝙ qualit̄ & qn̄ tꝑe dicat̄ esse formatus, & aīatus diximus supra ea. q. q̄a tunc de aīam ꝓ aīa. Et sic punitur pœna mortis q̄ dedit poculū abortionis, quo necauit infantē uiuētē. ut ī c. Moyses. 32. q. 2. in prin. aut partus nondum erat cōpletus in forma nec aīatus, & tradens poculum hmōi mulctat̄ pecunia arbitrio iudicis d. c. Moyses. Ratio est, q̄a non potest dici exaīatum illud ꝙ caret anima quā nō habet adhuc.
9 † Secundo, uero casu qn̄ loquimur de iure pontificio, aut loquimur de pœna irregularitatis uel degradationis, & ista non infert̄ nisi clericus effectualiter hoīem uiuentē occiderit, uel ꝙ sit natus, uel adhuc in utero matris non refert, & in c. 1. & c. sicut dignū. §. 1. de homic. & ꝑ gl. in d. c. Moyses. c. si aliq̄s. in gl. eo. ti. & gl. in c. cōsuluisti. 2. q. 4. idem sequitur Panor. in d. c. si aliq̄s. aut loquimur de pœna excōicationis, & ista infertur pro quocunq; abortiuo secuto siue puerperium erat aīatum siue nō, & iura ipsa appellāt istud homicidiū, sed anteq̄ infans sit plene formatus & aīatus non pōt dici ꝓprie homicidiū, quia non pōt corpus examinari q̄d adhuc caret anima, ut supra ꝓx. diximus, isto casu igr̄ improprie dr̄ homicidiū, uide tex. in d. c. si aliq̄s. & ibi do. Abb. imò hac pœna punit̄ ēt si aliq̄s libidine aut odio daret mulieri que nondum cōcepit uenena siue pocula sterilitas adhoc ne coeundo cōcipere possit, ut d. c. si aliq̄s. ubi est casus ualde not ꝙ nō solū q̄s tenet̄ de homicidio ꝓ abortiuo iā facto, sed pro fiēdo uel pro impedimento p̄stito ad concipiendum.
10 † Et not. ēt hoc vinum in tota materia poculorum, ꝙ non solum punit̄ q̄ sciēter tradidit poculum, verumēt ille q̄ sciēter fecit, & cōposuit, ita expresse not. Pan. in d. c. si aliquis. in princ. & no. in l. 1. in princ. & in l. 3. in princ. ff. ad leg. Cor. de sic. & hoc idem seruatur in q̄buscunq; aliis sortilegiis, ut not. Arch. 26. q. 5. quicunque, & 1. dist. si q̄s. viduā. 23. q. vlt. in pessimam. ff. ad l. Iul. maiest. l. 1. & ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. adduxisse.

1 *Sacerdotes super rebus prophanis ad sortilegia aptis celebrantes, qualiter debeant puniri.*

2 *Sacerdos missam defunctorum pro uiuentibus celebrans ut citius moriantur, aut periculum incurrant qualiter puniatur.*

3 *Clericus qui sacramento abutitur pœna arbitraria punitur.*

Decimo

1 DEcimoquarto q̄ro ultra † ea quæ dixi mus supra in 11. q uidendum est qd de sacerdotibus qui sup reb. prophanis, & aptis ad faciendum sortilegia, & ad illud duntaxat effectū oblatis, unā aut plures missas scienter celebrant adhibitis nephariis, & inhonestis precibus, & uerbis sup stitiosis, q̄bus pœnis puniunt̄. Res uero sup q̄b. solent missas ipsas celebrare sunt ut plurimū istæ, panis crudus siue pasta, aut coactus. ut placēta, itē calamita q̄nq; cutim īdumēti pueri nascētis, quā appellāt pelliculam uirginē, & alia his sĩlia simplicia, aut mixta īposita sup altari illis modis de q̄b. supra diximus in 3 q. pro isto facinore, dic q̄ de iure canonum clericus oīno deponit̄, ut in c. si q̄s
2 eps. 26. q̄. 5. † si. n. p sola celebratione missæ defunctorū dicta p uiuentib. ut citius moriātur aut periculū mortis incurrant, sacerdos ppetuo priuat̄ officio, beneficio, ordine, gradu atq; dignitate, & in ppetui exilii erga stulo, una cum cōsulente uel id fieri procurāte relegat̄, ut in c. q̄cunq; 26. q. 5. & diximus supra 11. q. uers. p faciliori. quanto magis deberet iste sacerdos deponi, & relegari q in missarū suarū celebratione illa pprohana, & immūda turpiter cōmiscuit illaq; uel Deo aut potius dęmoni uouere turpibus, & supstitiosis p̄cibus non uerer̄. certe non uideo cur minori pœna puniri possit, maxime q̄n sciēter ista patrauit d. c. quicunq; in 2 parte circa fi. p quo facit in arg. tex. de cōsec dist. 2. cū oē crimen. in fi. ubi grauiter punit̄ clericus de positione, q abutit̄ ordine sacri, licet id non faciat ad effectum sortilegiādi, aut p modū
3 superstitiosum, ut latius infra dicam. † Quidam uero dixerunt q̄ pro hm̄oi facinore sit pęna arbitraria, iuxta doctrinam dom. Abb. in d. c. 2. extra eod. tit. hoc t̄n tolerari posset quotiescunq; factum non esset ualde turpe uel persona sacerdotis esset adeo simplex. & debilis ingenii q̄ de facili q̄s cognoscere posset quod bona fide ductus fuerit circunuētus putans bene facere, & non peccare, ut in d. c. 2. & est tex & ibi Bart. in l. si adulteriū cū incest. in uer. idem Pollioni. ff. ad l. Iul. de adult.

1 *Sacerdos debito modo & ordine sacrificandi abeuntes quam pęnam dare debeant.*

2 *Sacerdos qui forma debita, aut etiam materia sacramenti non seruata celebrat, omni ordine, & gradu ad tempus priuari debet.*

1 DEcimoquinto q̄ro quid † de sacerdotibus qui abutunt̄ debito modo, & ordine sacrificandi, ut q̄a non ponunt uinum cū aqua simul in calice, sed uinum tantum, aut aquam solam uel botrum uuarū cōprimunt in calice aut panniculum musto intinctum, & diu conseruatum aqua ablauant, & illā lauaturā ponunt in calice loco vini aqua commixti, aut panē sacri intinctū in uino calicis sacrato tradunt laicis pro cōione siue eucharistiæ sacro q̄bus pęnis puniunt̄ oīa ista narrantur in tex. in c. cum omne crimen de cōse
2 cra. dist. 2. & cōcludit̄ in fine † q̄ sacerdos pro isto facinore debet priuari ad tp̄s omni ordine, & gradu arbitrio iudicis, & tandiu sic priuatus existere donec iudici uisum fuerit illū congruā pnīam peregisse, ut postea purgatus ad oīa sua pristina restituatur, ut ibi dr̄.

1 *Sacerdos uel quiuis alius res sacras aut sacratas ad uisus prophanos conuertens, qualiter puniri debeat.*

2 *Baldassar rex Babylono interfectus quod uasa, sacra templi in prophanos conuertit usus.*

3 *Diaconus rebus sacris abutens, & in usus prophanos eas conuertens, quanto tempore excommunicatus ab altaris ministerio sit suspensus.*

4 *Abutens rebus sacris in sortilegijs sacrilegij reus est.*

1 DEcimo sexto q̄ro qua pœna punitur sacerdos uel laicus qui uasa ecclesiastica sacrata uel uestes sacras, aut benedictas ut est altaris pallax, calix, patena, purificatorium, tabernaculum sacramēti, eucharistiæ, aut aliquarum reliquiarum, itē lapidē sacratum totū aut partē, siue corporale, manipulū, stolā, camisum, planetā, itē uela q̄ sunt in sanctuario, aut iuxta imaginē crucis, aut B. Mariæ virg. & alia his similia acceperit, & ad prophanos vsus irreuerenter cōuerterit aut damnabilius in sortilegiis cōmiscuerit. Dic q̄ primo casu q̄n quis abutitur illis in pphanis domesticis vsibus circa sortilegia de iure antiquo s̄m legem Moysi vltione diuina percutiebantur, & sæpius morte, & totius status subuersione, si erant reges uel alii princi
2 pes, ut hr̄ Daniel. 5. Vbi rex Baldassar filius Nabuchodonosor postq̄ cepit erga Deum, & res sacras irreuerēter se hr̄e, & q̄ sacrata vel benedicta vasa aurea, & argētea ex sacro templo dn̄i in Hierusalem abstulerat, & cum

17 †ex qua rõne ẽt in pœnalibus (attento qđ expressa est in lege) argui põt ad similia. ut est tex.inst.de leg.patro.tutel. in prin.& glo. in clem.1.de electio. & c.1. de temp.ord.lib. 6.Præterea dispõ pdicta non est odiosa, imò fauorabilis, cum non in odium hæreticorũ principaliter, sed in fauorẽ fidei sit inducta. ut tex.ibi innuit in princ. Vnde illud est considerandum, & non odium hæreticorũ qđ uenit in consequentiã. iuxta gl. c. sciant cuncti, de electio.lib. 6.& l.q exceptionẽ. ff. de condictio.indebi. Nec est simile de accusatione in aliis criminibus intentata, & de accusatione facta in crimine hæresis. Nã, & si in aliis criminibus accusatio dicatur genus illaudabilis intentionis iuxta moderationem pdictã, nõ tñ sic est in crimine hæresis, ut in superioribus diximus. Posset ẽt dici ꝙ ille tex. non se restringit ad ꝓcessum inqsitionis qa non dicit cũ ꝓceditur ꝑ uiã inqsitionis, sed dicit, in fidei fauorem cõcedimus, ut in negocio inqsitionis hæreticæ prauitatis, & loquitur Papa inquisitoribus, ut patet in suprascriptione, de quibus certum est, ꝙ licet per uiã accusationis possunt procedere, appellanẽ tñ inqsitores, & eodem modo ex eorũ noĩe appellatur negocium inquisitionis, licet per uiam accusationis, uel exceptionis cognoscant, & per hoc fundata manet satis ista pars, & tñ sum restat ad motiua contraria, & qa in tanto crimine cũ multa oportet cautela ꝓcedi,
18 † in examinatione testium ꝙ recipi suꝑ criẽ pdicto cõtigerit, debent adhiberi duæ relgiosæ & discreto ꝑsonæ, in quarum pñtia per publicam.si põt hñri personã, aut ꝑ duos uiros idoneos fideliter eorũdẽ testiũ depositiones cõscribanẽ.ꝑ tex.in c.ut officiũ.§.uerum. de hær.lib.6.& pondera illum tex.qui requirit interuentum pdictarum personarum nedum in examinatione testiũ, sed ẽt in describendo eorũ depositiones. & pdicta practica examinandi testes põt, & iuste debet obseruari in oĩbus arduis causis, ut sine oĩ suspicione res procedat. ita tenet Panor. de elc. qa ꝑ.ꝑ.& c.cum causam, de testi. & quo liberior sit facultas in his ꝓcedendi datur facultas à iure religiosis, qui anteq̃ essent in seculo erant notarii, ac ẽt clericis qui ante clericatus ordinẽ notariatus officio fungebanẽ, ut in hac examinatione, & in aliis huic officio incũbentib. officiũ pdictum notariatus exer-
19 ceãt, ut d c.ut officiũ.§. ad cõscribẽda. †Probaẽ ẽt hoc crimẽ ꝑ instr̃a, utpote, si apud aliquẽ reperianẽ libri improbatæ lectionis, ſm Arch.& Io.And.in d.c.filii. Sed ego crederem ultra hoc requiri alias cõiecturas, ex quibus iudex informet aĩum suum, poterat. n. esse qđ erant in domo sua eo nesciente, aut ꝙ habebat illos libros, ut deprehenderet errores hæreticorũ, non ad illos sequendũ, & imitandũ, sed potius ad cõfundẽdũ, & impugnãdũ, iuxta tex.in c.q de mẽsa. & in § sed econtra.
20 37.dist. †An aũt alias delictũ ꝓbari possit ꝑ instr̃m, remitto ad gl.c.cũ in ecclesiis de maior.& obed.& c.cum in positionibus. de iure iur.lib 6.& ꝑ Io.And.in r̃a, semel malus, de reg.iur.lib.6.in merc.& ꝑ Bart. in l. senatus. ff.ad Turp.& ꝑ Bal in l.cõtra negantem. C.
21 ad l. Aquil.& Sal.in l.fi. C. de ꝓbõni. †Probari ẽt põt crimen hæresis ꝑ pſumptiones, sed ꝑ ꝑ grauitatem piudicii requirerenẽ euidentissimę coniecturæ. Nam ẽt si quodlibet crimen probari queat per indicia, ut in d.l.fi. C. de prob.& late ꝑ Io.And.in addit.ad Spe.ti. de proba circa fin. sed quo magis crimen est graue maiores pſumptiones, & euidentiora indicia requiruntur. sic ꝓbat tex.no.cum gl. in d.c.literas de præsump.& ibi tenet Panor.
22 † qñ tñ ex præsumptionibus iudicatur temperare debet iudex pœnam aliquantulũ. ut not. Innoc. de præsumptio. quia uerisimile.

1 *Publicatio testium hoc in crimine qualiter fiat.*
Testium publicatio in hoc crimine hęreseos publice fienda non est quãdo delat i potentia reformidatur, qua autẽ forma tunc procedatur ibidẽ & an idem in quibusnis criminibus dicendũ sit, nu. 2.
3 *Casus à communibus regulis exceptis, extendi minime debent, nisi per omnia eadẽ subesset ratio.*

QVAESTIO XIIII.

1 Decimoquarto quæro † de publicatione testium fienda in hoc crimine. Ad quod dicas quòd fieri debet sicut, & in aliis causis, ut reus habeat facultatem se defendendi. Si tñ ꝑꝑ potentiam personarum cõtra quos deponunt graue periculũ immineret speraretur ex publicatione nominum

prædi

ꝑdictorũ, tunc non publice, sed secreto corã dioecesano, uel ipso absente coram eius uicario, ubi inquisitores procedunt, qñ uero procedit ep̃s, coram inquisitorib. & utroq; casu coram aliis personis prouidis, & honestis, iurisque peritis hmõi publicatio est fienda, & ut efficacius hmõi periculis occurratur, ep̃s, uel inquisitores præfati poterũt super his secretũ indicere illis quibus hanc publicationem facient, & in eos si arcana cõsilii, seu ꝓcessus perfecerint excõicationis sñiam, quã ex secreti uiolatione ipso facto incurrãt, poterunt ꝓmulgare. ꝓ quo est tex. in c.fi. §.pe. de hær.lib.6.

2 †Sed occurrit dubiũ, an ubi simile periculum occurreret ẽt in aliis criminib. possit hmõi publicatio omitti, & dom.Ant. in c.præterea, de sponsal.lo 2. tenet ꝙ in materia peccati esset duntaxat hoc admittendũ, ꝓ quo inducit tex.ibi. Sed Panor. ibi dicit, ꝙ ꝓ & contra facit tex.in d.c.fin. cõtra facit, inducendo per locũ à speciali, ꝓ facit, inducendo gñaliter, sed ipse stat in primo dicto. Ego tñ tenerem ꝙ cum dispõ illius c. sit exorbitans à iure exceptio à cõi rła iuris nõ habebit locũ nisi in illo casu expsso, & ubi similis casus occurret, qđ uix posset cõtingere attenta grauitate huius delicti.

3 †Nã casus excepti à cõibus iuris regulis nõ extẽdunt, nisi ubi ẽ ꝑ oĩa eadẽ rõ, ut tenet gl.in l.1.C.de cõd. ind. & in l.illud.C.de sacr.eccl.& tex.c.cum dil. de cõf. uel inut. nec dictũ d. Ant. placet indistincte, qm̃ ille tex.c. præterea, loquit̃ qñ agitur de modico præiudicio, ut pote de sponsalibus de futuro, immo fundatur contrarium ex eo inquantum probat, ꝙ si sponsalia essent iurata, illud non foret admittendum.

1 *Sententia in hæreseos in crimine ferenda, quo ordine quo ue modo pronuncianda sit.*

2 *Hæreticis quæ pœna per ecclesiasticos iudices, & quæ per laicus infligatur. num. 4.*

3 *Hæreticorum bona qualiter diuidantur.*

4 *Hæreticus an sit incendio tradẽdus, siue uiuus igne absumendus.*

5 *Vasalli aliique hæretici fidelitatis debito astricti, à nexu illo liberi fiunt.*

6 *Condẽnati hæretici bona, in alio territorio quam ubi condẽnatus fuit existentia, cui applicanda sint.*

7 *Forum etiam quis sortitur ratione personæ super rebus ob sitis.*

8 *Feudalia, & emphyteutica bona, an damnato hæretico ueniant fisco applicanda.*

9 *Dos, an fisco applicetur ab uxoris hęresim.*

10 *Vir uxorem hæreticam & uersa uice uxor uirum deserere potest, intellige sanè.*

11 *Purgatio canonica quo pacto à suspecto de hęresi fienda sit.*

12 *Pœnitentia suspecto de hæresi iniungenda est, iuratoria. s. cautione, alia ue securitate adimplendæ pœnitentiæ postmodum exacta, necnon certa pœna adiiciendo si non impleuerit.*

13 *Suspecti de hęresi successores, suspecto adiunctam pęnitentiam implere coguntur, quam suspectus uiuens non impleuit.*

Delinquentis bona, an fisco tacite pro delicto hypotheca sint.

QVAESTIO XV.

1 Decimoquinto quæro † de sñia ferenda in crimine hæresis, & de pœna huius delicti. Modus aũt qui dẽt obseruari est, qđ antequã sñia feratur inquisitores præfati, & episcopus faciant secum cõuenire uiros sapientes, & doctos, Deum timentes, cum quorũ consilio procedere hñt ad sñiam ferendam, ut in cap.ut cõmissi, de hær.lib. 6. & si uideatur eos iudicandos fore hæreticos, tunc eis citatis debet sñia declaratoria ferri contra eos, per quam declarentur hæretici, & seculari curiæ tradendi ac bona eorum occupanda fore per eos ad quos spectat, ut cap. Cum secundum leges. eo. ti. & li. quia idem seruatur ubicunque pœna ipso iure imponitur, ut no. glo. c. commissa, de elec. eo.lib. & per Io.And. & Dom. c. pro hum. de hom. eod. lib.

2 † Pœna aũt hæreticorum est, ꝙ sunt excõicati ipso iure, & postquam per iudicem ecclesiasticum fuerint de hoc crimine damnati, tradi debent iudici seculari animaduersione debita puniendi, clericis à suis ordinibus degradatis, bona aũt hæreticorũ si fuerint clerici applicantur ecclesiis in quibus fuerant beneficiati, si uero laici extiterint, fisco seculari in cap. excommunicamus. lo 1. de hæret. in princ. & de hoc ultimo est tex. eo. ti. uerg. & cap. cum ꝺm leges. eo. ti. lib. 6.

3 † Hodie tñ bona hæreticorum in tres partes diuiduntur, quarum una assignatur dño tpali, alia officialibus inquisitionis, tertia uero ipsi officio, ut in extrauag. Clemen sed illa tantum loquitur de inquisitorib. Italiæ. & sic ad alias prouincias non extenderetur. iuxta notata per Innoc. & Ioan. And. in simili. in c.1. de loc. Lex etiam Friderici Imperatoris

ris quæ est tertia, & incipit patarenorū, diffidant, & bānit hereticos credētes fautores, & receptatores eorū, ac perpetuæ infamiæ eos subiicit. & istæ leges Friderici sunt approbatæ. c. ut inquisitionis, in princ. de hær. lib. 6.

4 † Sed iuxta præmissa q̄ro, qua pœna debent puniri ꝑ iudices seculares quorū ptāti relinquuntur. Gl. tangit q̄onem in c. excōm lo 2. eo. tit. & dicit ꝙ pœna ultimi supplicii. Host & Io. And. in c. ad abolēdam, eod. tit. tenēt ꝙ pœna ignis, debent ergo cremari ſm Euang. Ioā. 15. c. si q̄s in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eū, & in ignē mittent, & ardēt. Et ius ciuile punit hæreticū pœna mortis, ut l. Arr. C. de hæret. iuncta. l. ultimū supplicium. ff. de pœn. & sic transit recitando p̄dcōs doct. Pan. in d. ca. ad abolendam. idem tenet in c. excōm. lo 2. eod. tit. sed ista fundamento non ꝓbant. Nā illa auctoritas Euangelii non intelli' de hæreticis tm̄, sed ēt de his qui recedunt à Deo ꝑ defectū charitatis, nec loq̄tur de igne māli, sed de igne infernali. Leges ēt ciuiles supꝑius inductæ loquuntur de pœna mortis. non tm̄ ꝑ ignem infligenda, quod ubi iura uolūt exprimunt tanq̄ seuerissimam, & atrocem pœnam, ut patet in multis casibus quos enumerant Saly. in l. unica. C. de nili agg. nō rump. inter quos non enumerat istum. Vnde crederē ignem ipsis dari potius ex cōsuetudine, q̄ est optima legū interpres, q̄ ex aliqua expssa

5 iuris dispōne. † Vasalli aūt, & alii q̄cunque tenebant eis astricti debito fidelitatis, uel dn̄i aut alicuius obsequii, ipso iure ab oī hm̄oi obligatione sunt liberi, ut est text. de hæret. c. fi. Quo ad pœnā aut cōfiscationis bonorū, quæro de q̄one no. supposito ꝙ bona hæreticorū cōfiscata debent diuidi in tres partes, ut

6 dcm̄ est. † Pone ꝙ hn̄s immobilia Ferrariæ per inquisitorem Florentinū sit Florentię legitime condēnatus de hæresi, ad quos illa bona ꝑtineant. Ioan. Cald. disputauit istā q̄onē & arguit primo, ꝙ illa bona licet sint sita Ferrarię pertineant ad officiales & cōe Florentiæ postq̄ ibi fuit de heresi cōdemnatus. nam bona ueniunt accessorie, & in cn̄tiam ad ꝑsonam quæ cōdemnata est Florētię. arg. r̄ł ę accessoriū, de reg. iur. lib. 6. & cap. de prudentia, de donat. inter uirum, & uxorem. ff. de auro & arg. leg. cum aurum, in fine. faciāt ad idem notata per gl. in cap. quod ad te. de cler. coniug. & C. de exac. tribut. l. fin. lib. 10. ubi in publicandis bonis attēditur locus personæ quę delinquit. Secundo sic dicit lex, ubi quis iniustitiam fecerit ubi pœnas subeat delictorū, ut non alius tale quidq̄ agere præsumat ad exemplum respiciens, ut in auth. ut iud. sine quoquo suffr. §. si quis autē. col. 2. & canō dicit. ibi uindicet iniuria, ubi plectibilis est orta ꝑsump 23. q. 4. si illic. Item officiales Florentini laborauerunt in ꝓcedendo, & cōdemnando hęreticū. ergo bona uīr eis debita rōne laboris, & officialibus Ferr. dicēdum est, Qui non laborat non manducet. de cens. procurat. & not. ff. de damno inf. quamuis.

7 † Tertio rōne personæ sortitur quis forū ēt super rebus alibi sitis. c. sanè, de foro comp. C. ubi in rem actio. l. ultima. & ibi no. Quarto pro hoc facit c. cum ſm leges, de hæret. lib. 6. debet. n. intelligi ille tex. de dn̄o tꝑali illius loci cuius erat eps qui tulit sententiā, ad hoc optime. l. Titium. §. tut. ff. de administr. tut. In contrarum uī ꝙ ad officiales officii inquisitionis Ferrariæ, & cōe illius ciuitatis pertineant bona ibi sita, licet alibi sit facta condemnatio. Primo, quia dispō super rebus concepta debet referri ad superiorem loci ubi res sita est ubicunq; fuerit dn̄s dictę rei, patet hoc in iurisdōne, ut d. c. sanè, & cap. ex parte, & cap. fin. eod. tit. Idem in suppletione negligentiæ. 10. q. 2. c. cafelas. & c. le. quia regulares, de suppl. negl. prælat. Idem cum bona hęreticorū sint cōfiscata, ut prędictum est. & occupatio sit fienda per ꝓcuratorem in prouincia deputatū, ubi sunt illa bona. C. de bonis uac. l. si qn̄ lib. 10. ergo ad Florentinos p̄dictos pertinere non poterunt. Ad idem facit cap. postul. de foro comp. & l. cū unus. ff. de bon. auth. iud. possit. & ca. Rom. §. cōtrah. de foro comp. lib. 6. & de hær. ut offm̄, & ca. per hoc, eod. tit. & pro ista secunda parte cōcludit, & hanc firmat per iura pro hac parte inducta, & ne det̄ confusio iurisdōnum. Tertia uero parte īquisitorū dicit ꝙ debeatur illis de Florentia rōne laboris quem sustinuerunt, & cum his se expedit de ista q̄one Petrus de Anch. in rep. cap. access. de reg. iu. lib. 6. & ista cōclusio mihi placet, cum iura q̄ de confiscatione prædicta loquunt̄ ad bona referantur, & in rem sint cōcepta. Ad qđ facit doctr. Bart. in l. cūctos pop. C. de sum. Trin. An aut in hac confiscatione ueniant bona q̄ hereticus tenebat in feudum, uel emphyteusim ab aliis, uide late per Spec. tit. de feud. §. 2. uers.

1.uers.90.& per Bar.in l.si finita §. si de uectigalibus.ff.de damno.infecto.& per Egid. de
8 Bella.decis. 725.† Quid autē si uir sit hæreticus, an propter hoc dos uxoris sit cōfiscata. Dicas quod nō, nisi uxor sciens à principio eū esset talem, ipm in maritū acceperit, ut c.decreuit. de hæret.lib.6.ex quo habes unum casum in
9 quo dos cōfiscat.† An aūt propter uxoris hęresim cōfiscet dos, uideret quod non per l.quinq; legib. ff.de bo.damn.qa iste casus non est de illis. Sed ego dicerem cōtrarium. Nam ex quo in crim.lęsę maiest.illud hēt locum ut ibi, ergo à fortiori in crimine hęresis, sicarguit tex.de
10 hær.uergentis.† ubi tñ uir uel uxor in hæresim laberet q fideles eorū manet, posset propria auctoritate ab alio recedere. Si tñ ille hæresim abiuraret, cogeret ad eum redire, quod intellige si sine iudicio ecclesiæ ab eo recesserat, secus si iudicio ecclesiæ. Fit tñ ista separatio quoad cohabitationē, non quo ad uinculum, pbatur hoc in c.de illa.de diuor. & eo casu quo fidelis recederet, totam dotem aut donationē propter nuptias recuperare dēe de donatio.inter uirū.& uxorē.c.1.& consultū est cōiugi catholico ab hæretico separari, ne seducat ab eo, & in errorē labat, & ppea dñs pcepit Deuter.7.dicens. Filiā tuā nō dabis filio eius, neq; filiā illius accipies filio tuo. quia seducet filiū tuū, ne sequat me, & ut magis seruiat diis alienis. Irasceturq. furor dñi, & de-
11 lebit te cito. Si aūt† non cōuincant, de hęresi sufficienter hi cōtra quos pceditur, sed alias de hoc crimine inueniant suspecti, tunc iuxta cōsiderationem suspicionis qualitatumq. personæ debēt canonice se purgare, qđ si renuerint excōicādi sunt usq; ad satisfactionē cōdignam, & si per annū in excōicatione psti terint, sunt uelut hæretici cōdēnādi, ut in d. c.excōicamus.lo 1.in § 1.ubi vero susciperet purgationē, & in ea deficeret tanq̃ de crimine conuictus hri debet, qđ in oī crimine est gñle, ut c. inter solicitudines, de purgatio. canon.& c.tua.de cohabita.clericorum, & mu
12 lierum. † Est, & alius modus pcedēdi cōtra suspectos pdictos, ut iuxta quātitatem suspicionis, & aliis debitis circunstantiis cōsideratis, si discreta pœnitentia eis iniungat atque pter iuratoriam cautionem, ab ipsis sufficiēs exigat securitas. s. de certa pœna soluenda si pœnitentiam non impleuerit, ut saltē pęnæ tpalis timore debeāt coerceri. p quo est tex.
13 in c.lras, de psumptio. in fin.† & ubi ipsi in uita non implessent hanc pœnitentiā iniunctam, compellendi sunt eorum hęredes eam adimplere, per tex.in c.parochiano.de sepul, & c.in lris de rapto.& c.à nobis.lo 2.de senten excōicatio. Secus aūt si pœnitentia non iniuncta illi decessisset.utc.accus.§.porro.de hæret.li.6. Et ubi prædictus sit spectus obligasset bona sua pro hmōi pœnitētia iam iniuncta adimplenda transirent bona hmōi in quemcunq; ēt particularem successorem dictorum bonorum cum prædicto onere, ut probat idem text.in §.si uero. qui text. satis
14 aperte terminat illā difficultatem, † an pro delicto bona delinquentis sint tacite obligata fisco, de quo per gl.in l.rescriptū.ff. de pactis.& in l.aufertur.§.fiscus.ff.de iur.fis. & per Bar.utrobiq;. & ēt per eum in l. post contractum.ff.de donati. Et per illum text.d.c. accus. §.si uero.uř fundari quod non inducatur illa tacita hypotheca secundum Pet. de Anch. ibi, sed ego dicerem quod ille text. non facit ad propositum, loquitur.n de pœnitentia iniuncta suspectis de hæresi, non aut de bonorum cōfiscatione quæ fit ipso iure cōtra cōuictos de hæresi. hoc tñ indubie probat ille tex. quod pro pœnitentia alicui iniuncta non sunt bona illius tacite hypothecata, cū ibi expressa fuerit facta bonorū hypotheca. Quo ad qōnē aūt principalem Bar.in d.l.rescriptum tenet qđ sint tacite hypothecata fisco, sed non tali hypotheca q faciat pferri creditorib.ipm fiscū, sed in d.l.aufertur.§.fisco.& in d.l. post contractum.indistincte tenuit tacitam hypothecam illo casu cessare, sed qa de hoc principaliter hic nō agit, remitto ad no.plene per Bal. in d.l. rescriptū.ubi uidebis longā distinctionē, q euacuat istam materiā satis ad longū.

1 *Hæreticorum fautores, & receptatores qua pœna plectantur.*
2 *Auxilium hæretico præstare ex quibus actibus quis dicatur.*
3 *Misericordiam pro delinquēte quamuis regulariter implorare liceat pro hęretico tamen non licet.*

QVAESTIO XVI.

1 DEcimosexto quæro † de pœna imponenda contra credentes fautores & receptatores hæreticorum hoc determinatur per text.in d.c.excommunicamus.§.credentes.de hær.ubi tex.decernit tales excōicationi subiacere, & si taliter excōicatione

nodatus

nodatus satisfacere neglexerit intra annum extũc efficitur infamis,& excluditur ab officiis publicis, & consiliis, nec ad eligendos alios publicos officiales,nec in testem admittitur,& efficitur intestabilis actiue, & passiue.& aliæ multæ pœnæ contra tales ibidem imponunt̃ quę causa breuitatis ommittant̃. Prædicta uera sunt qtũs de credentibus loquuntur in his qui credũt hæreticos fore bonos,& catholicos uiros, & fauent eis. Si tñ crederent eorũ erroribus,eo casu essent hæretici iudicandi tanq̃ à fide deuiantes, ut in c.
2 pen.§.fin.eod.tit.Sed iuxta hoc q̃ro † ex q̃b. actib.dicat̃ q̃s p̃stare auxiliũ siue opẽ, aut fauorem hæreticis.Arch.& Io.An.in c. q̃cũq;. eod.tit.l.b.6.late p̃sequunt̃ hanc mãm. Sed tu dicas q̄ interdũ p̃statur auxilium de iure, ut puta exercendo offm̃ aduocationis siue p̃curationis pro eis,ad quod faciunt notata p̃ Hostiẽ.in c.proposuit.de cler. excom. min.& tex.in c.si aduersus,de hær.Qñq; nõ per uiã iuris,sed ueniæ,siue misericordiæ obtinẽdæ,
3 & † licet illud rr licitum sit ut l.si fuerit. ff. de reb dub.& l.in metallum,& l.diuus. ff.de pœ.tenet Bart.in l.in furti.§. op.ff. de furtis. In foro tñ cõscientiæ dicerẽ, q̄ ubi nõ esset spes de correctione illud esset illicitũ, & uideretur impendi fauor delinquentis.Ad q̃d induco gl.23.q.5.reos. Sed in crimine hæresis gñaliter dico non licere, ẽt ubi spes esset de correctione.Nam si hoc obtinet, in crim.læsæ maiest.ut nõ liceat pro criminoso illo crimine supplicare,ut l.q̃squis.C.ad l.Iul.maie. à fortiori in crimine hæresis locum hr̃e dẽt, cum longe grauius sit æternam quam t̃palẽ lædere maiestatẽ de hæret.uerg. ad quod facit gl.6.q.1.si q̃s cum militib. Qñq; p̃stat̃ fauor,alias extra iudicium, & tunc prosequere mãm ut late p̃sequit̃ gl. in cle. 1.de pœn.& in c.1.de off.deleg.& in c.notũ.2.q̃õ.1. & per Innoc.de hom.sicut dignum.& p̃ Bar.in d.§. op.& per Sal.in l.non eo minus.C. de accus. Et licet alias receptatores delinquentium si eorũ sunt cõsanguinei mitius puniant̃, ut in l.2.ff.de recepta. Hoc tñ nõ putarẽ ĩ hoc crimine hæresis locũ hr̃e,cũ & pro delicto prís filii puniant̃ p̃p tanti criminis atrocitatẽ, ut d.l.q̃sq̃s.& dictũ.c.uerg.& c. q̃cunq;.§. filii eo.tit.lib.6.licet ipsi nõ deliquerint. quanto magis nõ esset eis hñda mĩa ubi tales flagitiosissimos receptarẽt, eorũ delictis quodãmodo p̃ hoc cõicantes,sed in hoc ult.cogita.

1 Iudicibus an liceat,hęreticis à iure impositam pęnam minuere,uel augere.

2 Pœnas delictorum minuendi,augẽdi ut quæ iustæ causę censeantur.& nu.4.

3 Hęreticorum si adsis copia qua uia procedatur.

5 Pœnę augmentum,aut diminutio in crimine hæresis etiam post sententiam fieri potest,ut in cęteris uero delictis in ipsa sententia fieri debet, non etiam post intell.ge sanè.

6 Alteratio pœnę, & in sententia, & post fieri potest.

QVAESTIO XVII.

1 DEcimoseptimo quæro † an pœnam inflictam a iure contra hæreticos possint iudices qui de hæresi iudicant minuere, uel etiam ex causa agere, aut mutare.Rñdeo q̄ sic. Nam hoc est gñale in oĩbus criminibus,ut in l.quid ergo. §. pœna grauior.ff.de his, qui notantur inf.& l.& si seuerior.& l.si possidoniũ.C.ex q̃b. cau. inf. irr.Vnde cum hæc regula non reperiat̃ uiolata in crimine hæresis, debet idem in eo quod
2 in aliis iudicari.† Quæ aũt sint iustæ causæ minuendi pœnas delictorũ. ad hoc rñdet gl. in d.§. pœna grauior.dicens multas fore causas.Potest n.minui pęna rõne senectutis,uel iuuentutis,ut l. auxil.§. in del. ff. de min.uel q̃a sine dolo deliq̃t.ff.de pœn.l. si q̃s aliquid. §.instra,& l.abũtem.§. fi.& l.respic.§.delinq.
3 eod.tit. Augeri aũt pñt pœnæ qñ † multitudo est in delicto,q̃a multis crassantibus opus est exemplo.ff.de pœn.l.aut facta.§. fin. Sed istud ultimum limita uerũ ubi multitudo illa patienter, & sine scandalo pœnã sustineret. si tñ scandalum timeretur de punitione multitudinis detrahendũ esset p̃p multitudinẽ seueritati,& rigori,ita tenet gl.no.in c.comessationes.44.dist.& in cap.lat.de cler.excõmin. At ubi multitudo uellet errorem suũ p̃tinaciter defendere, seuere essent puniẽdi, ut uoluit gl.in d.c.cõmess. & in c. quoties.lo 2.1.q.7.uel si cõfidẽtes in multitudine usum peccandi sibi fecissent,ut in c. 1. de pœ. di.6. Si tñ ista cessarent, & parati essent illi multi corrigi,& eorũ correctione esset spes, ex misericordia mitius esset cum eis agendum, distin.50.ut constitueretur,& cap. fi.de trans. & d.c.cõmess.cum multis similib.Quot autẽ dicantur multi,uide gl.in d.c.latores.De modo autem extirpandi uitium à multitudine. uide tex.notab. in d.c. cõmessationes, & de modo puniendi multitudinem delinquentẽ,

uide

4 uide oĩno tex. in d. c. latores. † Quæ aũt sint considerãda in augendis siue diminuendis pœnis.uide tex.in l.respiciendum, & l.aut facta.ff.de pęn.& in l.2.ff.de term.mo & gl. 2. q.3.§.notãdũ. Reperiť tñ unũ speciale iuxta
5 hoc in crimine hæresis, † ꝙ licet sit regulare in aliis criminibus, ꝙ ubi pœna uenit ex cã augẽda uel diminu.illud debet iudex facere, in sñia,nõ aũt põt post sñiam,ut uoluit gl. ĩ d.§.pœna grauior, & d.l.& si seuerior. in tm̃ ut ẽt si de innocẽtia cõdẽnati post sñiam cõstet id tñ ꝙ sñiatũ est sine principis licẽtiã immutari nõ põt, ut ĩ l.1 §. fi.ff.de qõnibus. & l.diui.ff.de pœ.tñ in hoc crimine est speciale ut ẽt post sñiam possit pęna mitigari uel mutari.quũ usũ fuerit iudicibus expedire, ut est notab.tex.in c.ut cõmissi §. necnon. de hær. li.6.Sed illũ tex.ego intelligerẽ stricte in terminis in quibus loqtur quũ exorbitet à iure cõi, uidelicet qñ redeuntibus ab hæresi uel alias suspectis est imposita pęna carceris uel alia hmõi.Secus aũt ubi qs esset tanq̃ hæreticus condẽnatus,qđ.n.non mutať quare stare prohibeť. C. de testamentis, sancimus. &
6 de appel.l. ꝑcipimus. † Vnum tñ non omittam ꝙ alteratio pœnæ q̃ est necessaria nedũ potest fieri in sñia,sed ẽt post sentẽtiã. Vnde si condemnatus in pecunia ꝑꝑ crimen non potest soluere, iudex ex interuallo poterit pœnam corporalem permutare,& hoc obtinet in quocunque crimine pro hoc. ff. de in ius uocan.l.fi.& de iurisdict.omn. iud. l. si qs id quod.§. seruos. Cautius tamen faciet iudex si formet sententiam bimembrem. hoc modo uidelicet, condemno te in pecunia, & nisi solueris intra talem terminum mãdo ꝙ patiaris talem pœnam corporalem. ita not. Bal.in d l.& si seuerior. faciunt not.in simili per eum in l.cum iudex.C.de sentent.

1 *Appellare an liceat hęretico.*

2 *Appellatione à deffinitiua lege uel statuto sublata nequaquam sublata censetur ab interlocutoria appellandi facultas.*

3 *Appellatione lege uel statuto prohibita non etiã interdicta censetur appellandi facultas, ubi aut dolo iudicis aut etiam partis sententia lata extitit, ex quibus autem dolus colligatur, ibi traditur.*

QVAESTIO XVIII.

1 Decimooctauo quero.† An in causa hęresis liceat appellare, & distingue. qa aut est lata diffinitiua, & ab ea nõ licet appellare,ut in c.ut inqsitionis.§. 1. de hære. lib. 6. ibi cũ dicit cõdẽnatos.aut grauamen contingit in processu causę, & tunc potest appellari ẜm Archid.ibi.Nã nulli est negãda legitima defensio. de exceptio.cũ inter, & ne innocẽs grauet permissum est oĩbus oppressis appellare.2.q.6.c.2.& 3.nec obstat ille tex. in d.c. ut inquisitionis.ẜm eum,immo facit pro, qa loquitur de illis.de quibus iã constabat per sentent ã latã fore hæreticos.sic ẽt cõstitutio Inno.4.de qua hic sit mẽtio dicit.Itẽ appellationes & proclamationes hmõi personarum &c. & alia constitutio quæ incipit. Cõmissi nobis celitus.sic dicit,igr proclamationis, & appellationis beneficiũ ab hæreticis receptatoribus & fauoribus eorũ penitus amouemus. Ex qbus uerbis apparet ꝙ de his quos hæreticos esse cõstat,ꝑdicta iura loquuntur. Idẽ sequiť ibi.Io.And.Hi. n. quos cõstat esse tales nullo iuris beneficio gaudere debẽt, ut in auc.de priuil. doct.circa mediũ, & in tam graui crimine cũ multa debet cautela ꝓcedi. de hære.ut officiũ.§ uerũ lib.6.Idẽ Gen.idẽ
2 sequitur Domi.qui ex prædictis infert† ꝙ ubi lex uel statutũ tollit remediũ appellandi à diffinitiua,non uř tollere ab interlocutoria, qđ est notãdũ,& ꝓ hoc ego induco doctrinã Inno.in c.significauerũt.de testi.& in c. pen. de no.ope.nuntia.ubi tenet ꝙ & si in iudicio possessorio non admittať appellatio, ut in l. unica.C.si ad momen.po.Illud tñ est uerũ in diffinitiua quo casu iura loquunť secus aũt in interlocutoria,de qua nõ disponũt tollendo remedium appellandi ab ea quod etiã iustificari posset,quia eo magis admittenda est in hoc casu appellatio ab interlocutoria, qa grauamen non est reparabile per appellationẽ a diffinitiua,ꝑ ea q̃ no.in l.ante sñiam.ff. de appel.nõ reci.& in l.ante sentẽtiæ C.quo. appel.nõ reci.& per glo.cle.1.de hære.in uer.
3 ipso iure, quæ optime facit ad hoc. † Aduerte tñ iuxta hoc ꝙ quantũcunque lex uel statutum tollat appellationẽ,nõ tñ tolliť facultas appellandi,ubi ꝑꝑ dolum iudicis uel aduersarii esset sentẽtiatũ,& ꝑsumiť dolus in iudice si erat capitalis inimicus eius cõtra quẽ pronunciat.ut ff.de arbitris.l.non distinguemus.§ cum quidã. ꝓbatur autẽ ꝑdicta cõclusio ex tex.l.diem. ꝓferre.§.stari.iuncta.l.ita demum. ff. de arb.& l. 3. C. eod. Dolus autem aduersarii, colligitur ex his quæ dicit text.

in

in d. l. ita demũ uidelicet si corrupit iudicẽ, uel ambitione, uel pecunia uł aduocatũ, aut procuratorẽ partis aduersæ gñaliter si in lite dolose uersatus est, & hanc conclusionem firmat Bal. in c. pastoralis. §. fi. de off. deleg.

1 *Executio aduersum damnatos hæreticos qualiter fiat.*
2 *Degradatio clerici qualiter fiat, & an degradari debeat qui perpetuo carceri mancipandus traditur, num. 3.*
4 *Sententia criminalis an mox executioni mandetur an uero decendio ad appellandum expectato.*
Officiales seculares hęreticos punire nolentes, qua pœna plectantur.
5 *Magistratus seculares exequi, & conseruare constitutiones aduersus hęreticos latas iurare debẽt, quod si facere recusent, puniuntur, ut ibi.*
6 *Iudici seculari potenti an hęretici damnati à iudice ecclesiastico sit exhibendus processus, ut nunquid recte condemnatus fuerit uidere possit.*
7 *Exceptio nullitatis sententia executionem impedit.*
8 *Iudex laicus iniquam ecclesiastici iudicis sententiam executioni mandare non debet.*
9 *Iudex secularis ad ecclesiasticum, & ecclesiasticus ad secularem ubi opus est, recurrere potest. una etenim potestas alterius opera iuuatur.*
10 *Iudex unus secularis, alterius iudicis secularis auxilium implorare potest.*
11 *Causa si fuerit cõmissa episcopo (puta Paduano) & duo sunt electi unus canonice, & alter non intelligitur commissa existenti in canonico possessione.*

QVAESTIO XIX.

1 Decimonono quęrot de executione fienda contra cõdemnatos, de hoc crimine, In quo est dicendum quòd si sint ecclesiastici uiri tunc per inquisitores, & ordinarios fiet executio in bonis eorum. ubi uero seculari iudici sunt tradendi, debent prius à suis ordinibus degradari, qđ gñale est in omni crimine, ut in c. cũ non ab hoĩe. de iud. & in c. nouimus. de uerb. sig. ubi text. dicit ꝙ cum maxima clemẽtia ꝑ ecclesiasticũ iudicẽ sunt tradẽdi ꝑcibus interpositis apud eum, ne ad mortẽ uel mẽbri mutilationẽ procedat. Secularis tñ ptãs faciet executionem corporalem prout iura uolunt. Illud. n. conuenit iudici ecclesiastico ꝑꝑ suam modestiam, & ecclesiæ clementiam, & hoc incumbit seculari iudici ꝑꝑ rigorem disciplinę, & iustum cõseruã-
2 dum † In degradatione aũt ꝑdictorũ reperiĩ specialiter in hoc crimine statutũ, ut non requirat numerus epõrũ de quo in c. degradatio. de pœn. lib. 6. imò qa tantus epõrũ numerus faciliter cõuenire non põt, solus epš cõuocatis Abbatibus aliisq́. ꝑlatis, & religiosis ꝑsonis ac literatis suę diœcisis (de quibus sibi expedire uĩ) poterit eos degradare, ut in c. 1. de hær. lib. 6 & licet ille tex. dicas ꝙ illæ ꝑsonæ cõuocatæ debeãt esse de diœcesi, ubi tñ ibi nõ reperirent recurrẽdum esset ad aliã diœcesim, ut dicit ibi Io. And. in nouel.
3 Sed occurrit iuxta hæc dubitatio. † An ista degradatio debeat fieri tm̃ ubi clericus traditur curiæ seculari mortis supplicio deputandus. An ẽt sit idem qñ debet ꝑpetuo carceri mancipari, iuxta formam. c. excõicamus, lo 2. eo. tit. Panor. mouet ibi qõnem, & tandem concludit ẽt in secundo casu. s perpetui carceris hr̃e locum prædictam degradationem; pro quo facit ₰m eum aperte text. in d. c. 1. ibi quum dicit, aut perpetuo immutandus, &c. Si uero laici fuerint de hoc crimine condemnati, statim sine alio adminiculo seculari sunt relinquendi iudicio, animaduersione debita puniendi. Ptãtes aũt siue iudices, & alii dñi tꝑales. officiales, siue eorũ nuncii taliter sibi relictos statim recipiãt, & sine dilatione debita animaduersione puniant, non obstantibus appellationibus ꝑ eos interpositis, aut interponẽdis, quũ tã ₰m ius canonicum, quam ẽt ₰m legem imperialem, appellationis remedium si hæreticis fautoribus, ac eorum receptatoribus, & defensoribus interdictũ. ut in c. ut inquisitionis. de hær. lib. 6. &
4 ex illo tex infert ibi gl. ꝙ † sententia lata in causa criminali debet statim mandari executioni, non expectato lapsu decendii, sed ille tex. iudicio meo probat cõtrarium, quũ ibi permittaĩ fieri executionem incontinenti, ex eo ꝙ in crimine hæresis non admittiĩ appellatio, ut dicit ibi tex. ergo ibi appellatio non excluderetĩ (qđ est regulare in oĩbus criminibus, intm̃ ꝙ in eis nedum condemnato sed ẽt tertio permittiĩ appellare. ff. de appel. non tm̃) esset differenda executio, nec statim esset fienda, de materia tñ quia nõ est præsentis speculationis remitto ad not. ꝑ Bar. in d. l. non tm̃, & latius ꝑ eum l. qui ultimo. ff. de pœn. & ꝑ Bal. ĩ l. addictos. C. de epis. aud. & ĩ l. unica. C. ne ex delic. defun. Consuetudo tñ hẽt qđ in quocunq; crimine non expectato

decendio ad appellandum mandatur inconti nenti sententia executioni quo ad pœnã corporalem quod intellige ubi non esset appellatum, de quo remitto ad notata per Doct. in locis pdictis, & p Can. in c. 2. de re iud. & quo magis sint astricti hmõi seculares potestates, & officiales cõtra hæreticos hmõi executiones facere † statutum est, ꝙ ad reqsitio nem diœcesanorũ, seu officialium suorũ, aut inqsitorũ hæreticæ prauitatis iurent præcise attendere, atq; inuiolabilr obseruare, & facere à suis subditis obseruari toto tpe sui regiminis ĩ terris suæ iurisdõni subiectis cõstõnes edictas cõtra hereticos credẽtes, fautores & receptatores, atq; defensores eorũ ipsorũ que filios, & nepotes, & q iurare id noluerint & seruare, uelut heretici, ac de fide suspecti, & infames offõ, & honore sui regiminis spolietur, & sũt inhabiles ad officia publica de cetero conñda, ut ĩ c. ut offm̃. §. fi. de her. lib. 6. & ultra hoc pdicti oẽs si executionẽ sibi iniũctã contra hereticos pfatos delatos prõpte p ut ad suum spectat offm̃ facere, seu adimplere detractẽt, aut alias sñiam, uel pcessum iudicium, q sup hoc crimine pcedunt directe, uel indirecte impedite psumpserint, & q sciẽter in pdictis dederint cõsiliũ, auxiliũ, & fauorem, excõicationis sñiam ipso facto incurrunt, quã si p annũ aĩo sustinuerint indurato, ex tunc uelut hæretici sunt condẽnandi, ut in d. c. ut inquis §. prohib. Ex quibus apte mõstratur quã soliciti, & attenti debeant esse seculares ptãtes, & officiales circa ea quæ super hoc crimine eis incumbunt pagenda. Horrẽdum q. est ꝙ ptãtes, & dñi tpales qui eos debite modo pdicto non puniunt, imò & q deterius cõmittẽtes eis fauent, i lud dñi iudicium p eos prophetæ prolatũ incurrãt. Quia dimisisti uerũ dignum morte de manu tua erit aĩa tua pro aĩa eius, & ppl̃s tuus pro pplo eius, ut hr̃ 3. Reg. 20. Multa ẽt flagella diuinæ ultionis quæ in pplo p p hoc detestã dum crimen se uire quotidie decernimus habita de eis uindicta misericorditer tollerent. ut cõtingit ĩ simili casu 3. Reg. 18. Ex pdictis infertur ad qõ. q̃ in hac mã est satis necessaria.

6 † Pone ꝙ iudex ecclesiasticus tradit cõdẽ natũ de hæresi iudici seculari, ut ipm puniat. An iudex secularis possit petere à iudice ecclesiastico ut cõicet sibi processum quẽ facit cõtra condẽnatum, ut sic uideat, an iuste fuerit processum contra eũ, uel non, ut in eo centum pcedat ad exequẽdum sñiam cõtra ipm uel non Bart. in l. diuus. ff. de rust. & exhib. reo. tenuit ꝙ non tenebitur ad executionem faciendam procedere, nisi processus sibi exhibeat, & idẽ tenet in l. magratib. ff. de iurisd. om. iud. ad quod allegat tex in d. l. diuus. ad idẽ inducit quod hr̃ in auth. de sanctissimis ep sc. §. si uero. Sed Pan. in c. 1. de off. ord. reprehendit in hoc Bart. & dicit contra ipm esse tex expressum in d. c. ut inquisit. §. prohibemus, ubi dr̃ ꝙ de crimine hæresis cum sit mere ecclesiasticum, neq; directe, neque indirecte potest iudex secularis cognoscere, sed pura, & nuda executio ad eum pertinet ad requisitionem iudicis ecclesiastici. Et hæc opinio satis placet, quia fundatur aperte per d. §. prohibemus. Sed ego limitarẽ hoc procedere ubi daretur de iniustia contra sententiam ad impediendum executionem. ad quod ẽt faciũt notata per Innoc. in d. c. 1. de off. ord. & in c. cum in iure, de off. deleg. & p Arc. 23. q. 5. administ. ubi tñ diceretur eã fuisse nullam, & de hoc exciperetur ad impediendam executionem, tunc admittenda foret hæc exceptio p iudicem secularem exequẽtẽ, dum modo in breui posset de ea stare, nec requireret altiorem indaginem, iuxta notata p Bar. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud.

7 † Nam nullitatis exceptio impedit executionẽ sentẽtiæ, ut in d. §. cõdẽnatũ. & l. si cũ nulla. eo tit. & cap. de cetero, de re iud. & per gl. in c. past. §. qa uero, de off. deleg. & per Inn in cap. cum in iure, eod. tit. Nec obst. tex. in d. c. ut inquisitionis. §. 1. in fin. ubi dicit, ꝙ iudex secularis statim recipiat cõdẽnatos de hæresi. & immediate sentẽtiã exequat̃ cõtra eos. Nam ille tex. loqtur de cõdemnatis de crimine pdicto. Cõstat aũt cõtra quẽ sñia lata est nulla non esse cõdẽnatũ, ut clare dicit tex. in d. §. cõdẽnatũ. Sir̃ nec obst. tex. in d. §. prohib. eiusdẽ c. qa hic nõ cognoscit iudex secularis de crimine hæresis, qd̃ ibi ĩterdicit̃, sed tm̃ de nullitate sentẽtię qd̃ ibidẽ minime phibet̃. Et pro hac cõclone multũ faciũt ea q̃ not. Ang. cõs. 275. addo etiam aliam limitationẽ ad prædicta,

8 ꝙ † ubi induci seculari alias constaret sñiam fore iniustam, non dr̃et ad eius executionem procedere, ne aĩam suam damnaret. iuxta notata per Innoc. in d. § quia uero. c. pastor. & cogeretur per iudicem ecclesiasticum p censuras, & alias iuris pœnas potius debet ista humilr̃ tolerare, q̃ mortẽ iniustã alicui

alicui inferre.arg.c. inqsitioni. de sen. excõ. neq; ꝑ hoc dici põt ꝙ se intromittit de hoc crimine cõtra dispõnem d.§ ꝓhibemus. qm̃ nõ se intromittit cognitionẽ sup ꝑdicto crimine assumendo, ꝙ ille tex. ꝓhibet, sed ex cõscientia priuata quam habet crimen homicidii declinando qđ quemlibet uirum catholicũ decet. & est aliud spãle in hoc crimine ꝙ ꝑ executionibus faciendis, & auxilio impendendo contra hæreticos poterunt ecclesiastici iudices recursum habere ad ptãtes, & iudices seculares excõicatos, & de facto, & non de iure officia illa, & dignitates possidentes, dummodo sine periculo morę ad superiores eorũ legitime præsidentes recursus nequeat haberi, ut probat text c. præsidentes, de hær. lib. 6. ex quo text. per locum à spãli dicemus contrarium in aliis casibus ut ad tales nõ recurratur. † Ex quo poteris assumere not. limitationẽ. & intellectum ad oĩa iura quę dñt ꝙ iudex ecclesiasticus debet recurrere ad auxilium iudicis secularis qñ opus est 96. dist. cũ ad uerum. & 24. q. 5. principes de off. ord. c. 1. & econtra secularis ad ecclesiasticum. nã una ptãs ꝑ alium iuuatur. 10. dist. c. qm̃. ad qđ ẽt faciunt not. ꝑ Inno. in c. licet ex suscepto. de foro comp. & in d. c. 1. de off. ord. & ꝑ idem intelliges no. ꝑ Bar. in l. unico. in prin. ff. si quis ius dicen. non obtem. Vbi dicit, ꝙ † ẽt inter seculares iudices põt unus implorare auxiliũ alterius potentioris. C. de his q latro. oc. l. 2. oĩa. n. ista debẽt intelligi modo prædicto. & per eundem modum limitatis ẽt no. per Vincen. & Ioan. And. in c per uenerabilem §. rõnibus qui filii sint leg. ubi per illũ tex. dicunt ꝙ † si causa committitur ẽpo Paduano, & duo sunt electi, alter canonicę, & alter non, ꝙ intelligitur commissa existenti in canonica possessione, & idem tenet Arch. 11. q. 1. si quisquam. debet enim intelligi de illo qui bona fide esset in possessione, secus aũt si de facto tantum esset intrusus per prædicta.

(Margin numbers in the text above: 9 at "curratur. † Ex quo"; 10 at "† ẽt inter seculares"; 11 at "tex. dicunt ꝙ † si causa".)

1 *Recedentes ab hæresi, et abiurantes an indistincte sint recipiendi, & pœnas criminis euitent et usq; ad quod tempus admittatur abiuratio latetradi tur & uariæ Doctorum sententiæ referuntur.*

2 *Quod deciditur de recedentibus, & abiurantib ab hæresi, procedit etiam in apostasia, declara tamẽ & limita, ut nu. 4*

3 *Materia, sine causa mere ecclesiastica non cadit sub iudicio laicorum, maxime ubi Ius Canonicum contrariatur ciuili.*

5 *Relapsus quis dicatur.*

6 *Hæreticus super aliquo articulo si abiurauerit, & demum teneat contra articulum an dicatur relapsus.*

7 *Forma abiurandi hæresim quæ sit.*

8 *Iudex in sententiis ferẽdis uel pœnis iniungendis contra abiurantes qualiter pronunciare debeat.*

9 *Forma sententię contra abiurantes.*

10 *Inquisitores an possint absoluere hæreticum ab excommunicatione quam Papa die Iouis sancta promulgat contra hæreticos.*

11 *Pœna quæ infligatur abiurationibus hæresim, & num seq.*

12 *Patronus ecclesię abiurans hæresim an recuperet ius patronatus amissum per hæresim.*

QVAESTIO XX.

1 Vigesimo quæro † An redeuntes ab hæresi indifferentes sint admittendi, & an euadant per hoc pœnas criminis Archidia. in c ut commissi. §. necnon, de hær. lib. 6. dicit, ꝙ ille q ueniunt intra tps grãe admittẽdi sunt, licet. n. fuerunt moniti, non tamen sunt coacti ex quo à nemine sunt ꝑuenti. bene facit ff. ad Tertul. l. 1 §. mater. cũ seq. Sed ipse tenet ꝙ ẽt post tps gratiæ admittendi sunt re integra. utpote qa aliqs non fuit personalr̃ requisitus, nec cõtra eum ꝓbationes sunt receptæ, ad hoc de præben. c. si tibi absentit. l. b. 6. Qui tñ post ꝑdicta tpe uenerit indignus est uenia licet errorem detegat, & remittit ad not. in l. 1. C. de his qui latro. occul. & sic recitando ipsum trãseunt Io. And. & Dom. ibi. & id qđ isti dñt de tpe gratiæ innit r̃ cõsuetudini quã solent seruare inquisitores hæreticæ prauitatis q ut ꝑdiximus in principio inquisitionis ꝑmittunt sermones ad populum, ubi hñt inquirere de fide catholica differẽtes atq; admonẽt oẽs hæreticos, ut recognoscentes errorẽ suũ ad fidẽ catholicã cõuertant r̃. q tanq̃ benigna mater q nulli claudit gremium redeunti eos benigne recipiet, & solent ꝑfigere certum terminũ intra quẽ isti debeant uenire, & istud appellat r̃ tps gratiæ. Sed Host en. in summa tit. de hær. sentit aperte ꝙ anteq̃ si cõuictus de hæresi qñcunq; admittit r̃ cõfitens errorem suum, & volens reconciliari, ẽt si timore probationũ cõfiteat r̃, dummodo iudex uideat ipsum contritũ, & speret de cõuersione sua. Io. And. in c.

excõicamus.lo 1.§.damnati.eod.tit. in quadam apost.sentit ꝙ nedũ anteꝗ̃ sint cõuicti, imò ẽt postꝗ̃ sunt cõdẽnati per sñiam põt redire,& euadere pœnam mortis.& idem sentit gl.not.in c.pen.eod.tit.In contrarium tñ facit tex.in c.ad abolendam.§.1.eod.tit. ubi tex.uŕ requirere ꝙ incontinenti redeant, & sponte.Nam post dãnationem uŕ hoc facere timore pœnæ imponendæ, & post probões unŕ facere timore ꝓbõnũ,innuit.n.ille text. ꝙ ad hoc ut redeuntibus ad fidem remittať pœna mortis ista requiruntur. s. ꝙ sponte abiurent,& ꝙ incontinenti. Si ergo qs expectauit ꝓbões contra eum fieri,& ꝑ eas cõuinci,& postea uult conuerti,nec hocfacit incontinenti nec sponte,qa uŕ timore ꝓbõnũ fecisse Zen.& d.Card.in clem.ad nrm.§. pe. eod.tit.tenẽt quod si post quam negauerũt, sunt cõuicti,non admittantur ad hmõi reuocationem erroris , ad finem euidẽdi pœnam corporalem , sed Pan.in d.c. excõicamus. §. damnati.sequitur opinionem,quã Io. And. ibi tenuit in apostilla,de qua ꝑdixi.& pro ea adducit,tex.in cap.accus.de hær.lib.6.ubi relapsis duntaxat non parcitur.semel ergo lapsis licet sint cõdemnati,parcendũ est,ex quo uolunt ad fidem redire.Dicit tñ ꝙ ista opin. aperte non ꝓbať iure, imo potius posset defendi cõtrarium,qa d.§.damnati.nullam indulgentiam dat dãnatis,& cap.ad abol. uult ꝙ statim redeant,& spõte,ut dcm̃ est,& cap. pen.eod.tit.loquiť de deprehensis in hæresi, & non de condẽnatis.sed dicit quod alia opinio tanꝗ̃ mitior est sequenda arg. rłæ. odia & rłæ in pœnis,de reg.iur.lib.6 & ad cap.ad abolendã satis colorate posset rñderi, qđ satis incontinenti dŕ redire si nullam dilationẽ expectat,nec pœnę impositionẽ.l.dist.pond. Vel põt dici ſm eũ,quod aut sunt condẽnati de hęresi , sed adhuc non sunt traditi cũriæ seculari,& habet locum pniæ. Aut sunt traditi curiæ seculari, & tunc non sit locus pniæ. Nam tunc ꝓprie non dñr uenire spõte , nec incõtinenti.Sed in hac opin.uarietate ego dicerem,ꝙ ubi ad sñiam esset processum cõtra hęreticũ,nullo modo eius conuersio esset admittenda ad effectum euidẽdi pœnam mortis,& ꝑ hoc induco tex.in d.c. pen.de hær.in §.damn.iuncto.§. si qui aũt. in §. damn. disponitur de damnatis per sñiam,ut tradantur curiæ secular i,sequitur statim.§.si qui autẽ. ubi tex.loquitur de deprehensis in hęresi,nõ

tñ de condemnatis , qui si redire uoluerint, euadunt pœnam mortis,tñ perpetuo carceri sunt mancipandi hoc ẽt probatur ꝑ textũ in cap.ut cõmissi,eod.tit.lib.6.ubi solum cõceditur facultas mitigandi pœnam,uel mutãdi his qui mãdatis inquisitorum obedientes fuerunt,ꝑꝑ quod in carcere, uel muro fuerunt reclusi secus ergo in eis qui in pertinacia perdurarunt quousq; de crimine fuerũt cõdemnati.Præterea ut superius diximus cũ regula iuris sit ꝙ pœnã iam illatã per sñiam nullus possit sine principes auctoritate relaxare,& in hoc casu hæc regula nõ reperiatur uiolata,excepto casu prædicto d.cap.ut commissi,non debemus hoc extendere ad nõ expressum,ubi tñ ad cõdẽnationẽ non esset ꝓcessum.ẽt si esset per testes,uel alias ꝓbões de hæresi conuictus,satis crederem reuertentem admitti dre.Pro quo facit tex.ĩ d.c.acc. in princ.& apertius in §.ille quoque. Nec obstat tex.in d.c.ad abolendam.quem supra induximus,quia debet suppleri ꝑ text. in d.ca. accus.& hoc non est nouum ꝙ priores leges trahantur ad posteriores ut l.non est nouum ff.de leg . Prouidendum tñ est caute qñ isti uolunt redire,ne simulata cõuersione,redeãt fraudulenter,& sub agni specie gerant lupũ ut cap ut offm̃.§.prouiso.eod.ti.lib.6. Et ad
2 uertendum† ꝙ ea quæ prædiximus circa admittendos hæreticos ad reconciliationem , & gremium ecclesiæ,atq; erroris abiurationem locum ẽt sibi uendicant in his q redeũt ab apostasia cum illa nõ cõstituat diuersam speciem ab hæresi, sed tm̃ addat quãdam circunstantiam aggrauantẽ,ut dicit Th.2.2.q. 12.art.1.in solutione ad tertium, iuxta illud 2.Petri 2.melius erat eis uiam dñi non agnoscere, ꝗ̃ post agnitam retroire,& cũ ergo iura prænducta gñalr admittant hæreticosnõ relapsos ad abiurationem , & apostasia non cõstituat diuersam speciem ab hęresi,ut diximus iure igitur apostatæ erunt admittendi. nec obstat tex.in l hi qui.C.de ꝓpost. ubi textus in fine dicit eos reuertentes non fore admittendos.Nam illa lex non est admittenda cum disponat de materia mere spũali.s.hęre
3 sis,quæ est mere ecclesiastica,† nec sub laicorum iudicio põt cadere, ut in cap. ut inquis. §.prohib. de hæret.lib. 6. Non ergo Imperator legem illam condere potuit. ad quod facit cap.bene quidem. 96.dist. & cap. ecclesia S.Mariæ,de constit.cum multis similib.pre-

sertim

fertim hoc casu quo ius Canonicum specifice cōtrarium disponit pro quo induco tex. in c. quidam, de apost. ubi compelli iubētur apostatę per prælatos suos, ut fidem quā ꝑmiserunt teneāt, ac ritus Iudaicos dimittāt. Si igitur compellendi sunt per ecclesiā ad id ergo à fortiori uoluntarie, & spontanee uenientes debent admitti, quod caute est cōsiderandum. Prædicta uera sunt in hæreticis nō relapsis. Si.n. essent relapsi sine aliqua audientia essent seculari iudicio relinquēdi, ut d.c. ad abolendā. §. illos quoq;. & d.c. accusa.
4 †Sed intellige ꝙ eorū conuersio non est admittenda ad hoc ut pœnam mortis euadant nequaq̄ tñ sunt eis humiliter petita sacra pñiæ, ac Eucharistiæ deneganda, ut in c. sup eo. eod. ti. lib. 6. Et idem dicas eadem ratione ubi superius dixi istorū cōuersionem nō dr̄e admitti. debet.n. intelligi iuxta determinationem d.c. super eo. Sed quæro † quis dicatur
5 relapsus. Hoc determinat tex. in d c. accus. in prin. & in §. 1. & 2. & nota. ꝙ nedum ille qui post abiuratam hæresim recidit in eandē, relapsus censetur iuxta tñ distōnem illius tex. Sed ēt ille cui ꝑꝑ suspicionem hæresis fuit inducta purgatio, & se purgauit, relapsus dr̄ si in eam post abiurationem est relapsus, ut probat tex. in d.c. ad abolendā. §. illos quoq;. quia tñ inter cætera disponit tex. in d.c. acc. §. eum uero. ꝙ ille qui in una hæresis specie uel secta, aut in uno fidei articulo, uel ecclesiæ sacro cōmisit, & postmodū hæresim ab iurauit simpl'r, uel gñal'r. si postea in alia specie, siue articulo cōmittat, debet ut relapsus ī hæresim iudicari. Iuxta hoc occurrit dubiō.
6 † Pone ꝙ non sic simpl'r abiurauit, sed tm̄ in illo articulo, postea labitur in alio, an dicatur relapsus. & gl. ibi dicit ꝙ non licet Archid. cō trarium ibi teneat. tamen Io. And. in nouel. sequitur illam glo. cum uerba debeant aliqd operari, de priuil. si Papa. & quis in pœnis benignior interpretatio est facienda. Subiungit tamen ꝙ raro practicabitur iste casus, qa cō suetudo habet ꝙ oīs relapsus ēt in uno articulo gñal'r abiuret hæresim. Sed Dom. tenet contrarium ꝑꝑ cōnexitatem, q̄ hn̄t hæreses inter se, qa de uanitate conueniunt in idēpm de hæreticis. excōicamus, lo 1. & 2. & ex hoc fundamenro tollit motiua Ioan. And. & pro hac opinione Dom. ego induco ea q̄ S. Tho. dicit 2. 2. q. 5. art. 3. ubi tenet ꝙ in hæretico discredente unum articulum fieri non manet fides formata, nec informis in aliis articulis, cuius rō est, qa species cuiuslibet habitus rerū dependet ex formali rōne obiecti, qua sublata spēs habitus remanere nō pōt. Formale aūt obiectum fidei est ueritas prima ſm ꝙ manifestatur in scriptura sanctis, & doctrina ecclesiæ q̄ ꝓcedit ex ueritate prima. Vnde quicunque nō inhæret sicut infallabili, & diuinæ regulæ doctrinæ ecclesiæ q̄ procedit ex ueritate prima in scripturis sanctis manifestata, ille non habet habitum fidei, sed ea quæ sunt fidei alio modo tenet, quam per fidem. Sicut si aliqs teneat in mēte aliq̄ cōclōnem non cognoscens mediū illius de mrōnis, manifestum est, ꝙ nō habet eius sciam, sed opinionē solū. Vnde ille q̄ de his q̄ ecclesia docet, q̄ uult tenet, & q̄ nō vult nō tenet: iam nō inhæret ecclesiæ doctrinæ tanquam infallibili regulæ, sed potius ꝓprię uolūtati. ex quo seqt̄ ꝙ hæreticus est simpl'r qui ꝑtinaciter discredit unū articulum fidei. Non.n. est paratus in oībus sequi doctrinam ecclesiæ. Si.n. non ꝑtinaciter iam nō esset hæreticus, sed errans. Vñ manifestum est, ꝙ talis hæreticus circa unū articulum fidei non habet de aliis articulis, sed opinionē quandā ſm ꝓpriam uoluntatē, qa non credit ex habitu fidei. sed qa sic placet sibi. † Forma autem 7
abiurandi hæresim tradit ꝑ tex. in c. ego Berengarius, de cōsecr. dist. 2. & debet scriptura fieri de hac abiuratione, & subscribi manu ꝓpria ipsius abiurantis. pro quo est gl. 1. qō. 7. cōuenientibus, & ubi talis persona fuisset ex cuius hæresi multæ ecclesiæ fuissent scandalizatæ, debet copia illius abiurationis ad oēs illas transmitti, ut quæ malæ fuerunt ædificatæ de ꝑuerso gaudeant, & ædificent de cō
8 uerso, ut ibi dicit textus in fine. † Sed qualiter debet iudex ꝓnunciare in sententiis ferēdis, uel pœnis iniungendis redeuntibus ad fidē, & hæresim abiurantib. Solu. dicas ꝙ nō dēt eos ꝓnunciare hæreticos, qa non sunt. 24 q. 1. hæc est fides. ubi de hoc & q. ult. dicit Apostol. & c. qui in eccle. nec ꝓnunciabit eos tales fuisse, qa modus iste non est datus à iure.
3 Tertio uisa ualiditate dictorum statutorũ quæritur quid sit bannum, & unde dicatur. Istam qõnem ponit Alb. ubi supra qõ. 1. & multa dicit. Ego aũt br̃ me expediam supra enim in procemio dixi multiplices esse spẽs bannitorum, & ideo non de omnibus est inculcandum, ut fecerũt illi de quibus ibi dixi. Quantum ergo ad propositum attinet isto cum dicto Nicolai de Matt. de quo facit mẽtionem Alb. ubi proxime dixi. Quod bannum de quo agimus est q̃dã iudicialis sñia pœnalis lata in absentem cõtumacem uirtute statuti. Quod ut supra dixi in ꝓœmio ualet, & fieri potest. Quantum aũt ad alios effectus bannum qñque aliter diffinitur. Dr̃. n. qñq; multa ut dixi supra in 1. q. vltimæ partis primi t̃pis, qñq; dr̃ bannitum. i. proclama siue cõminacia, ut qñ dr̃ ꝙ certum quid fiat, uel non fiat publice bannitur sub certa pœna. C. cõ. uel epist. per totum, & hr̃ in l. 4. ff. de cust. reo. Qñq; dr̃ sñia annotationis bonorũ, & banni, quod qualiter intelligatur hr̃ in l. absentem, de pœn. & in l. 1. de req. reis. & in cõcord. quæ non sequor ne extra ꝓpositum euagari cõtingat. Vnum tñ nolo omittere quod dixit Alb. ubi supra, ꝙ si proclamatur aliquid non dr̃e fieri sub pœna bãni: & alia quantitas non exprimitur in bãno, si per statutum, uel cõsuetudinem aliter nõ declarat̃ ꝙ intelliget̃ pęna solidorũ 60. ꝑ tex: cum gl. in lomb. in tit. de exercitalib. lib. 1. l. quicunq; qđ esset no. si esset uerũ Sed non credo, nisi forte in casu quo bãniretur vnũ quenq; dr̃e ire in exercitũ, uel cõtra inimicos sub pœna bãni, ut ibi. & eodem uol. lib. 3. & in tit. de his qui ad p̃riam defendendam ire neglexerint. l. 1. & 2. In aliis proclamationibus, & cõminationibus, siue bãnis non exprimentibus certã quantitatem puto dicendũ si aliter declarari non põt intelligi ſm arbitrium proclamari facientis, ff. si quis ius dic. non obtemp. l. 1. & de pœn. l. hodie, cũ sim. Et uide quæ dicam infra parte seq. huius tẽporis q. 63 & hoc de prima parte qõnis, uidelicet, qđ sit bannũ. Vnde aũt dicatur bannũ, bãnire, siue bannitio multi multa dixere. Sciendum tñ ꝙ in antiquis legibus istud uocabulum non inuenitur. Sed gl. & iura nouissima allegata in procemio de eo faciunt mentionem, & dr̃ ſm Nicolaum de Mat. Bãnum à banderia. i. paruo uexillo, quod est publicum militare signum. ex quo dicit ꝙ bãnum est publica dictio. i. interdictio ab honoribus, & officiis, & statutis ciuitatis. Vñ ſm eum dr̃ bannio Titium. i. contra Titium publice procedo. Sed istud põt uerificari in bãnimentis in quibus assignantur termini ad comparendum non aũt in diffinitiuis, quia illa sine uexillo, & bãnimento publice ꝓferuntur, & ideo dñt alii ut colligitur ex no. ꝑ Cyn. in l. reos. C. de acc. per Bal. in l. 1. de hæred. inst. quod cum sit adinuentum ad similitudinem excõicationis per quam in foro ecclesiastico quis eiicitur extra cõionem ecclesiæ, & inde dr̃ excõicatus, & uocatur acrinonia. i. à gremio ecclesiæ separatio, ut C. de sacrosanct. eccl. l. placet. in fi. ita ꝑ bannum in foro ciuili extra cõionem secularium beneficiorũ quis ponitur. Ad quam similitudinẽ allegauerunt in usib. feud. hic finit lex Corr. & incipiunt cõsuet. re. §. 1. ex quo ꝭn Cy. idẽ est bãnire. i. extra beneficia bannientis ponere. Sed istud ẽt gñaliter non est uerũ, quia ex solo banno non semper ponitur qs extra beneficia, ut patebit ex his q̃ inferius dicentur & maxime q. seq. & seq. Et ideo, qa disputatio noĩum est pertinacibus relinquẽda, ut l. 2. C. de cõst. pec. In hoc nõ amplius insisto, maxime quia talia ad beneplacitum fuerint adinuenta. Bannũ. n. qñq; sigñat, proclamationem. i. citationem cum assignatione termini ad comparendum in iudicio. Qñq; significat pœnam q̃ apposita est in ꝓclamate cõtra aliquid facientibus uel non faciẽtibus ut d. l. lombardia. Qñq; significat ipsam sententiam diffinitiuam, siue quando fit ex forma iuris cõis. Qñque fit ex forma statutorũ ut in iuribus supra in procemio allegans. Qñque non significat pœnam, sed pręmiũ, ut quia mittitur bãnum quod quicũq; inierit exercitum habeat 20. solidos pro die, uel quid aliud, & tunc non põt dici de bono itur ad malum, imò de bono ad bonum, in superfluis itaq; & paruæ aut forte nullius utilitatis non insistens cum talibus uulgi opin. oĩ. sigñanti ꝑferatur. l. cũ de lanionis. §. asinã. ff. de fundo instr. l. libr. §. quid ergo, uers. quod tñ de Cassius, de leg. 3. de suppelect. leg. l. Labeo, cum simili. Concludo, ꝙ non potest in

gñe recte dici uñ dicat, & qd sit bannũ. Quã tum aũt ad ꝓpositum attinet dico ut supra dixi. Et ita se hẽt cõis usus loquendi. Qñ. n. quis petit, uel habet sñiam prædictam, dicit da mihi, uel ego habeo bannum Titii. Et sic stat uera diffinitio supra dicta quod ẽt confirmab. ẽ ex his quæ statim dicam in seq. quęstione. Si aliter uidere uelis recurre ad loca superius allegata. Et quod dixit Ang. in sua disput quæ incipit Duo fecerunt, &c.

4 Quarto quæro † qbus ęquiparantur banniti, de qbus agimus? Ista fuit q. gl. in §. relegati inst. quib. modis ius pat. por. solu. & demũ per multos agitata ut hẽ ꝑ Cyn. in l. 1. de hæred. instit. per Io. And. ĩ add. Spec. tit. de ceſsio. actio. §. 1 uer. illud ẽt quærit ꝑ alb. ubi supra q. 13. ꝑ Bal. in d. l. 1. ꝑ Ange. in disputatione sua de qua dixi in fine proximæ quęst. & ante eũ fuerat disputata ꝑ Bar. ut patet in uulgari eius disputatione quæ incipit, Statuto Lucanæ ciuitatis &c. Quæ qa cõiter hñr hic non repetã, sed succincte tangã, q̃ meo iudicio sunt ad nostrũ propositũ necessaria. Cõcludit. n. Bar. post multa, ꝙ non æqparãt deportatis, nõ relegatis, nõ excõicatis in oĩbus, licet in aliquibus cuilibet ęquiparent, & sic de uno ad aliũ non est licita argumẽtatio l. fi. ff. de calũ. sed dicit eos esse hostes & trãsfuga suæ ciuitatis, quod ostendit primo ab effectu. Illi n. sunt transfugę qui ab his sub quorũ imperio sunt desistũt & ĩ numero hostium se cõferũt. l. amissione §. q deficiũt. ff. de capi. dim. Sed ex bannitus ideo ponit in banno, qa inobediens est his sub quorum iurisdictione fuit siue est, & sic cõfert se ĩ numero aliorũ bannito. i. hostium ciuitatis suæ, ergo põt proprie dici transfuga. Sed ista prima ratio nõ est uera. Non. n. bannitur ꝑpter inobedientiam, sed ꝑꝑ cõfessionem resultãtem ex contumacia, & sic ꝑꝑ delictum, ut ipse idem Bart. dicit in l. omne. ff. de re mil. Et dicam infra in 2. parte huius tpis quæst. 59. Item qa necesse esset qđ conferret se ad alios bannitos, ut dr in transfuga, quod non est uerũ. Secundo probat ipse ẽt ab effectu licitum est impune occidi transfugam. ff. ad l. Corn. de sic. l. 3. §. fi. & sic bannitum, ergo, &c. ista ẽt rõ non est uniformis. Ad substantiam. n. & esse banniti non requirit ꝙ possit impune occidi, qa non sequit qs est bannitus ergo põt occidi, nisi alio statuto disponatur ut dicet infra in pluribus qõnibus, & maxime in fine huius, & infra in seq. parte q. 55. & hr per Doct. in locis supradictis, ubi ergo hęc nõ disponit statutũ, hęc rõ nihil ualet. Probat ipse tertio qlibet ciuitas põt hẽre suos hostes si eis bellum indixit. l. si qs ingenuam. §. fi. de c. & not. eod. tit. l. hostes. Sed talibus bãnitis ciuitas bellũ indixit ꝑmittendo eos occidi impune. ergo sunt hostes ciuitatis. Hæc ẽt rõ non est uniformis ut p̃dixi. Addit ipse aliã rõnem, qa qñ subditus repugnat dño potest dici hostis. l. si seruus. C. de his q ad eccl. cõf. sed bannitus rebellat se ergo põt dici hostis. Ista rõ ẽt non ꝓcedit. Nã sequeretur ꝙ omnis delinquens esset hostis, repugnat. n. legibus suæ ciuitatis, & tñ nõ iudicatur hostis, imò qñque acriter, qñque leniter, qñque mitissime punitur, & non ut hostis. l. aut facta per totum. ff. de pœnis. l. absentem, in fi. ff. eo. tit. Sicque nõ concludit, ꝙ banniti de quibus agit possint uniuersaliter hostibus æqparari. Pñt. n. qñq; impune offendi, & qñque non. Et tñ sunt banniti. præterea pone ꝙ statuto caueatur ostendentẽ bannitũ puniri in medietate pœnæ, erit ne tunc hostis? certe non ẽt sm Bart. & tñ bannitus erit. Nulli ergo p̃dictorũ æqparantur, qđ ẽt tenuit Bald. in d. l. 1. de hęred. inst. ubi multos refert. ubi uide si amplius uidere cupis, & ideo restat qđ sit quoddã genus de ꝑ se sub noĩe bannitorũ, & ita ut dixi supra qõne ꝓxima uulgariter appellant, & est tale genus stricti iuris, adeo ꝙ qdquid expresse in statutis quorũ uirtute banniti sunt non dr, illud intelligatur omissum. l. qdquid astringendæ, de uerb. obl. sm Bal. de quo tñ infra in seq. quæst aliqua tractabuntur. Vbi ergo sit solum statutum, ꝙ cõtumax habeatur pro confesso, & possit in banno poni ꝑ ea pœna q̃ imponeret p̃senti bannitus tunc nec exulibus siue bãnitis, de iure cõi, nec deportatis, relegatis, excõicatis, aut hostibus poterit cõparari. Si uero sint alia statuta de qbus supra maxime in ꝓœmio dcm est, satis tollerabiliter dici posset eos hostibus cõparari, de quo dicã ĩfra dũ tractabo de receptatione bannitorũ parte 3. huius tpis, & sic patet ꝙ d. gl. §. relegati non est uera. Dicit tñ Ang. ubi supra qdã uerba quæ quia pulchra sunt hic placet inserere. Quod quidam sunt banniti imperialis culminis, uel apostolicæ sanctitatis, & qa pdũt ea quæ sũt iuris ciuilis, & ꝑ conñs bona, possunt æquiparari deportatis,

portantis. Et de isto gñe bannitorũ loquitur tex. C. de episc. & cle. auth. item nulla cõitas. & auth. item quæcunque. & iura q̃ ibi allegãtur. quidam uero sunt banniti ab inferiore non hñte ptãtem deportandi nec, priuandi subditos beneficio iuris ciuilis, qm̃ talia non sunt imperii eorum, & tunc si bona eorũ publicantur, bellum tñ eis non inducitur, æquiparant uere deportatis, quia sicut deportati ꝑdunt ea quę sunt iuris ciuilis, nec tñ eis bellum inducit. ff. de re iud. l. si uictum, & de ꝑ nõ scrip. l. si in metallum, & in cor. de incel. nu. circa prin. Sed bãniri tales ꝑdunt bona, & beneficia ciuitatis suæ, & tñ non pñt offendi. Sed hoc non ꝓcedit ꝙ ęquiparent deportatis qa deportatis interdr̃ oĩs locus excepta insula in qua deportatus est, bannitus aũt talis põt stare in oĩ loco excepto loco à quo est bannitus Si aũt hñt ptãtem deportandi, dicit tunc bannitos tales uere æquiparari deportatis, & testari non posse, & patriã perdere, ut ibi per eũ Quod est multum periculosum in terris quæ hñt ex concessione iure uicariatus, uel Imperii, & hñt insulas, ideo non credo uerum si eos in banno ponit seruata forma statuti. Et sic uirtute statutorũ non uirtute iuris cõis qđ ẽt parebit ex his q̃ inferius dicentur in particularibus qõnibus. Ista tñ disputatio parui est effectus, ut infra patebit. Et ideo in ea amplius non insisto.

5 Quinto quæro, † Quę gñalr̃ perdant banniti nostri tp̃is. In hoc multi multa dixerũt inculcando leges de aliis bannitis loquẽtes, ut refert Bal. in d. l. 1. de hær. inst. Bar. aũt in dicta disputatione referens Iac. de Are. in l. ex facto. ff. ad Treb. cõcludit eos perdere oĩa iura suæ ciuitatis ꝓ suo commodo faciẽtia, Ea aũt quæ suum incommodum cõcernũt, nullatenus ei relaxant, ꝓ quo facit quia non deæent de pœna præmium reportare. Iura aũt gentium, & iura cõia minime perdunt rõnibus. & iur. ibi ꝑ eum allegatis. Bal. tñ in d. l. 1. dixit ꝙ si est bannitus ex tali delicto ex quo de iure cõi deberet deportari tunc ꝑdit in territorio suę ciuitatis nõ solum illius ciuitatis iura, sed ẽt iura ciuilia, & nihil allegat, nisi quod hoc ideo est qa, pœna adiecta in banno succedit loco deportationis. Ego aũt sto cum opi. Bart. quæ est cõis ꝙ in territorio suę ciuitatis non perdat iuris cõis dispositionem, ad quod facit dcm̃ Cyn. in l. reos de accus. de quo dixi supra in 3. q huius patris, qa bannire nil aliud est nisi extra beneficia bannitos ponere. Ac ẽt quia non ſm ius cõe punit̃ sed ſm formam statuti. Itẽ qa non est uerum ꝙ illa pœna succedat loco deportationis, ut patet ex no. in l. 1. §. deportatos. de leg. 3. & l. si quis filio exhęredato. §. hi aũt. & §. irritũ. de iniusto testamen. Ergo est per se alia pœna loco pœnæ extinctæ. Et sic suũ assumunt uigorem nõ aũt antiquũ. l. q. id qđ. ff. de don. cau. mor. & qđ hr̃ in l. si eum. §. q. iniuriarũ. ff si qs cau. Dico ẽt ꝙ ꝑdit dispões iuris cõis in sui fauorẽ, si illius loci statuta aduersarent̃. sunt. n. legibus ꝑualentia, ut l. oẽs populi, & sic in sui odium dispõnẽtia, ergo illa nõ ꝑdit ut dcm̃ est supra. Retinente ergo iuragentium. l. si tibi mandauero. §. is cuius bona ff. man. Item iura ciuilia romanoꝝ siue in sui odiũ, & hoc indistincte. siue in sui fauorẽ disponant, nisi hoc secundo casu à statuto iura cõia sint correcta. Tunc. n. in territorio suæ ciuitatis ius illud cõe in sui fauorem allegare non poterit. Itẽ ligatus statutis suæ ciuitatis in sui odium disponentibus sicut ligaret̃ non bãnitus ſm ea q̃ hñr in l. cunctos populos de sum. Trin. & ideo oĩa statuta priuatiua porrigẽtia effectũ suum extra territorium ſm ibi no. per Doct. locum habebunt in talibus bãnitis quocũq; uadãt, fauorabilia aũt statuta, nec ibi, nec alibi poterant allegare, qa illa oĩno ꝑdiderũt, ut in iuribus supra alle. & uide. l. amis. §. q deficiunt. & l. tut. ff. de ca. dim. ex hoc summo multę terminantur qõnes, ut infra patebit.

6 Sexto quæro, † De iure cõi pro uulnere est pœna mortis. C. ad l. Corn. de sic. l. is qui cum telo ff. eo. l. 1. ex forma statuti pœna est pecuniaria. Bãnitus ĩ ciuitate, uel territorio à quo est bannitus uulnerauit al quẽ aĩo occidendi, & non occidit, quęrit̃ qua pœna debeat puniri. & ur̃ ꝙ pœna corporali qa perdit iura statutorũ ut supra sic quantũ ad eũ remanat iuris cõis dispositio. Contrarium determinat Bal. ff. sol. mat. l. cum mulier. qa statutum recessit à pœna iuris cõis, & pęna statuti est loco illius. l. qui cũ uno. §. q post. ff. de re mil. nec dr̃ hoc statutum esse beneficium siue statutum ꝙ pœnæ minorationẽ uel alterationẽ inducat arg. C. de his qui no. inf. l. & uerior. cum simi. In pœnis ergo maioribus includuntur banniri ſm eũ sicut alii nõ eorũ fauore, sed natura legis quæ est gñalis, & qualiter omnes ligat hoc potest esse ue

rum si processus est simpliciter formatus. Tunc enim ẽm illius tenorem debet formari sñia. l.cum fundus. ff. cõi diui. de accus. l. senatus cum sua materia. Si uero est formatus tanq̃ contra bannitum, forte non procedit dictum Bal. quia in ueritate statutum ei nõ opitulatur, sed ẽm ius cõe tractari debet ut supra. Ipse enim ab ipso statuto exẽptus est, ut §. qui deficiũt. Sed pro Bal. facit quia, & forenses ẽm statutum puniretur, & non ẽm ius cõe. Sed rñdet̃ quod ille forensis nũquam perdidit statutum, sed bannitus illud perdidit. Ideo forte uerum est quod dixi, qa tñ processus cõiter formatũ simpliciter omissa banni qualitate Bal. opi. est in usu.

7 Septimo quæro † statuta prędicta dñt ꝙ bannitus à centum libris supra posit offendi, &c. Titius pro furto fuit bannitus in 50. deinde, ꝓ uulnere uel alio maleficio ex alio processu fuit bannitus in 80. quod fieri põt, ut dixi supra in t pe. 1. parte. q. 3. An in eo habebunt locum statuta prædicta. Bar. dicit ꝙ non, quia 50. & 80. non sunt 130. l. ubi fideiussor. ff. de sol. & ibi per eum. & in l. 2. §. 1. de con. inst. & quod habetur in l. quoties in stipulationibus. ff. de uerb. obl. & sic non est bannitis a centum libris supra. Ita etiam tenuit Bal. & dicit fuisse consultum per Ioan. Pagla. in §. hæc autem tria in proœ. digest.

8 Octauo quæritur, † Titius fuit in eodem processu inquisitus distincte pro pluribus ꝑcussionibus, & dæmum fuit bãnitus hoc modo in libris 200. uidelicet in 50. pro percussione in brachio. In uigintiquinque pro percussione in pectore, & in 60. pro ꝑcussione in facie. An diceretur comprehendi in statuto prædicto Bar. in l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Trebel. dixit ꝙ nõ, qa perinde hr̃ ac si ab initio summas separatim excessisset ꝑ l. ædiles. §. fi. cũ gl. sua. ff. de ædif. edic. & d. §. q̃ habebat Et idem dicit per dicta iura in d. l. ubi & facit ff. de iurisd. om. iud. l. si idẽ cum eo. in prin. In cõtrarium tñ facit. ff. de appel. l. si qui separatim. §. 1. & ibi tangit. Bart. & non rñdet ubi dr̃, ꝙ plures summæ diuersarum specierum eadem actione petitæ cumulatæ cõsiderant̃. Dñt qdam ꝙ dcm̃ Bar. ꝓcedit qñ illæ summæ imponũt ꝑ maleficiis qbus agitur diuersis actionibus numero, alias locum habet lex si qui separatim. Et ideo ẽm eos si dictæ pœnæ imponerent̃ ex eodem statuto locum nõ hẽt dcm̃. Bart. qa sit cumulatio. ut ibi, secus si imponant̃ ꝑ diuersa statuta. Tũc enim debent̃ diuersis actionibus numero, & ideo non fieret cumulatio. Sed credo simpl dcm̃ Bar. uerius ꝑ iura ꝑdicta siue imponantur ex eodẽ statuto siue ex diuersis. Ad inducẽdũ. n. odium nunq̃ fit cumulatio, ut d. l. si idem, nõ obstat lex si q separatim. qa ibi inducit̃ cumulatio ad fauorem, ut ibi patet Intelligo aũt uerũ esse qđ dixi qñ imponunt̃ pœnæ ꝑ maleficiis separatis. Secus si imponãtur pro uno maleficio hñte plures qualitates. l. nunq̃ plura. ff. de priua. del. l. q de crim. C. de accus. de quo dic ut ibi infra. q. ꝓxima.

9 Circa idem quæro nono. † Formato processu de pluribus separatis maleficiis ꝑ quorũ quolibet est ex forma statuti pęna minor cẽtũ libris. Iudex in simul, & semel nulla facta distributione cõdẽnat in tota summa, puta in ducentis, uel trecentis. Quærit̃ an intelligent̃ plura banna, an unum tm̃ Hæc qõ est subtilis, & pendet à notatis in l. scire debemus. ff. de uerb. obl. & in l. cum eiusdẽ, & l. ædiles. aiunt. in fi. de ædil. edic. & l. qđ si uno. de actio emp. Mihi tamẽ sic ur̃ dicẽdũ ꝙ aut maleficia sunt separata. i. diuersis t pibus facta. Et tũc cũ cumulatio fiat respectu diuersorũ, & ad diuersos fines. s. ꝑ unoquoq; fiat solutio dicent̃ tot cõdẽnationes, & tot bãna quot sunt ꝑcussiones. l. scire debemus. palle. & l. falsa in fi. & de cõd. & demõ. maximeqñ in inqsitione est apposita illa clausula, super qbus oĩbus singulis, &c. Quia tñ pñt ẽt ad uoluntatẽ agentis unite cõsiderari, ut no. in l. & si uno. & in l. in cõmodato. §. duabus. ff. cõmo. poterit talẽ bannitũ offendens ad s. i beneficiũ, & excusationẽ allegare, & unicũ dicet̃ bannũ ut ibi. Si uero sunt facta eod. t pe, tunc sine dubio unica est cõdẽnatio. ut l. qm̃ multa. C. ad l. Iul. de ui. & ff. de adul. l. denũc. §. quid tamẽ. cũ ibi no. & per Bal. in l. hoc accusare. §. l. Iul. de accus. Cõiter tenetur quod saltem ad excusationem offendentis q uidet unam summam excedẽtem centum dicatur unum bannum. Quo aũt ad alios effectus. s. an debeat audiri in iudicio, uel non, & sic de similibus põt esse dubitatio supra dicta quę nullo mõ esse poterit si ꝑ ꝑcussione pœna est arbitra l i. C. si plures una sen. cũ ibi not.

10 Decimo quęro † Statutum loquit̃ de bannito, & cõdẽnato ꝙ possit impune offendi. Habebit ne locum in bannito tm̃, uel condẽnato tm̃. Dicit Bald. ꝙ non, quia requiritur.

utrun-

utrunque copulatiue.ff.de cond.iux.l.si hęredi plures,cum simi.ita no.in l.qui duos.ff.de in ius uocan. Quod credo uerum,nisi ꝓbaretur ꝙ tp̄e statuti confecti cōis usus loquēdi fuerit quod bannum uocaretur potius condēnatio,qa tūc illa dictio,& uidetur potius adiecta ex plenitudine locutionis quā ut denotaret utriusq; concursum ſm no.in l.eos. de cond.& demon.& quod hr̄ in l.1.de iusti.& iur.Facit quod habetur in l.1.de infam.& uide quod habetur.in l.legatis.de leg.3.& ꝑ Dyn.in c.generi.de reg.iur.lib.6.

11 Vndecimo quæro,† uiso in quibus bannitis locum habeant statuta. An bannitus in personam perdat bona ut sic dicantur confiscata,& loquor de bonis quæ tunc habebat. In hac qō.Guil.in Spec.de instr.edi.§.cōpendiose.uer.quid de bannito,uidetur cōcludere ꝙ non si est bannitus ex leui cā,secus si ex graui.Tunc.n.æqparatur deportatio,& ideo perdit bona Facit ſm eum.ff.de his qui not. inf.l.quid ergo.§.fin. & alleg. not.in §. relegati.inst.quib.mod.ius pa pot.sol.Sed ibi gl. loquitur de eo cui expresse bona sunt adempta. Meo iudicio qō hæc requirit altiorem indaginam.Primo.n.uidendum est an de iure cōi damnati ad mortem perdant eorū bona.In quo non intendo disputare, de hoc habetur in auth.bona dānatorū.C.de bon. dā. & ibi ꝑ gl.& Cy.& ꝑ gl.& Bart.ff.eo.tit.l.1. Et cōcludit ꝙ in casibus in qbus de iure antiquo expresse disponebatur de adēptione bonorū,& ꝑ se principaliter nō incōsequentiā alterius pęnæ.Iura antiqua nō corrigantur, sed bona ēt tūc publicētur,ubi uero tacite ueniebāt in publicatione, & in cōnam alterius pœnæ iura antiqua nō corrigātur, sed bona ēt tūc publicentur.Vbi uero tacite ueniebāt in publicatiōe,& in connam alterius pœnæ iura antiqua corrigātur,quia tunc bona nō publicātur excepto crim.lęsę maiest.ut in d. auth.bona.& C.ad l.Iul.maiest.l.quisquis.& de crimine hæresis,ut in auth.gazaros.C.de hæreticis Nunc ad propositum qn̄ quis bannitur ex forma statuti nō loquor de eo cuius bona fuerint adnotata. de quo habetur in l. 1.de reqr re.cū concordan.Aut per statutum disponitur aliquid circa bona,& illud seruādum est,aut nihil disponitur.Et tūc aut bānitur ex crimine ꝑꝑ quod de iure cōi bona nō auferebātur,& illa nō perdit. Nec obstat qđ superuiuat qa hoc est de facto nō ex ui snię, dānatur enim ad mortem , adeo ꝙ si caperetur non superuiuerit,& ꝑꝑea quantum ad bona idem est ac si mortuus esset quia illa fiscus occupare non potest dictā auth.bona.Si uero bannitur ex causa ꝑꝑ quam bona de iure auferebantur,& tunc illa perdit per eandem rōnem,& auth.Quod est uerum si illud in snīa banni exprimitur, alias non, sunt. n. stricti iuris,& ideo nō extenduntur banna.l. quidquid.de uerb.ob.& l.si patronus testa.§. siquis cum esset.de bon.liber.Ita firmat Bal. in l.Gallus.§.& qd si tm̄ ff.de liber.& posth. & in c.1.de pace tenen.collatio. 10. & ita ēt consultum fuit, & obseruatū in hac ciuitate in magnis causis, ꝑꝑ quod ordinatū est qđ rectores bannientes,& cōdemnantes debeāt sub pęna expsse cōfiscare bona. Perdūt ergo bāniti bona si in eorū bānis fiat mētio alias non nisi in l.qsquis.& l.fi.ad l.Iul.maiest. & uide quæ dicā infra ultimo tp̄e parte 2. q.9.

12 Duodecimo antequam † ueniam ad examinationem effectus talis bonorū ademptionis quæro aliqua. Titius ex maleficio fuit bānitus in mille de quo non debeat eximi , nisi in condēnationem soluerit. Titius nō soluit sed exulat,& sic capi nō pōt,An fiscus possit de suis bonis accipere in solutum usq; ad cōcurrentem quantitē.Et ur̄ primo ꝙ sic,quia cum sit lata snīa,& ualida,ergo meretur executionem,& poterit mādari executioni offō iudicis maleficiorū,qa idem iudex q pronunciauit debet exequi C.de bon.dam.l. siqs intra.In cōtrarium ur̄ qa hic ur̄ esse debitor alternatiuus,uidelicet quod aut stet in bāno , aut condēnationem soluat. Et certum est qđ in alternatiuis est electio debitoris. ff. de eo quod cert.loc.l. 3. Præterea cū patet banno satisfacere ur̄,satisfactio.n.hic in non satisfaciēdo cōtingit,ergo si satisfacere ur̄, nō pōt ad aliud cōpelli.ff.de cond.ob cau.l.dedi. in prin.ex hoc sequitur ꝙ si moreretur in bāno executio non posset fieri contra hæredes. Verba sunt Bal.in d.auth.bona dānatorum Sed meo iudicio non sic leuiter est agendū , qa hæc qō pendet ab eo.An bona delinquentis sint tacite obligata pro delicto ipsi fisco, qđ ur̄,licet pro illa obligatione creditoribus non præferatur,C.de pen.fisc.cred. prædi. l. 1.& ibi not.& in l.rescriptum. in prin. ff. de pac.licet ut plurimnm in contrarium allegetur,& mal.& istud tenuit Dyn.in l.quod placuit.ff.de iure fis.Sed Bar.eo.ti.in l.auferi.§.

 fiscus,

fiscus, tenet fiscū nō hr̄e tantā hypothecā alias n īdistincte reuocarent alienata post delictū, qđ est falsum. l. si qs posthac C. de bon. dam. & post cōtractū, de don ꝓ hoc facit q̄a ante sn̄iam pœna non debet iure obligationis ut ipse idē dixit in lege in fraudē, in prin. ff de iure fisci. & in l. fin. de iniur. ergo bona non pn̄t esse obligata, & istud credo uerū qđ sic ostendo. Obligatio realis ꝑsupponit ꝑsonalem. l fideiuss. obl. in princ. de fideiuss Sed pro delicto q̄s non est ꝑsonaliter obligatus ante sn̄iam de iniur l. non solum. § 1. & probat inst. de pu. iud. in prin. & §. ꝙ pen. ergo, &c. Non obstat l. 1. §. bestias, & quod ibi no. ff. de postul & in l. rescriptum. ff. de pact. ubi gl. uūr uelle, quod delinquens se obliget ex cōsensu ad pęnā. Quia aduertendū est quod quatenus delinquens pōt ciuiliter cōueniri dr̄ large obligatus, non tn̄ ciuiliter, sed nāliter tm̄, & ideo non potest agi cum contra eū ut habetur in d. l. non solum, cum similibus. Quatenus aūt criminaliter agitur. i. ad pœnam applicandam fisco, nullo modo est obligatus, & ita determinat Bart. in extrauag. ad reprim. su ꝑ uerbo, meret. Post sn̄iam aūt cōdemnatoriā diffinitiuā, non dico banni, bene pōt agi cōtra ipsum tanq̄ contra debitorem ꝑꝑ quasi contractū factum in iudicio. l. 3. §. idē scribit. ff. de prec. fm̄ Bar. conf. quod incipit, statuto cōis Tuderti, de quo dicam hoc eodem tp̄e parte ultima quæstio. 17. licet tn̄ sit per sn̄iam obligatus non tamē eius bona sunt obligata quia iure cautum non reperitur. Sic itaque concludit quod tale bannum non pōt in bonis executioni mandari. Sententiam autē condemnatoriam fm̄ Bal. bene poterit executioni mandari, ut ipse not. in l. cunctos populos. ult. q. C. de sum. Trin. & fi. cath. Cuius dicta sic debent intelligi alias sibi inuicem contraria uiderentur.

13 Sed quæro tertiodecimo† pone quod statuto cauet ꝙ bona sint obligata pro maleficio, & ꝓ certis maleficiis īponat pœna pecuniaria. An tūc bannū poterit mitti executioni in bonis. Dic, ꝙ aut bona detinebant per tertiū ante bannū, & non poterit mitti executioni in talibus bonis, q̄a sn̄ia lata per cōtumaciam non ꝑiudicat tertio, cui alias ꝑiudicaret lata contra præsentem ut hr̄. ff. de euictio. l. si ideo. & C. de pign. l. si præses, & qđ ibi not. per Bart. in l. si, superatur. ff. de pign. ubi oīno uide, facit quod hr̄ in l. 1. & 2. C. q̄n ex fact. tut. & plene ꝑ Bart. in l. cum filius, in prin. de uerb. obl. Si aūt cœpit possidere post latum bannū, tunc poterit cōtra ipsum mitti bannū executioni, ut dictis iurib. & l. ꝑses. & l. si superatur. & l. si mr̄. § fi. de excep. rei iud. cū simi. & in simili cō suluit. Dy. in 5. cons. quod refert. & ampliat Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de teste. §. nūc tractemus in addi. magna. ubi oīno uide quia no. loquitur. & intellige fm̄ notata per Bar. in l. a diuo pio. §. si super rebus de re iu. & in l. 3. C. de pign. ubi declaratur quod tangit Cyn. in l. una C. de alie. iud. mu. cau. fac. Si autem possidentur ab eo, tunc dic ut hr̄ in l a diuo pio. §. 1. de re iud cum ibi no.

14 Quartodecimo circa idem bannū† pecuniarium ēt q̄ro, Inquisitus de delicto ex quo pœna pecuniaria ueniebat imponēda, & sic in accusato, ꝓmisit ante lit. cōtest. se repręsētare ptāti ad oēm eis req̄sitionē, & dedit fideiussorē q ꝓmisit eū repræsentare, aut condēnationem soluere, deinde iudex principalē cōtumacem in bāno posuit fm̄ formā statuti ī pęna pecuniaria a statuto disposita. Quęrit an tale bannū possit cōtra fideiussorē executioni mandari. Dices tu hæc qō formatur in multis locis. Sed q̄a diuersimode reperit formata omissis suꝑfluis per uiā distōnum partim dicēdo, partim remittendo, hunc articulum declarabo. Quandoque. n. fideiussor promisit simplr̄ de iudicio sisti. Et tunc qualiter teneatur hr̄ in l. græce. §. & post litem, ff. de fideiuss. & in l. sancimus. C. eo. tit. & dic ut ibi, & eo. tit. l. pen. Quandoque promittit repræsentare reū, & tunc aut sub certa pœna ut habetur in l. 2. in fi. ff. qui satisd. cog. & si non repræsentat pōt ad illam pœnam extra ordinē conueniri. i. iudicis officio contra ipsum procedi ut no. in l. si qs reū. ff. de custo. reo. Si uero promisit soluere iudicatū, tunc potest executiue conueniri ut habetur per Bart. in l. fi. C. de usu. rei iud. & in l. 1. ff. iud. sol. per Iac. But. & Bal. in l. 2. §. 1. ff. qui satisd. cog. & habetur Spec. de excu. sen. §. sequitur. uersicul. quid si sn̄ia. Et ideo in proposita quæstione tenetur eum præsentare, & si non repſentat cogit soluere quod in banno continetur per iura ꝑdicta. Idē determinat Bart. in l. si quis reum. ꝑall. Et clarius in bannito determinat Guil. in Spec. de acc. §. sequit. uers. item q̄rit ecce. ubi omnino uide. si aūt simpliciter promisit repręsentare ad uoluntatem iudicis.

Tunc

Tunc tenetur ẽt post sñiam non ad condem nation͂:qa illam non ꝓmisit, sed ad pœnã extraordinariã quã iudex ei imponere uellet ꝑ ꝑ inobedientiã, ut d.l. si quis reum, & ita firmat Guil.in d.§ seqtur.uer porrò. An aũt excusetur ꝑ ꝑ bannum uide in l.si decesserit. ff.q satisd.cog. Et plene in d.§. idem qrit. Et unum not. quod qñ post condemnationem qs simpliciter fideiubet, nõ uĩ fideiubere d e repræsentando, sed soluendo. Et ideo sine dubio tunc per causam superuenientẽ in ꝑsonã condemnari ab obligatione nõ exonerãtur,ut l.si uero,in princ.ff.q satisd.cog.qđ principium sic intelligo,ut ibi plene dixi.

15 Quintodecimo quæro † Bannitus ꝓ quo fideiussor erat obligatus ꝑuenit in fortiã iudicis deĩde aufugit. Quęrĩt an fideiussor amplius teneatur. Ioã.And.in uers. item qrit allegato supra in fine ꝓx,quęst.cõcludit ꝙ amplius nõ teneatur. Et ibi allegat plura iura. qđ in d.l.si qs reũ. ff.de custo. reo. intelligit *amplius* uerũ esse,nisi ꝓmisisset repræsẽtare cũ toties quoties iudici placuerit. Tunc. n.dicit per primã repræsentationem nõ liberari sed per secundã.ff.de leg.3.l. fideicõmissa.§. si quis decem.& ad l.ueluti.§ hæc uox. ff. de æden.rñdet quod ideo intelligit toties quoties opus est qa per nouã editionẽ non inducit nouum grauamẽ At in proposito ꝑ reiteratã repræsentationẽ semper inducit grauamen nouũ ideo liberatur ꝑ secundã ut in §. si quis decem.Credo quod dictũ Ang.possit ꝓcedere post sñiam interueniente fideiussore,de repseutãdo. Sed si promisisset ante latã sñiam dicta uerba importent toties quoties opus erit,qa sic est de nã iudicii, & sic debẽt intelligi.l.si uno.ff.loca.& l.si stipulatus. de usu.& l.dãni infecti quidã,in prin.ff.de dam. infe.cum si.& ideo usq; ad sñiam semper tenetur ut d.l.ueluti.§.hæc uox.Sed post sñiam semper facta repræsentatione, uel eo semel capto fideiussor amplius nõ tenetur ꝑ iura ꝑ Ioã.And.allegata.Nec obstãt uerba toties quoties, quia intelliguntur ut dixi. & quia uerbum placuerit importat arbitrium boni uiri l.thais.§. sorore.ff de fideicõ.lib.qui nũquã arbitraĩ ex culpa siue negligẽtia iudicis fideiussorẽ ꝑgrauari.l. sancimus. C.de pecu. An aũt talis fideiussor mortuo bannito liberetur infra ĩ ultimo tꝑe parte 2.q.6.dicetur.

Visis ꝑdictis cõferẽtibus ad casum in quo bãniti non perdunt bona, rediens ad casum ĩ quo ꝑdũt de quo dcm̃ fuit supra q.40. Quę

16 ro.16.† An tũc uerũ si qđ illa ꝓcedat si fuit bannitus ex eo qđ tractauit cõtra partẽ Guelfam,uel contra statũ ciuitatis, siue qa patriã oppugnauit,ut dicatur cõmisisse crim. læsæ maiest. ꝑpea perdat ipso iure,ut l. quisquis. & l.fi.C.ad l.Iul.maiest. & dixi ubi supra proxime in fi.quæst.& primo uĩ ꝙ sic.quia oppugnans patriam,uel contra illam tractans committi crim.læsæ maiest.ut dicit tex. cũ gl.in l.fallaciter.C.de abol.Secũdo, ẽt uideĩ probari per tex.in l.1.ff.ad l.Iul.maiest. Tertio,conscius turbationis ciuitatis suæ,uel alterius delicti commissi in ciuitatem suã puniĩ ut particeps ex solo scientia l. utrũ. ff. ad l pomp.de parric.& quod ibi no.per Doct.sicut si cõtra principem sciret quod moliri. C. ad leg.Iul.maiest.d.l.quisqs.& sicut damnati illo crimine perdunt bona ita,& isto dãnati.Pro hac parte faciũt.ff.de captiuis. l. non dubito.& C.de epis.aud.l.3.In cõttariom tñ est ueritas,qa illi dñr committere crimen læsæ maiest.q cõtra principem, uel cõtra eos q iuxta eius latus sunt, uel cõtra rẽ publicã Romanorũ moliunĩ ut d.l. qsquis. & l.4. in fi.ff.ad l.Iul.pec.& non quia contra alias ciuitates moliunĩ,probatur in d.l.fallaciter,in fine ubi crim. læsæ maiest. & crimen oppugnatæ patriæ ponuntur ut species differentes, & est gl.ordinaria quæ hoc tenet in l.1. ff.ad l.Iul.maiest.præall. Et hoc modo intelliguntur iura in cõtrarium allegata quæ per modum à speciali faciunt pro hac parte.Ciuitates.n.aliæ ab urbæ iure priuatorũ fungũtur l.eum q uectigal ff.de uerb.sign. & istud maxime uerum est qñ non de subuertenda patria tractaĩ,sed de mutuis dissentionibus, & partialibus l.1 §. hisdẽ tꝑibus.ff. de orig. iur. & l.si quis ingenuam.§ in ciuilibus.ff.de capt.& sic uidi ꝑ magnæ auctoritatis uiros cõsultum q in contrariũ allegatis ĩñdebant ut dicam infra.quod ẽt tenuit tunc Bal. consulendo ex eo qa titulus talis criminis est seditionis nõ perduellionis, uel maiestatis qđ sic ꝓbauit. Duplex est maiestas diuina,& humana.C.de hær.auth. gazaros. Itẽ humana est triplex. s.Imperatoris ut inst. in procœmio.s.imperatoriã maiestatẽ, &c. Regis. C. ut nemo priuatus.T.regis maiest.&c. Itẽ populi R.ut d.l.1.ad l Iul.maiest. Dĩ enim maiestas prætoris ff.de iust.& iure.l. penult. & de iurisd.omn. iud.l. si familia. Partis enim Guelfæ,

Guelfę, uel Gebellinę, nulla dr̃ esse maiestas. Hæ.n. sunt duæ sectæ solũ approbatæ pro locis in qbus sunt ut no. per Bar ĩ l. si qs à filio. §. si patri. de leg. 1. & p Io. And. in c. statutũ. §. 1. de rescr. lib. 6. Hæc nãq; noĩa ab iniuria inuidia, & discordiis orta nõ illustrant supremo noĩe maiestatis. Ciuitates etiã qq̃ maxime non gaudẽt tãto noĩe, cũ redigant ad instar priuatorũ: ut d. l. eum q uectigal. qđ probatur ẽm eũ in d. gl. l. 1. & in §. in ciuilibus. & hoc tenet expresse Bart. in extrauag. Henri. qui sint rebelles super uerbo rebellando. Non obstant cõtraria, & primo non obstat. l. fallaciter, in fine, ubi gl. dicit q oppugnare patriam armis est specie crim. lesæ maiest. qa illud non est nisi de patria principaliter, & immediate populo R. uel principi subdita. Tunc.n. contra principem arma sumuntur, qui.n. articulum tangit, &c. l. uulgare. ff. de furt. uel aliter illa gl. intellexit de cõi patria. s. Romanorum, uel qñ quis contra propriam patriam molitur ut subtrahatur de manibus, seu ptãte principis seu reip. Romanorum. & ita uŕ sentire gl. inspectis iuribus quæ alleg. Nec obstat q p p solam sciẽtiam puniantur, quia non p pea ut crim. læsæ maest. ut dictum est, est igitur seditionis crimẽ, patet ex titulorum diuersitate. C. de sedi. & ad l. Iul. maiest. C. de codicillis. l. si idẽ, & ita intelligunť iura supius allegata. lex. n. 3. de episc. aud. loquitur de dño. i. principe, & lex nõ dubito, licet dicat quod populus habeat maiestatem, nõ tñ sequitur qđ committens contra illũ populũ incidat in crim. l. Iul. maiest. & ita in hac ciuitate pluries fuit obseruatum. Non obst. ẽt alia statuta qbus cauetur populum huius ciuitatis hr̃e in oĩbus iura fisci, qa aliud est fiscus, & aliud res publica Romanorũ ut hr̃ in l. 1. C. de iur. fisc. lib. 10. Puto tñ q si principales officiales ciuitatis puta priores, uel antiani, & similes qui essẽt à principe cõstituti uicarii eius in oĩbus, & p oĩa, & tunc non hr̃ent locum pdicta per d. l. q squis. Contra eos. n. qui ad latus principis essent censeť fit molitio, & arma sumunť. & iõ nõ sic de facili, & leuiter, sed acriter puniunť q cõtra statum sacro sanctę catholicę partis Guelfæ moliuntur, cũ. n. à summo pontifice nominetur. Et ideo sancta, & catholica nuncupatus, eius debet gaudere præsidiis, Nec minus maiestatis hr̃e dici debet quam ipse prætor, pro quo uide quæ hñr per Bart. in d. gl. super uerbo, rebellãdo, ubi tractat de cõmittentibus contra ecclesiam, & statũ eius.

17 Decimoseptimo quæro † an qñ banniti pdunt bona pdant solummodo ea q̃ hñt in territorio bannientis. An ẽt ea quæ alibi extra illud territoriũ sita sunt. Hæc qõ in cõdẽnato hr̃ tractata per multos. & quia est subtilis, & magnæ utilitatis, libet in ea forte pter pmissum in principio aliqualiter insistere. & primo Iac. de Are. mouit eã in l fi. §. 1. ff. de publica. & ibi arguit per illũ tex. q nõ ueniãt in cõfiscatione existẽtia in alterius territorio. & ad idẽ alleg. l. cũ unus. §. fi. ff. de bo. auct. iud. pos. & de iter. & rele. l. 1. §. 1. & seq. In contrariũ q omnia ueniãt allegat, quia in loco in quo quis sortitur forum conuenitur idem pro rebus ẽt alibi sitis, arg. C. de pscr. 10. uel 20. an. l. fi. & ubi in rem ac. l. ult. & nihil amplius dicit. & sic uŕ concludere q omnia perdant ẽm doctrinam gl. in l. q filium. § Sabinus. ff ad Treb. Idẽ tenuit Roc. Malũ. Dicens oĩa q̃ri ciuitati publicanti ut refert Ioan. And. eius disputationem abbreuiando in c. cum ẽm de hæret. lib. 6. Ad idem. s. q omnia perdant. Guil. de Cu. in l. fi. ff. de c. dim. & in l procurator. §. si plures. ff. de trib. alleg. 1. quia ille qui condemnat habet onus, ergo debet habere emolumentũ de reg. iu. l. ẽm naturã. & ad hoc allegat plura iure. Secũdo quia debet inspici persona, & illam sequuntur bona, l. fideicommissum. §. tractatum. ff. de iud. Ad idẽ allegat. l. 1. §. si ex fundo. de hæred. inst. Non. n. fit ibi bonorum diuisio, sed omnia habet solus nominatus, ita, & locus in publicatione bonorum nominatus solus habeat oĩa facit. ff. de rebus eo. l. magis puta. §. illud. Concludit tñ utrobique quod unaqueq; ciuitas habebit bona in suo comitatu existẽtia: hẽt. n. talis dãnatio quasi nãm successionis abintestato, in qua oẽs pares in gradu sunt admittendi in auth. de hære. ab intesta. §. pen. fiat ergo diuisio ẽm territoria. arg. ff. de tu. & cu. da. ab his l. pupillo. Sic ẽt diuidiť peculiũ. ff. de pec. l. hinc q̃riť §. fi. & de tribu. l. procurator §. sed si duos. Pro hoc qđ de militẽ dicitur. s. q habet diuersos successores, quia hẽt diuersa patrimonia. ff. de mil. test. l. 1. ita, & hic: qa licet quo ad condemnationẽ sit unum patrimonium, tñ quãtum ad confiscationem diuersa patrimonia iudicantur, ar. C. de exac. tribu. l. diuina domus, & ff. de censi. l. forma. §. si quis agrum.

Pro hoc.C.de bon.uac.l.3. & de inoff. test.l. posthumus,§.si quis ex his, & l. si nō mortis §.fi.& in d.§ si plures, inidet ad contraria qa nō debet hr̄e bona neq; personam,nisi quatenus sūt sub iurisdictione sua arg ff.de acq. re.do.l inter eos Ad regulā ſm naturam inidet quod lucrum nō debet esse intentio,sed ut delinquētes terreantur ut in auth. bona dam. Tertia fuit opi. Nic. de Mar.in sua disputatione quę incipit. Quidam inculpatus quā ponit quasi de uerbo ad uerbū,& sequtur Alber. in quęst. statutorū parte 2.q. 233.& quam ēt refert Ioan. Andr. in addit. Spec.in tit.de accus.§.sequitur,uers.quid si aliqs sua rum additionū.uers.fœlicis, & ibi post multas allegationes ad partē quod non perdant bona alibi sita distinguit,quod aut ille q iudicat habet iurisdictionem à iure cōi, & ſm ipsum ius cōe,& eius ordinem pœnā imponit,& tūc publicatio bonorū,& omnis not. quæ personam sequitur ſm iuris ordinem, extenditur ēt extra territorium. Incorporatio aūt fiet pro officiales illius territorii in quo sunt bona ꝑ l.à diuo pio. §. 1. de re iudic.& l.cum unus,§.pen.de bon.auct.iu.pos. Inducit de admin. tut.l.tutores, §. hæres de bon.uac.l.si qn̄,inducendo eam ut ibi declaratur ꝑꝑ quod Ioā. And. remittit ad notata ꝑ se in d.c.cum secundum Si uero publicatio fit uirtute iuris municipalis quod iurisdictionem dat uel pœnā statuit, uel facit utrū que,& tūc publicatio non extēdit extra illa bona quæ sunt de iurisdictione, & prāte illius legis municipalis,ꝑ l.3.ff.de off.præs. & de tut.& cura.da ab his. l.antepen.& ibi con cor.& de off.præf.urb.l.fi cū si.& C. qui datut.pos.l.neque.Quarta fuit opin.Bart. in l. cūctos populos.in ult.q.ubi post relationem uerborū dicti Nic.de Mat.cōcludit primo, ꝙ ciuitas non pōt sibi publicare bona de iure cōi ꝑꝑ delictū,ut l.1.C.de bon.uac.lib. 10. & ibi not. Item quod ciuitas de iure cōi non habet mærum imperiū,& cognitionem delictorū grauiorū.C.de defen.ciuit.l. defensor. Ciuitates itaq; Italiæ illam iurisdictionem exercētes,& quæ bona delinquētium sibi publicant hoc faciūt, uel ex priuilegio sibi concesso ꝑ principē,uel ex cōsuetudine antiqua, q̄ uim habet priuilegii cōstituti,l.hoc iure,§. ductus aquę.ff.de aqua quot.& ęsti.& l.1.in fi.de aqua plu. arcen. Et ita dicit gl.in auth. defe.as.ciui.§.iusiurandū in fi. magnæ gl. sic qui hn̄t hodie iura fiscalia pn̄t dici procuratores in rem suam. Nam iuribus fiscalibus utuntur ad suam utilitatē ex cōcessione tacita,uel expressa,vt dictū est.Et hoc ꝑmisso ad qōnem propositā concludendo dico,ꝙ aut iurisdictiones sunt separatæ, sed bursa fiscalis est una ī effectu in utroq; loco,& tūc aut publicatio fit de iure cōi, & bona utriusque loci erūt publicata, ut l.si qn̄.C. de bon.vac. & fiet executio ꝑ officialē illius loci in quo sunt bona,vt d.l.à diuo pio,§.1.cū aliis iuribus allegatis supra, & ponit exēplum ī hoīe damnato hn̄te bona in Ducatu, & Marchia Anconitana.Si vero publicatio fit ſm cōstōnes speciales,vel statuta specialia. Tunc aut illa iura specialia sunt in utroque loco vbi sunt oīa bona, exēplum plures iudices sunt deputati ab uno rege ꝑ diuersa territotia sui regni,vnus eorū publicat bona ſm regalem constōnem, & tunc oīa bona quæ essent in regno essent publicata eadem rōne, & ꝑ eadem iura.Si vero dicta iura specialia sunt diuersa, & non cōmunia ad vtrunque locum, exemplū in Marchia sunt quædā constōnes quæ nō sunt in ducatu, & tūc talis publicatio nō extendit ad bona quæ sunt extra locū ad quem extenditur const. l.fi.de iuris.omn. iud.de const.c.ut animarū lib.6.& l. neque. C.qui da.tu.po.cū simi si vero,& iurisdictiones sunt distinctę,& ēt bursæ fiscales,& tūc aut publicatio fit de iure speciali,& non extēditur ad bona alibi sita. Si vero publicatio fit de iure cōi,& tunc extendit ad bona etiā alibi sita. Quælibet tn̄ ciuitas habebit bona in suo territorio sita, vt dicebat Guliel. de Cug.qđ sic probat.Quęlibet ciuitatis dr̄ procuratrix fisci,vt dcm̄ ē,sed si esset proc. fisci, & ad fisci vtilitatem, & ad eius offm̄ spectaret acceptio, & īcorporatio dictorū bonorū in fiscū,ergo nunc ad eū pertinet, & ad eius utilitatē allegat casum,l.fi.ff. de auct. tut.& extra de fo.comp.c.postulasti nec placet sibi distinctio. An iudex habeat iurisdictionē à lege municipali, qa nō curat unde iurisdictionē habeat,sed attēditur solū,an pronunciet super eo quod de iure cōi dispositum est. An uero de nouo disponat remittēs ad notata ꝑ se in 7.q.in ea. lege. Hæc qō fuit de facto tꝑe quo in ciuitate Ianuę erat regius gubernator q fecit decapitari dn̄m Gabrielem Mariam olim dn̄m ciuitatis Pisarū,& eius bona publicauit. Volebat enim, ꝙ in publicatio-

ne

ne uenirent certa bona dicti dñi Gabrielis, quæ dicebant esse in hac ciuitate Florētię, & cū pro ea excutiēda essem in ciuitate Ianuę ad partē negatiuam plura dicebā, & ut eorū huius decisionis ueritas clarius dignoscatur mēbra diuisionis Bart. particulariter reassumo Et qdem primū membrum, & secūdum usq; ad uers. Si uero dicta iura specialia exclusiue. In qbus duobus cōcludit oīa bona ī publicatione uenire puto uerissima sicut. n. in cōfiscatione de iure cōi oīa quærunt fisco gñali, ita eadem rōne oīa posita in dñio superioris illius iudicis cōfiscantis quęri debēt superiori, arg. de administr. tut l. si duo cū simi. & ista duo mēbra non poterāt ad ꝓpositū allegari qua oīno erant, & sunt distincta dñia, & fiscales bursæ. Tertium ēt membrū positū in d. uers. Siue dicta usq; ad illū uer. Si uero, & interdictiones, & est uerū. Actus. n. agētium non operantur ultra agētium intētionem, l. non omnis. si cert. peta. & sic iudex qui fundat se sup cōstōne suæ iurisdictionis non intendit progredi ultra quā ipsa cōstō extendatur, ff. ad municipales, l. libertus, §. pen. cum simili, & similiter hoc nō faciebat pro gubernatore regio, sed cōtra eum. Quartū membrum qñ iurisdictiones, & bursę fiscales sunt distinctæ, & publicatio fit de iure speciali, ēt uerū est. s. ꝙ non extēditur ad bona alibi sita, non. n. specialium fit extensio l. ius singulare, & l. qđ uero contra, ff. de legi. Quod ēt tenuit Ray. quia statutum quod loquit de publicatione bonorū non intellr. nisi de bonis in suo territorio sitis. C. de ædif. priua. l. an in totū cum si. ut ipse Ray. scripsit in d. l. cūctos populos, in fi. ubi formauit solum qōnem qñ ex forma statuti publicātur bona, & hoc mēbrum silr contra gubernatorē regium faciebat. Vltimum uero mēbrum dū cōcludit oīa bona publicari, sed unāquāque ciuitatē hrē bona in suo territorio sita, non ur mihi p oīa uerū. Aduerte tñ, cōiter ī materia cōfiscationis apponi solēt uerba sonātia in camerā fiscalē eius q cōdemnat, siue illius cuius officialis est. Qūo ergo ex hac snīa poterit se fundare ciuitas alias hñs cameram diuersam, non. n. poterit extendere uerba sententię ad suam cameram. Tum qa id nō dicit sententia, l. quidqd astringendæ, de uerb. obl. Tum qa extendi non pnt, l. si patronus testō, §. si quis cum esset, ff. de ope. liber. & si dicatur pdicta locum hñt qñ simpliciter confiscauit bona quo casu intelligitur ſm quod iura uolunt ut d. l. libertus, §. pen. rñdetur, ꝙ alteri per alterū quęri nō potest, l. stipulatio ista, §. alteri, de uer. obl neq; iste est casus specialis in quo possit ut de se patet. Et ideo ex his, & aliis quæ infra patebūt in hoc ult. art. sic distinguo. Quod qñque licet ciuitatum sint distinctę iurisdictiones, & cameræ, tñ snīa confiscationis fertur ab illo q habet iurisdictionem à superiore utriusq; ciuitatis non in tpalibus, quia dictum est supra, sed in spūalibus, ut in inquisitore hęreticæ paruitatis cōfiscante bona hęretici, & de hoc uide Ioan. Andr in d. c. cum secundū, & adde, ꝙ dr per Guil. in l. fin. C. de hæred dec. ubi ponit cui applicentur bona clerici dānati per epm de crimine de quo laicus pderet bona, & ēt uide quod no. Ioan. And. in add. Spec. in tit. de feudo, §. pen. ad fin. in magna additione, ubi tractat. q. cui applicētur bona feudalia quæ clericus cōdemnatus ab epo tenebat à laico in diœcesi epi. Vide multa pulchra circa materiā cōfiscationis bonorum q habuit licet decurtauerit ab Oldr. ut patet in suis quæst. q 17. ubi si uis satiari plene de hoc articulo oīno uide. Qñ fertur ab illo q habet iurisdictionem solam à ciuitate à qua est officialis cōstitutus uel à dño illius ciuitatis, & ponit in banno hoīem hñtem ibi bona, & in aliis ciuitatibus, & tūc quantum spectat ad ciuitatem cōdemnantem siue loquamur in cōdēnato, siue in bānito, nunq̄ ciuitas illa pōt hrē bona sita in alterius ciuitatis territorio, qm̄ confessio iurisdictionis extra illud non extenditur ut in iur. supra allegatis pro hac parte. Quantum uero spectat ad ciuitatem aliam quæ non cōdēnauit Bal. in d. l. cūctos populos, in ult. q. meo iudicio satis notabiliter loqtur, sed non plene, dic. n. ꝙ si status psonæ mutatur, adeo & nō pōt hrē proprietatē bonorū. Et tūc ciuitas quæ non cōdēnauit occupat bona non iure cōfiscationis sibi factæ, qa facta nō est, sed ut uacātia, ut d. l. cum unus, §. pen. & quod not In noc. in d. c. postulasti. Si uero status nō mutatur, sed remanet talis qđ adhuc pōt hrē bona, & tūc illa retinebat dānat'. Potest. n ſm eum diuidi effectus snīæ confiscationis. l. si cū militi, §. 1. qui ex ma. & ad l. fal l. in rōne, §. cum quidam, sed nō est uerū, ꝙ diuidatur, imō, ut dixi supra non intelligitur cōfiscare, nisi existentia in suo territorio, & suæ ca-

merae,

mere, aut per expressionem, aut per tacitum intellectum, licet ipse Bald. arguēdo aliter re tigerit in l. ꝑ ꝑ litem. §. licet. ff. de exc. tut. & ideo dico latius aperiendo ueritatem huius ultimi articuli, ꝙ aut loquitur in condēnatio facta executione, & sine dubio ciuitas quæ nō condēnauit, nō poterit hr̄e bona suo territorio sita iure cōfiscationis, qualitercunq; lata sit sn̄ia, per ea quæ dixi supra, sed qa ille fuit effectus seruus pœnę. ut l. qui ultimo, de pę. & sic non poterit hr̄e hęredem, occupare poterit ut uacātia, & sic uerificatur quod dixit Bal. Si uero loqmur in bannito. tunc qa cōclusum est supra, ꝙ nō perdat ea quæ sūt de iure ciuili. & gentium, & sic pōt retinere bona ut ēt infra dicetur, distinguendū est. ꝙ aut talis bānitus erat oriundus ciuitatis confiscantis, & ibi deliquit, tunc ciuitas alia hn̄s bona in suo territorio ei auferre aliquo iure non poterit, & ita uerificatur ₰m dictum Bald. & not. Nullo. n. iure pōt se fundare ut patet ex iam dictis. Si uero in ciuitate in qua fuit bānitus, nullū aliud habebat domiciliū, sed solum fuit sortitus forū ꝑ ꝑ delictū, sed erat oriundus, uel incola alterius ciuitatis, in qua ēt habebat bona. Et tunc ciuitas illa nō ex ui sn̄iæ alterius ciuitatis, sed iure suo poterit contra illū ꝓcedere, & bona sui territorii suæ cameræ cōfiscare per no. in l. 1. C. ubi. de crimagi opor. & in l. 2. & ff. de inter. & rele l. legatorū, §. interdicere. & ex his patet, ꝙ dictus Regius gubernator non poterat cōseq dicta bona. & sic finaliter eo de ciuit. Ianuæ expulso fuit postea ꝑ Ianuenses terminatū.

18 Decimo octauo quæritur † qñ bannitorū bona publicatur. An ueniant in tali publicatione bona pn̄tia tm̄ an ēt futura. Istam quæstionē tetigit gl. in l. 1. ff. de bon. dam. in fin. gl. magnæ, & non decisit sed eam uī decidere in l. nō ad ea, ff. de cond. & demon. s. ꝙ nō ueniāt futura. Idem tenuerūt Dy. Gul. & Old. in l. si qua pœna, ff de his q sunt sui. uel alie. iur. & idē tenuit disputādo Nic. Mat. quem refert, & sequtur Io. Andr. de accus. in præall. §. seqūur. uers. quid si aliqs in suis addi. alias allegato. uer. fœlicis, & in tit. de accus. & ibi allegat iura quę uidere potes, & ꝓsertim allegat pro casu, l. si tibi mandauero, §. is cuius bona, ff. man. qđ intellige ₰m unam lecturā. Idem ēt tenuit Alb. ubi supra q. 13. Tenuit ēt Bart in l. certa forma. C de iure fisc. li. 10. ubi rn̄det ad l. artiani. C. de hær. In quo quia est cōe aliter non prosequor. Sufficere. n. debet tex. § is cuius, & gl. d. l non ad ea.

43 Quadrageſimotertio q̃ritur. † Stante dicto ſtatuto de expellendis filiis bannitorū, an cōpræhendatur filii non legitimi Hæc q̄ō poteſt in ſe hr̄e duo capita. Primum an cōtineanē filii naturales qui nati ſunt ex concubina legitima,quibus proprie conuenit nūcupatio baſtardorū ut not.ff.de concub.ſuꝑ rub.de reg. iur l.quoties idem ſermo. & in l.fi.C.de natu. li.in auth. inceſtas. C de ince.nup.Secundum an cōtineantur alii illegitimi nati qui diuerſis nominibus nuncupanē, ut hr̄ in c.niſi cū pridē,de renun.ſe cōiter dn̄r ſpurii. ſ. ex quocunque damnato coitu nati,in auth.qui.mo. na.effi.ſui.§.fi.Quo ad primū uī primo dicēdum ꝙ ſic.ff.de in ius uoc.l.parentes,& quod nota.in cle. 1. de baptiſ.In contrariū C.de adult.l. 3. & l.filium. ff.de his qui ſnt ſui uel alie.iur.Dixit.Gui.q̄ꝺ aut ſtatutum fundaē ſuper ratione naturali,& cōtinētur naturales, ut in primis iuribus,aut ſuper ciuili,& nō cōtinētur, ita ſoluit cōtrariū in d.l.parētes. Sed Bart.ibi ſoluit al̄r. Quod aut tractaē de fauore, & hēt locum lex parentes, aut de odio, & hēt locum contrarium. Cyn. uero ſoluit ſm̄ Guil.ſed addit in 2. membro ꝙ aut ſtatutum cōtinet odiū,& uerū dicit Guil.aut fauorē,& cōtineē in ſtatuto quantumcunque ſubdeē ſuper ciuili rōne, ut ipſe no.in l. quiſquis. C.ad l.Iul.maieſt & in l.libertinū. C.inter. m1. Secundū hæc uidereē dicendū, ꝙ naturales filii in tali ſtatuto nōn cōprehendanē,tum ꝑ ꝑ ſo. Bart. tum ꝑꝑ dcm̄ Cyn. Sed conſidera ꝙ diſpoſitio legis parentes, uī odioſa ſaltem quo ad filios.ff.de in ius uoc.l. quinq;. § ꝑtor ait. Ergo uī quod ſaltē ꝑ illa parte dr̄et reſtringi, ut not.in l. 2. C.de in ius uoc. & ibi ꝑ Bal. ēt in ſtatutis.Sed rn̄de quod cū ſit in materia correlatiuorum non poſſet reſtringi ex parte filiorū quin reſtringeretur ex parte parētum. Et ideo fauor eorum pro quo illa diſpoſitio fuit facta ꝑualet ut extendaē l. q̃ exceptionē. ff.de cond.indeb.Remaneat ergo cōcluſio,ꝙ ubi lex moueē naturali ratione,cōtineanē nāles.Vbi ciuili aut tractatur de odio,& non cōpræhendantur, aut de fauore, & cōpræhendātur.Et ideo in propoſito cum cōtra rōnē nālem, imò, & diuinā ſit ꝙ filius ꝑꝑ patris iniquitatem ꝑmatur,non pōt dici ſtatutum nāli rōne confectum. Et ideo reſtat quod tāquam odioſum nāles non contineat, quod ēt poſt diſputationem tenuit Bald. in d. l. quiſquis, ubi uide. Et ex iſta deciſione patet ꝙ examinatio ſecundi eſt ſuperflua.ſ.an ueniāt ſpurii qui filiorū appellatione non continentur in auth.qui.mo.natu. effi.ſui.§.fi.Et eſt tex.expreſſus.ff.de ritu nup.l.lege Iul.§. nec diſtinguit, & ibi ēt ꝑ Cyn.in fi.in add. Et ideo non inſiſto.licet gl.q̃ inquantum hoc dicat nō teneē, uideaē dixiſſe, ꝙ licet non contineantur appellatione filiorū in ſui fauorem,tñ cōtinētur in ſui odium in cle.1.de baptiſ. Non ergo in tali ſtatuto compræhendunē niſi legitimi filii,& naturales. Niſi ex cōi uſu loquēdi aliud diceretur, ut in l.Labeo.de ſuppel.le.cum cōcor. Et ꝑꝑea cōiter prouident ſtatuta ꝙ etiā tales interdum comprehendantur. An autē comprehendantur legitimi tantum non examino, maxime quia illi non ſunt in uſu uide ad materiam quod habetur per Bart.in l.ſi ita quis.§.1.de leg.1.& per Doct.in l.generaliter.§.cum autem.de inſti. & ſubſt. & in d.l.filium,de his qui ſunt ſui uel alie iur.

44 Quadrageſimoquarto † q̃ritur. dictū fuit ſupra q.39.quod in tali ſtatuto præmente bānitos continetur ēt bannita Sed quæritur an ſtante dicto ſtatuto quòd filii bannitorū expellantur debeāt expelli filii mulieris bānitæ, dr̄ ꝙ gl.in l.quiſquis ad l.Iul.maieſt determinat quod ſic.Et ita poſt reprobationem eorū q̃ repræhendunt gl. tenet ibi. Pet. & ſequitur Bald. licet dicat ꝙ in ſtatutis odioſis appellatione patris comprehendantur mater. Ibi.n.

dicitur

dr quisquis &c. Et sic ponit terminus cōis. Et ideo in proposito cum dcm̄ sit in d. q. 39. ꝙ istud nomen bānitorū adiungitur cum termino cōi. & sic compræhendit fœminam. Sequitur cōsecutiue ꝙ in tali statuto cōtineātur ēt earū filii. Et istud apud me supposito prius est satis clarū. Si aliter uidere cupis ibi uide.

Viso ꝙ in statutis editis cōtra bannitos cōtinent fœminæ. q̄ritur quadragesimoquinto
45 † an bannita pręgnans possit uirtute statuti impune occidi. Ista qō est subtilis. & ideo arguo. Et primo ad negatiuam. Et sic ꝙ occidens debeat puniri. Statuta patiuntur interpretationem passiue restrictiuam à iure cōi. l. si serui uestri. C. de noxa. l. fin. §. in computatione, de iure del. in gl. Modo sic ex forma statuti permittentis bannitum posse impune occidi, quilibet ur̄ quodammodo cōstitutus officialis publicus. l. 1. & 2. C. qn̄ li. sine iud. uin. Bart. in l. à diuo Pio §. 1. de re iud. Bald. in l. amissione. §. qui deficimus. ff. de cap. dim. Fr. de Are. in l. quis sit fugitiuus. §. idem Cecil. de ædil. edic. Colligitur ēt ex no. per gl. & Bal. in l. accusat. C quod me. cau. sed publicus officialis in mulierem prægnantem non potest facere executionem. ff. de pœnis. l. pręgn. & in l. Imp Adrianus. ff. de statu. hom. Ergo nec priuatus qui auctoritate publica facit. Secundo, hoc probatur licet mulier sit bannita, tn̄ partus q̄ est in utero non est bānitus. l. & seruorū §. 1. de sta. hom. & ibi ꝑ Bald. Sed occidendo mr̄em occiditur ēt partus, ut pl̄m, & ir̄. Ergo occidens non debet esse immunis à pœna, quia qn̄ de permisso necessario peruenitur ad prohibitum non pōt fieri id, quod alias permissum erat. ne per unam uiā cōcedatur quod per aliam prohibetur. l. scire oportet. §. oportet de leg tuto. l. 1. in fi. de auth. tur. Tertio, si quis occidit duos, quorū unus erat bānitus, alter nō licet ꝓ morte banniti non puniatur, tn̄ debet puniri pro morte nō banniti. Et istud est clarū per l. 1 ad l. Corn. de sicar. Sed quantum ad fauorem sui partus hr̄ pro nato, ut l. q̄ in utero. ff. de sta. hom. Suus aūt fauor est ut mr̄ uiuat, ut sic educari possit. Ergo censebitur occidisse natum, & sic bānitū, & non bannitum Ergo punitur quarto, qn̄ duo sunt quorū unus est capax, alius incapax. Incapax capit ꝑꝑ capacē. l. si is q̄ duos. ff. de lib. le. Ergo hic mr̄ incapax securitatis est capax ꝑꝑ partum capacē, facit. ff. quemad. ser. amitt l. si cōem. In cōtrarium quod imò occidens puniri non debeat, probatur primo sic. Qn̄ permissum, & prohibitum non pn̄t separari, permissum trahit ad se prohibitum, ut d. l. si is qui duos. Ergo & hic hoc permissum. s. occisio mr̄is tanquàm potentius trahere debet ad se prohibitum. Secundo, pr̄ potest occidere filiam in adulterio deprehensam. ff. de adult. l. ꝙ ait, & si facit non punit, nec distinguit, an sit prægnās, uel nō. Ergo ita in proposito. Sicut. n. ibi pr̄ facit de facto iuris auctoritate, ita & hic priuatus. Statutum. n. non distinguit sicut nec lex, ergo nec nos distinguimus, de publ. l. de precio, Nec obst l. si serui uestri. iuncta l. prægnantis, quia illa loquitur in iudice q̄ cum deliberate debet iudicare, & iuris ordine seruato ad dn̄iam astringit, hic aūt de facto facere pōt, ergo iuris ordo non attendit ff. de cōd. & demonst. l. Męuius, & de his qui not. inf. l. quid ergo §. sicut aūt, & ita in pr̄e determinauerunt Guil. & Cyn, post eū, in d. l. Imperator. ergo eodem modo idem dicimus in eo cui licet bannitum occidere. Hāc etiam partem tenuit ibi Bald. sed dixit ibi cogita, an sit uerum. Si cōsideramus unā rōnem Guil. ꝙ ideo pr̄ possit, quia irato animo parci debet, ut in l. quod ait, hoc cessaret in ꝓposito, nisi diceret occidentē fuisse primo offensum, uel eius pr̄em, uel filiū. & qd̄ dictæ mulieri obuiasset, & sic ex ꝓposito non fecisset, sed dolore, & ita motus ad talē actum deuenisset. Hæc decisio Bal. non est mihi tuta, licet pro eo faciat ꝙ ꝑgnās capta seruat in carcerib. & sic est uerisimile ꝙ pœnā debito tp̄e luet. In casu aūt nr̄o nō est sic cū uagari possit. Puto tn̄ in hac q. sic posse distingui, ꝙ aut dicta mulier erat manifeste ꝑgnans, & tunc aut occisor q̄ occidit eā erit talis ad quem ſm mundum spectabat uindicta offensionis ꝑꝑ quam bannita fuerat, licet alias sibi à statuto ꝑmissa non esset, aut non erit talis. Primo casu aut occidit eam, nō ex ꝓposito, sed q̄a ei fortuito obuiauit, & locū habeat decisio ꝑdicta ꝑ iura, & rōnes Guil. nor̄.n, potuit iustū tēperare dolorē, & sic uirtute bāni, & statuti ueniat excusandus Secundo casu nō possit ipsam occidere ꝑ rōnes supra factas. Non obst. ꝙ de facto fiat, & nō iuris ordine, q̄a ēt ī his i q̄bus extraord. ꝓcedit aliq̄l s ordinis dispō seruāda est, ut hr̄ in cle. sæpe. de uerb. sig. & ꝑ Barto. in extr. ad repr. Scit n. uel scire debet ꝙ non solū bānitam, sed ēt nō bānitā creaturam interficit, & sic puniri debet per iura ꝑdicta.

Si uero

Si uero manifeste prægnans non apparebat, tūc aut probatur occidērem sciuisse prægnā tem,& punit alias non.l.pen.ff.de adul.& qđ nō. plene ꝑ Io. And.in regula quod quisque lib.6.& dicam infra in ult.tꝑe , parte 1. q.2. Quæ autē dicta sunt in fauorē prægnantis,in tellige locū hře,siue sit nupta , uel ꝑgnans ex uiro,ut hr in l.miles,§.qua ꝑ,ff de adul.siue sit ꝑgnans ex adulterio,uel alio illicito coitu, ut habetur ī sim.ꝑ Guil.Iac.de Bel.Cyn.Bar. & Bald.in l.2.§.si non propter,ff.si quis cau.

Postquā de muliere bānita aliqua diximus prosequendo materiam eandem.Quadrage-
46 simosexto quæro. † Titius Bertam bānitam nō prægnantem non occidit,sed cū ea adul terium,uel stuprū inuita,uel uolēte cōmisit, an ueniat puniēdus.Si dicimus eā fuisse libere uolentem . nulla ei uiolentia, siue offensio fa cta est,ut C.de trāsa.l. cum donationis.ff. de iniur.l.3.& l.1.§.usq; adeo.quod qualiter in telligatur examinant ibi Dy.& Bar.& Dy. in regula scienti,lib.6.Si uiolēter ei iniuria,& of fensio facta est,& sic in primo casu debet pos se puniri de adulterio ,q̃a in bannitam licita est offensio.Alia autē quæ in offensione non cadūt suæ determinationi relinquūtur l si cū dotē,ff.sol.mat.cū si.Iuris autē determinatio est,ꝙ adulterium ēt consentiente marito cō missum punitur,l.2.§.1.& l.fi.§.si publico.ff. de adul.Secūdo casu non uř posse puniri , q̃a quē licet occidere,licet cōtumeliis afficere,l. nec in ea ff.de adult. Et ideo si ipsa accusaret nō audiretur uirtute dicti statuti.Nec mirū , ꝙ magis puniatur qui minus delinq̃t contra l.quod seruus.ff.quod ui,aut clā,q̃a uno casu offendi bannitum,& sic habet beneficiū statu ti alio nō,& sic uerba statuti nō uerificantur l.si q̃s in seruitute,ff.de furt.& de leg.3. l.non aliter,cū simi.Prædicta quidem uera si habea tur consideratio solūmodo ad iniuriam,siue ad offensam factā marito, uel patri , ꝑ ꝑ quā cuilibet iure suo licitum est accusare, ff.de in iur.l.1.§ usq; adeo,de adult l.2.§.marito , & §.si simul. cum se. & C. de adul.l.iure mariti. maius esset dubiū. Puto tñ , ꝙ postq̃ in eo q̃ principaliter offenditur ipsum statutū non re putat offensam, q̃nimò nec delictū ut dicam infra ꝓxima parte,q.1.& sic nō reperiť prin cipalis offensio,nō reperiatur ēt secundaria . Requiritur.n. subiectum. s.ipsa iniuria quæ hic uirtute statuti esse non dř ergo agi nō po test, aut per patrem,aut ꝑ maritum.Nec ob d.§.usque adeo,& §.fi.ubi dř, ꝙ licet filia age re non possit tñ egit pater,uel maritus, quia ibi loq̃tur q̃ñ filia, uel uxor uoluntate sua ex clusit se à suo iure quæ non pōt patri,uel ma rito ꝑiudicare , nec ulterius extendiť exclusio l si unus , §.ante omnia,ff.de pac.& l.si quis seruū,de iureiur.& ibi concor.hic autē non ip sa filia,uel uxor à tali iure se exclusit,sed ipm statutum quod fortius operatur. Multa.n. ꝑ legem fieri pñt,quæ non pñt fieri ꝑ pactum, siue per partes,ut hř in l.ius publicum , ff.de pactis.Nec obstat,quod dř, ꝙ potest per legē fieri potest ēt per pactum,ut no.in rub.C. de decr.dec.li.10. quia illud uerū q̃ñ pactum fit ab illis qui poterant legem facere,tunc.n.ta lia conuertuntur,ut ibi,& hř in l.ciuitas, ff.si cer pet. Non aūt habet locum in illis qui non pñt legem facere, ut d.l.ius publicum, & no. in l.nō impossibile.eo.ti.per Doct. Et ꝙ hæc decisio procedat,probatur ex quocūque ma leficio facto cōtra unum læditur tota cogna tio. l. lex Corn. ff. de iniur. Et tñ pro morte banniti,uel alia offensione facta sibi quiiura cognationis nō perdidit, ut l iura sanguinis. de reg.iur.Et dictum fuit supra in parte præ cedenti , q.4.nullus agit ut dicam, ubi supra ergo nec nunc. Concludatur itaq; quod si bā nita uoluntariæ carnali cognitioni cōsentit, poterit pater,& maritus de adulterio,uel stu pro accusare. Statutum.n.hoc casu sibi locū non uendicat.Si autē peruim cognita est,nul lus agere pōt,quia sibi locum uendicat statu tū quod permittit impune offendi posse,Nec ob. ꝙ dixi supra in parte præcedenti huius tꝑis , q.60.quia ibi loquitur q̃ñ ab initio tꝑe offensionis filius non erat bannitus, ꝙ ibi te tigi. Nec ob.l.3 §.si filius , ff.quod quisq; iur. quia loquitur q̃ñ oritur ius,sed ob. excep. ut ea.l.fi.hic autē nullum ius oritur,ut dicam in d.q.1.Et sic non est uera decisio Iac. Butr.quā refert Alb. ubi supra q. 42. Et ista decisio de stricto iure uerior est meo uisu quam decisio Bal.qui in l.fin.C.si cōtra ius,uel uti i. pu.te nuit cōtrarium ꝑ c.& si Christus. de iureiur. q̃a illud c.potius facit contra eum cū pariter disponat de homicidio furto , & adulterio. Duo autē proprie ſm ipsum ibidem permit tuntur cōtra bannitum talem ergo,& tertiū, q̃a si permittitur homicidiū quod est maius delictum adulterio,33.q.2.si quod uerius.er go,& ipm adulterium qđ est minus. C.de sa crosf.eccl.auth.multomagis.cū si.Non obstat

ratio

rō sua uidelicet, ꝙ homicidiū, & furtum qn̄que permittunt in cle. 1. de homic. & de fur. c. 3. adulterium uero nunq̄, quia aliud est à statuto fieri actū licitū, quo casu militaret dictū suū, & aliud est pœnā remitti actu remanēte illicito, ut patet ex no. in hac eadem parte q. 49. ſm Ioan. de Lign. quo casu locum hēt quod dixi. Statutum. n. pœnam remittit & agit, ꝙ agere intellr̄ quantum pōt, & ut pōt ēt diuersimode, ut no. in l. si quis maior. C. de transac. Pœna autē adulterii quo ad huius fori legibus subdita est. l. si adulteriū cum incestu. §. 1 ff. ad l. Iul. de adult. facit quod hr̄ in l. 1. ff. de iust. ergo, & statutis, ut l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Nec mirum quia ēt aliqn̄ iure canonum adulterium non punitur licet remaneat illicitum iure poli, ut d. c. si quod uerius. & ibi no. Facit 23. qō. 2. ca. tolerandi. Et hoc casu nō hēt locum. q. 11. hac eadem parte quia sopita est in ca. canone, ꝙ peccat iure poli. facit lex si quis in seruitute. de fur. autem lector tene, ꝙ placet. An autem ex tali uiolenta cognitione resultet itr̄ accusatio adulterii, uel non examino, quia non conuenit ad propositum remittens ad l. si uxor. §. si quis plane. & l. uim passam. in prin. ff. de adul. & l. 1. § remanet. ff. de postul.

47 Quadragesimoseptimo † pone econuerso uir erat bannitus uxor non bannita, ipsa commisit adulterium. Quæritur an de tali adulterio possit fieri accusatio uel inquisitio quia ubi supra proxima quæst. remisi ad 1. q. partis sequentis, tractabitur, plene qn̄ iudex possit uel nō possit inqrere, ubi pars non potest accusare, hic breuiter de hac qō. me expediā. Et dico aduertēdū ꝙ aut maritus accusat iure mariti, uel iudex respectu illius iuris inqrit. Puta eo tp̄e quo nullus accusare potest p̄ter maritū, ut l. iure mariti. C. de adult. cum cōcor. Et tunc non possit p̄ ea q̄ dicam ubi supra. Si autē accusat alius puta pater uel extraneus iure cōi. Et tunc possit cognosci. Adulterium. n. lege humana est prohibitum. ff. de adult. l. 1. imō, & diuina iuxta illud Leui. cap. 18. Nō mechaberis, &c. Adeo qđ licet maritus consentiat, & sibi nulla fiat iniuria. t̄n̄ cognitio adulterii cōpetit. l. 2. §. lenocinii. & §. si publico. ff. de adult. Licet igitur maritus repellat, nō t̄n̄ repellunt alii ut ibi, ergo nec iudex q̄ iure aliorum inqrit. De separatis. n. habentibus diuersam rōnem non fit illatio. l. si. ff. de calūnia. & l. si maritus §. si negauerit ff. de adult. cū si. Et iō in hac ciuitate in quā est statutū ꝙ iudex nō possit inqrere, nisi inqsito prius iniuriā passo an uelit accusare de nūciare uel notificare. Et si reqsitus dixerit ꝙ nō, tūc possit inqrere. debet iudex bn̄ aduertere. Si. n. inquirit bannitū maritū. Et eo inde te, ꝙ non uult accusare, &c. iudex inquirit non procedit inquisitio, iure. n. mariti cognoscit quod non potest, facit regula si quis in ius, lib. 6. cum no. inst. de publ. iud. in prin. Reqrat ergo patrem uel alios sibi proximos, & tunc poterit inquirere. Exclusus. n. iure uno non intelligitur exclusus ab alio. l. filius. de inoff. testa. l. si filius, de ope lib. 1. §. nunc uidendum, de success. edic. cum simi. quæ decisio utilis est ad multa. Ad quā uide Io. And. in mercu. super regula frustra. in 3. q.

48 Quadragesimooctauo † pone stāte statuto cauet ꝙ bannitus possit impune offendi. extat aliud statutum quo cauet ꝙ nullus possit portare arma offendibilia. Et reptus cū illis puniat certa pœna. Quidā cū armis portari prohibitis interfecit bannitum, & rediens domū fuit inuentus cum armis p̄dictis. Quæritur de duobus, primo an puniat pœna homicidii, secūdo an saltē incidat in pœnam portātis arma prohibita. Sed qa ex decisione secundi clare infertur ad decisionem primi, circa illud primum non instabo. Et est sciendum ꝙ do. Tho. de azog. de Bono. disputauit hanc q. multum ꝑlixe. Sed q̄ breuius potero decurtabo suam referens intentionē Et primo, ad affirmatiuam qđ puniat arguit multis modis. Primo à rōne separatorū, quia de uno ad reliquum non arguit l. Papinianus exuli. de mino. delatio aūt armorū est separata ab homicidio. Ergo licet homicidiū sit licitū, nō est licita armorum delatio. Secundo, in his q̄ facti sunt, uno posito nō sequit aliud. l. nō hoc. C. un̄ cogn. Sed occidere, & arma deferre sunt diuersa, & facti ergo licet ꝑmittat occisio, nō infert ad ꝑmissionē alterius. Tertio, qa facile fuisset concedenti utrunq; statutum illud ĩprimere in statuto de inuēto cū armis. Ergo si non expressit, intellr̄ ut iacet, ut in l. unica. § ne aūt. C. de caduc. toll. Quarto, ubi eadem rō idem ius. l. à Titio. de uerb. obl. sed causa, & ratio statuti prohibentis arma portari est ne committantur maleficia. Ergo locum habet in proposito, quia cū ipsis poterat maleficia cōmittere. Quinto, à uerbis & mēte statuti quibus stari cōuenit. l. non aliter. de lega. 3. & l.

& l. 1. §. si is qui naue. de exerci. Sed verba, & mẽs statuti sunt, vt occidens bãnitũ excuset, portare arma ꝓhibita inuentus condẽnet, ergo, &c. Sexto, q̲a in gñali cõcessione non veniũt ea, q̃ q̲s non esset specialiter cõcessurus. l. gñali. ff. de pig. Sed q̲a ex delatione armorũ oriunt lites. C. vt vsus armorũ inscio, &c. nõ est verisimile quod princeps vel statuens in specie cõcessisset portationẽ armorũ. l. æq̲ssimum, de vsufr. Ergo non venit in gñali permissione bannitũ offendi posse. Septimo, cõtrariorũ eadem est disciplina. & l. si cõtra, de vulg. & pup. l. de his qui sunt sui vel alie. iu. sed si de p̃dictis fuisset inuentus ante occisionẽ bãniti cum armis ꝓhibitis veniret puniẽdus, vt patet ex statuto, ergo, & in eius contrario casu cũ redit ab occidendo. Octauo, cõcessio larga intelľr, dum tñ aliis statutis quam minus põt offendat. C. de inoffi. testa. l. si qñ. ergo cõcessio offensionis siue occisionis banniti, debet intelligi saluo alio statuto de inuẽto ꝓhibita arma portare. Nono, in his q̃ sunt de gñe permissorũ, vt in matrimonijs licent locum limitatio dum tñ fiat sc̃d̃m ordinem aliorũ iurium, vt patet in matrimonio quod gñaliter est permissum. l. 1. de iust. & iur. & tñ intelligitur modo alias non prohibito C. de inter. ma. per totũ Permissio ergo huius homicidii debet intelligi alias q̃ cum armis portari prohibitis. Decimo, arguit̃ à defectu seruatæ formæ, & alle. multa iura, & inter alia. l. q̃d ait. de adult. ad l. Aq̲l. l. Itaq; ad l. Cor. de sic. l. furem. Vndecimo, probat q̲a statutũ nõ ponit portantem arma, sed inuentum cũ illis. Sed iste inuentus cum armis, ergo licet esse permissum illa portare vt bannitum occideret, non tñ eximeret se à pœna inuentionis, q̃ oĩno sunt diuersa. Arguit ẽt aliter à generalibus, sed nõ curo, determinat contrariũ s. ꝙ veniat puniendus pro delatione armorũ. Ex quo etiam determinat ꝙ nec ꝑꝑ occasionem, & allegat multas rõnes. Ergo autem assumam illas quæ mihi vñr ad causam facere & alias omittam, & succincte concludam. Primo, ergo ꝓbat suam decisionẽ vno ꝑmisso omnia vñr permissa ex quibus facilius ꝑueniatur ad permissum, arg. ff. de acq. hęr. l. nec his, & l. illud. sed cũ armis põt occidi bãnitus facilius. quod est permissum, ergo vr̃ ꝑmissum illa ob id posse portari. Secundo ad remotionem gñis remouetur, quælibet eius species. de fund. instr. l. fundi. & C. ne fi. rem quam ven. l. 1. & 2. Sed occidens banniti remouet̃ gñaliter à pœna ergo, & à quocunq; speciali. Si ergo puniretur pœna dilationis armorum non esset à pœna remotus. Tertio, ꝑꝑ nãm cõtrariorũ vno prohibito prohibet̃ omne illud quod uenit ex eo uel ob id. l. non dubiũ C. de leg. ergo econuerso vno ꝑmisso, permittitur oẽ illud quod venit ex eo, uel ob id, sed occiso bannito sequitur reportatio armorũ, ergo id vr̃ esse ꝑmissum. Quarto, à maiori, q̲a ꝑ mittit̃ occisio q̃d est maius, ergo delatio armorũ ob illã cãm, quod est minus lege nec in ea. ff. de adult. Quinto, q̲a beneficiũ principis debet late interpretari. l. fin. de const. prin. Et sic cũ reddat̃ immunis ab homicidio. ergo, & à quolibet eius parte, & sic à delatione armorũ. Sexto, q̲a sicut vna lex declarat aliã. l. non est nouũ, & l. nã, & posteriores. ff. de legi. & q̃d no. in l. sciendũ. ff. q̲ satisd. cog. ita vnũ statutũ debet aliud declarare. l. oẽs populi. & l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. & ideo statutũ q̃d non ꝑmittit arma portari determinat̃ ꝑ aliud q̃d ꝑmittit bannitũ occidi s. vt intelligatur nisi portarent̃ causa occidendi bannitum. Septimo, à natura accessorii ad principale, q̲a ꝑmissa est occisio q̃d est principale, ergo, & delatio armorũ q̃d est accessoriũ, maxime q̲a interest republicæ vt malefactores puniant̃, & sic ꝑ oẽm modũ. l. ita vulneratus ff. ad l. Aq̲l. inducit. l. & si non sint. §. ꝑueniamus. ff. de auro, & arg. lega. cum si. Vltimo inducit. l. illud, §. fi. cũ si. ff. ad l. Aq̲l. s. vt cõsideret̃ ipsum ꝑꝑ quod fit aliquid nõ ipsũ q̃d fit. Et ista est melior rõ q̃ fecerit vna cum illa ꝙ vnũ statutũ declarat̃ ab alio. Si. n. quis caperet arma, & occideret hoĩem, & caperet̃ nõ puniretur nisi de occiso, quia in illo confunditur oẽ præambulũ, vt l. nunq̃ plura. ita & in ꝓposito, q̲a homicidium q̃d est ꝑmissũ trahit ad se delationem armorũ. Sit ergo conclusio ꝙ q̲a statutũ de inuento cũ armis gñale restringitur, & declaratur ab alio, vt dictis iuribus. & auth. offeratur. C. de litis contest. vnum confunditur in alio, vt dictus inuẽtus cũ armis puniri non debeat. faciunt pro hoc no. ꝑ Bar. in l. q̃situm. §. pe. ff. de fun. instr. Et hãc decisionẽ intelligo verã si nõ est magnũ interuallũ inter occisionẽ banniti, & inuẽtionẽ cũ armis, arg. l. contractus. C. de fide instr. cum si. Hoc aũt an sit longum interuallũ uel non sc̃d̃m locorũ distantiam, & facti qualitatẽ iudicis arbitrio relinquatur, ar. l. 1. in fi. de

iure

iure deli.cum si. Ex quibus ēt patet, ꝙ id qđ dr̄ de inuento in reditu hr̄et locum ēt in eo qui repertus esset in eundo ad illum occidendum si iudici de eo constaret, per easdem rōnes. Vnum tñ nota ꝙ dictante statuto vt supra non sufficeret ad pœnam exigendam sola inuentio nisi fuisset ēt apprehensus, vt l. si barsatoram. C de fideiuss. & ibi per Bar. & in l. 1. ff. de acq. poss. per Cyn. C. eo. ti. l. licet.

49 Nono, & quadragesimo † Sempronius volens interficere Titium bannitū cū fuit insultatus, Titius aīr mortē vitare non valens occidit Sēproniū. Quæritur an illud licite facere potuerit cū fecerit se defendendo ꝑ l. vt vim. ff. de iust. & iur. & ad l. Aql. l. scientiā. §. q cū aliter. & C. vnde vi. l. 1. Quia hæc q. tāgitur ꝑ Doct. in d. l. vt vim. possem cū eorū determinatione sētire. Sed vt determinatio reddatur vtiliore arguam breuibus rōnibus ad partes, deinde decidā. Primo ergo ad affirmatiuā arguo. bāniti de qbus agimus nō ꝑdunt nālia siue gentiū iura, vt dcm̄ fuit supra parte ꝓx. q. 5. Sed de iure nāli est talis defensio ꝑmissa vt dictis iuribus. & l. 1. § cū arietes. ff. si qua. pau fe. di. ergo id facere licuit Secundo, licet statuto dicat̄ ꝙ nō audiat̄ agēdo vel defendēdo illud intelligitur in iudicio, ꝙ aūt de facto nō possit defendere illud statutū non dicit, nec ēt aliud dictans quod possit impune offendi. ergo vltra id qđ ī eis cōtineat̄ nō dr̄et extendi. ff. ad mun. l. constōnibus. & l. qdquid astringendæ, de verb. obl. Tertio, dicta defensio est nālis, & cū ꝑsupponatur eū aliter mortē vitiare nō potuisse est necessaria, ergo tolli nō potuit. imò non intellr̄ tolli ꝑ statutū, vt in cle. pastor. de re iud. & quod non. Inn. in c. cū inter. de exec. Quarto, pater, & maritus pn̄t occidere adulterum, vt l. patri. & l. quod ait. ff. de adult. & l. nec timorem qđ met. cau. tñ adulter ꝑp metum talis mortis aliquid ꝓmittendo pōt agere actione qđ met. cau. ut d. l. nec timorē. ergo patet qđ poterat se defendere, si. n. non potuisset se defendere oīs promissio dr̄et esse licita, quia non posset dici iniustus metus illatus. eo. tit. l. silr̄. in prin. iuncta. l. qui in carcerem. Quinto, lex gn̄aliter dicit, ꝙ quicunque licitum est redimere sanguinē suum. l. 1. ff. de bo. eod. qui mor. & not. in l. transigere. de transact. C. qualitercunque, & si gn̄aliter loquitur in personis, & modo, ergo ēt istum comprehendit. l. 1. §. & gn̄aliter. ff. de leg. præst. Pro hac parte possēt multa dici, sed ꝓ nunc hæc sufficiant. In contrarium ꝙ imò veniat, puniendus, & sic ad negatiuā arguitur. Primo, qn̄ alicui infertur iusta iniuria, tunc non licet illā ꝓpulsare, vt no. in l. vt vim. pręall. tunc. n. non dr̄ iniuria. inst. de iniuriis in princ. Sed uolens occidere bannitum licite faciebat uirtute statuti, ergo non fuit licita offensio contra eū. Et pro ista rōne alle. Bar. ff. ad l. Aql. l. 4. Secundo, vr̄ casus in l. 2. C. qn̄ lic. sine iu. vin. & ibi sentit gl. s̄m Bar. qui determinauit. in d. l. ut vim. Tertio, allegatur ēt pro casu l. si seruus, C. de his qui ad eccl. confu. Quarto, probatur rōne, sic virtute dicti statuti priuatus agit auctoritate publica, & vr̄ cōstitutus publicus officialis vt dixi supra in hac par. q. 45. ergo ei nō pōt fieri resistentia. C. de iur. fisci. l. prohibitū lib. 10. & l. deuotum, de meth. eo. lib. & ff. de rei ven. l. q restituere. cum. n. succedat loco iudicis, sequit̄ ꝙ talis resistentia non est ista, 24. q. 5. c. non est nostrum. Pro hac parte facit decisio dn̄i Tho de azog. in publica disputatione in qua per multa rōnes, & maxime ne offendens vel volens offendere, siue occidere legis auctoritate decipiat̄. l. 2. C. de his q ve. ęta. imp. & per iura ꝑdicta determinauit patrem uolentem occidere adulterum inuentū cū filia non potuisse impune occidi ab adultero aīr mortē vitare nō valente ad qđ vltra prædicta alle. 1. C. de exac. trib. & C. de deser. l. 2 lib. 12. & l. qm̄. C. ad l. Iul. de vi. & incipit eius disputatio. Pater adulterum inuentū cum filia. vt tñ ipse ibi dicit, ille casus est magis dubitabilis, qa patri non ꝑmittit̄ indistincte occidere adulterū, sed tunc demum si ēt filiam ocidit. l. qđ ait. & l. patri. & ideo cum non cōstet, an iure licite faciat magis est dubitandū ad quod facit. d. l. nec timorē, licet tñ ipse nō dicat si iam pr̄ filiam occidisset minus esset qō dubitabilis, quia amplius de licito iure dubitari non posset. Sit ergo conclusio ꝙ talis bannitus non potuit impune facere, & sic debeat puniri. Qualiter aūt puniri debeat dicā infra postq̄ rn̄sum fuerit rōnibus supra scriptis in contrarium factis. Quibus sic respondetur. nō ob. prima rō, quia illud quod dr̄ bānitum non perdere iura gentium, uel nālia est verum nisi à statuto aliud expresse uel tacite disponatur, vt d. l. 2. qn̄ lic. sine iu. vin. iūcta. l. oēs populi. & dixi supra hac eadem parte. q. 2. ubi dixi defensionem facti tolli posse, & iuris cā subsistente. Non obstat quod statu

cum

tum non extendatur, quia ipsum extendit lex uirtute necessariæ cõstitię. l. si ita stipulatus fuero per test. de uerb. oblig. l. lex Iul. de fun. do. & plene, per Doc. in l. oẽs populi. Si. n. offensio fit per statuta licita, ergo sequitur necessario ꝙ defensio est illicita, & sic illud statutum disponere intellr. Et sic rñsum est ad tria priora. Ad quartum argm̃ rñdetur tribus modis. Primo, ꝙ intelligitur illa qñ illi, cite poterat occidi, ut quia non incontinenti, uel sine filia alias secus ut l. accusationis. C. quod me. cau. Secundo, ꝙ licet posset occidere non tñ potuit ꝓp id aliquid recipere, de cõd ob tur. cau. l. 2. Titio, quia ibi loquitur in eo qui non est effectus hostis reip. & ideo non ut ministro legis erat permissum, sed ut priuato vbi nota. Peiores tamen sunt gñaliores, & melius faciunt ad propositũ propter determinationem dñi Thomæ præfati. Sed illa iura non multum faciunt ad nostrũ propositum, qa hic indistincte permittit occidi, & sic semp ꝓ cõstat qđ est iusta offensio ibi non sic, & sic non proceditur à pari. Vltimum ar. non obst. quia licitum est redimere sanguinem, nõ tamẽ alium offendendo, aut. n. eius sanguis iniuste effundi uolebat, & tunc omnimodo licet redimere, vt in l. vt vim Aut iuste, & sine alterius sanguinis effusione redimere uolebat, & idẽ ut in iuribus in cõtrarium alleg. aut cum alterius effusione, & dicendum est, ꝙ non, ut d. c. non est nostrũ facit text. in rõne sui in l. assid. C. q po. in pig. ha. cum. n. in hoc cõflictu de cõseruatione sanguinũ agať, magis fauetur sanguini iuste agentis, q̃ eius q iniuste egit. Ioan. autẽ de Lig. in tract. de bello in 4. art. uers. 8. cõcludit, ꝙ aliqñ lex ꝑmittit aliquid, qa nullo iure pꝛohibetur. 31. q. 1. hac rõne, aliqñ permittit aliqd cõtra cõstõnes humanas, ut cõtrahere olim in 5. gradu. 35. q. 3. c. quodã. Aliquando, & sic tertio modo permittit actum tolerando, non quia alias illicitum faciat licitum, sed actum non punit, vt dicit text. 4. di. c. denique, & 33. q. 1. si quid uerius. Ex quibus infert ꝙ si statutum permitteret tolerando, & pœnam remittendo actu remanente illicito, tunc liceat bannito se defendere. Si uero permittit positiue faciendo de actu illicito licitum, tunc non possit se defendere, qa legis ministerio offenditur q iurisdõnẽ tribuit. l. & quia, de iurisd. om. iud. & sic cum effectu cõcludit eum in ꝓposito puniendum. Licet aũt dictus bannitus aggressorẽ occidens ueniat puniendus ex tali homicidio ꝓp quod posset iterũ banniri, ut dixi in 1. tpe, par. 1. q. 3. Nõ tñ ẽt ẽm prædcm̃ d. Th. debebit puniri de homicidio doloso, sed culposo tantum. arg. C. ad l. Corn. de sicar. l. 1. cum ibi not. ff. ad l. aquil. l. si putator, & inst. eod. tit. § item si putator. & ita etiã in eo qui excessit modum defensionis. tenuit Io. And. in addit. Spe. in rub. de hom. per legem. l. Cor. de sica. & d. l. 1. alleg. ẽt c. olim. de rest. spol. & ita dicit fuisse seruatum. ita ẽt dicit Bald. in c. si quis sua. 10. col. de pa. iur. firm. & alle. Ioan. And. in c. signãuit, de pœn. & remis. & ita in hac ciuitate iudicatũ fuit in eo qui ut defenderet siue uindicaret frẽm ẽm formam statuti iam percussum cum lapide illum q ꝑcussit interfecit. Fuit. n. punitus de excessu non de homicidio non. n. incontinenti expirauit, sed ex postfacto, & sic non cõtradicit ei quod dicam in fi. prox. q. Sed aduertendum qa illo casu, ꝙ in casu Io. And. licita erat defensio, uel offensio ad vindictam, ut dixi, sed cum moderamine, & sic debeat operam rei licitæ. In casu autẽ nr̃o dabat operã rei illicitę, qa verberatio aliqua cã defensionis, nõ erat licita, & sic vř fuisse in dolo ꝑ not. Cy. in l. 1. ff. qđ quisq; iur. & per Bart. & alios in l. diuus. ff. ad l. Cor. de sic. Et ideo forte hoc casu non habebit locum decisio vltimo dicta, sed puniri debebit l. Cor. cũ sciret se impune offendi posse. Pro quo vř casus in d. l. 2. C. qñ lic. sine iud. uind. Pro quo uide quod hř ĩ c. sicut dignum, de homicidio.

50 Quinquagesimo loco † quia ut supra dcm̃ fuit in procemio in hac mã statuta diuersimode loquuntur mutatis in aliquibus terminis statutorũ. Ponitur statuto caueri, ꝙ bannitus pro eo quod fecit cõtra statutũ ciuitatis possit impune occidi, bãnitus uero pro membri abscissione, uel procicatrice, vel pro percussione sanguinolenta possit excepta morte qualiter cũq; offendi in duplũ. Bãnitus aũt ꝓ insultu non possit, nisi manib. uacuis offendi. Ex hoc statuto oriuntur uarii, & diuersi tituli qõnũ, et ideo incipiendo à prima parte. Quæro Titius fuit bannitus ad mortẽ ex eo, & pro eo ꝙ sup platea cõis interfecit hoĩem ꝓp quod insurrexit rumor, quę omnia fuerunt contra honorẽ, & statum cõis Florentiæ, ut in banno dicebatur, demum fuit à Sempronio interfectus an impune occidi potuerit. Hæc q. subtilis est, & hẽt duos passus. Primus est an dicatur bannitus ex eo ꝙ fecerat contra statum. Et uideť, ꝙ sic, quia verba inquisitionis siue processus

ita se hñt,& illud cõtinet,ergo eis stari oportet l cum qdã puella.de iurisd.omn.iud. præsertim qa oia in inquisitione cõtenta intellr fuisse confessus,& sic cõfessioni standum l.in eos,& l.fin.ff.de cust.reo. Sed non insistendo in supfluitate uerborũ ueritas est in cõtrariũ debent n. verba dicti statuti intelligi de eo q principalr fecerit cõtra statum,non aũt de eo qui secundario. proprius. n. significatus est in his quę per prius significant nõ in his quæ per posterius l.quid liberis.§.hæc verba.ff.de vul.& pup.subst.Et sic debet intelligi in statutis hoc esse verũ,patet ex rła gñali q̃ est ut statuta à recipiant passiuam interpretationem iuris cõis l.2. C.de noxa. & no.in l. iusiurandum, & ad pecunias.§.fin.ff.de iureiur. & C. de iur.deli.l.fi.§.in cõputatione. Sed dispositio iuris cõis sup aliquo simpliciter facta intelligitur qñ illud prĩcipaliter fit,nõ qñ secũdario ut ostendam,ergo, & ita in statutis qđ debeat intelligi principalr probatur in multis iuribus in l.1 §.huius studii.ff.de iust.& iu.& ibi tãgit Iac.But.ff.de in integ.rest.l.non solũ in fi & qđ ibi no.p gl.& Guil.si cert.pet.l. si qs nec causam,& qđ ibi per Iac.But.De quo dicã infra parte prox. q.6. Et pro hac decisione est tex.optimus in l.1.§.merito. ff.deposi. & ibi p Bald decidit hæc qõ p illũ tex.pbatur et in l. si quis ingenuam. §.in ciuilibus. ff.de capti.& optime facit text.in l.famosi. ff ad l. Iul.maiest.in §.hoc tñ crimẽ. Ex qbus ita sæpissime extitit iudicatum.Nõ ob.narratio facta in accusatione siue inquisitione,qa aut intelligitur non principaliter, sed secundario, vt sic cõformet se cum iuris cõis dispositione l.Lucius.§.pe.ff.ad mun.cum sim.& non hẽt obstare. Aut aliter intellr, & illud nihil releuat,aut accusatorẽ,aut iudicem.l.1.§.accusationẽ.ff.ad turp,& C.de sen.l.si ex stipulatione.qnimò nec cõfessio.l.cõfessionibus ff.de ĩter.act.& l.ornamentorũ.ff.de aur. & ar.leg. Sed cõtra pdicta vñr facere no. per Bart. in l. ambitiosa. ff. de decr. ab ord. fa. vbi dicit ꝙ im ordinem intellectus vterque læditur principaliter.s.priuatus,& resp.Sed non ob. quia aut illud loquitur in fauorabilibus dispositionibus,& non in odiosis,ut in regula odia.lib. 6.Aut si uerũ est ꝙ lædatur, ut dicit nõ tñ læditur circa statum alias diceremus esse omne maleficium circa statum reip.Offenditur.n.illa,& ideo eius interest, ut maleficia puniãtur p ita vulneratus.ff ad l.Aquil.& tamẽ certissimum est ꝙ rłe non dñr committere contra statum ciuitatis regularia,maleficia committẽtes,vt furta,homicidia,& similia,&, est tex. in d.§.hoc tñ crimẽ.Nõ ergo defenditur Sempronius a prima parte statuti. Et ideo restat secundus passus siue articulus.s. an defendatur ex interpretatione siue extensione.Et primo vr dicendũ,ꝙ sic,qa tale statutũ qđ bãniti possint ĩpune offendi est factũ fauore reip. ergo debet extendi.l.2. §. exercitum, & ibi gl.ff. de his qui no. infa. Idem si non sit mere fauorabile reip. sed partim odiosum ipsi bannito, iuxta no. in l 2. C. de in ius vocan. Idem si sit penitus odiosum,quia etiã in pœnalibus proceditur de similibus ad similia ut no.in l.si pignore.§. si post distractam. ff. de pig. act. & in l.athletas §.calumniator. ff. de inf.& eo.tit.l.quid ergo.§. pœna grauior. In cõtrarium ꝙ imò non eximantur à pœna homicidii p dcm̃ statutũ. Nã aut ipsum statutũ dr in totum odiosum, & pœnale,& nõ debet extendi,ut not.gl.in l.pe. ff.de in ius uoc.& l. furti. §. fin. de his qui not. inf. & in rła odia. Aut dicitur partim fauorabile,& partim odiosum,& quatenus cõtinet odiũ.s.respectu bannitorũ nõ extendit,sed restringetur,vt hr in d. l.2.C.de in ius uoc. & ff.eo.titu. l.sed si hac.§. patronũ.& qđ habetur in l.cũ hi.§.q trãsig t. de trans. & in l.3.C.quod me.cau.Circa hunc articulũ multa dici possent.Sed quia essent extra ppositum me in breuibus expediã.Cõcludens dcm̃ statutũ exorbitãs à iure cõi non extendi,nisi quatenus absurditatẽ contineret si non extenderetur.ff. de pe. hær.l. si dño. §. si pdo.de excu.tut. l.scire oportet. §. oportet. cum si.& hoc per regulã gñalem,quæ habetur in auth. quas actiones. C. de sac. san. eccl. & plene in l. oẽs populi. Statutũ ergo pmissum eximit à pœna offendentem etiã ad mortem bannitũ pro eo qđ fecerit contra statum. Iste nõ erat de illis ergo non cõtinetur in statuto. Ei.n. non conueniunt uerba ergo nec dispositio legis hoc accusare.§. fi. ff.de acc. cum si. Itẽ eximit offendentem bãnitos pro cicatrice &c.& certo modo. De bãnitis autem pro homicidio nihil dicit, ergo remanent in iuris cõis dispositione l.commodissime. ff de lib.& posth.l.si cũ dotẽ.ff.sol. matr. Sicque impune occidi non pñt.Quia tamen absurdum esse ꝙ banniti pro minori delicto possent offendi, & banniti pro maiori non. contra l. non solum.ff.de noxa.Puto dicendũ,ꝙ tales banniti

possent

possent offendi, put pnt banniti p cicatrice, & debilitatione, &c. arg. eorũ q not. in l. tale pactũ. § fi. ff. de pac. & qđ not. in authen. de collat. §. ut phibemus, ubi pditio mẽbri æquiparaẽ pditioni uitæ. habetur ẽt in l. imperiũ de iuris om. iu. p Bart. in l. 2. de pub iud. p Bal. in l. reos. C. de acc. Et erit utile in proposito, qa cũ ipsum posset excepta morte qualitercunque offendere non punieẽ de homicidio simplr̃ sed de excessu, ut dcm̃ fuit supra prox. q. qđ intelligo uerũ si ex uerberationibus uel uulneribus nõ statim expirasset. Tũc em̃ non p̃sumitur illum uoluisse occidere, sed quatenus sibi permittebaẽ offendere. Si aũt animose ei tot vulnera intulisset qđ eum statim fecerat expirari, volens de eius morte certificari, tunc nõ puto eũ modo aliquo defendi ab homicidii pœna, apparet n. quod aliud q̃ qđ sibi pmittebaẽ facere voluit, extra de hom. c. significasti. ad l. Cor. de sic. l. 1. & ideo non tanquàm modũ excedes, sed tanq̃ oĩno aliud pmisso faciens punireẽ l. diligenter. ff. mand. In incertis. n. non certis locus est coniecturis l. cõtinuus. §. cũ ita, de uerb. obl.

Circa idem statutum alia insurgit qõ. Et
51 ideo quinquagesimoprimo quæro. † An bannitus pro amputatione mẽbri ut sicut ille possit offendi, ita bannitus pro amputatione digiti. Hæc. q. est vulgaris, & in multis iuribus tractatur. Primo. n. text. cum gl. & ibi Doct. cõiter in l. non sunt liberi ff. de sta. ho. tenet ꝙ digitus non sit membrum, sed officium membri, & ita dicit ibi Bart. se consu. luisse. alle. l. idẽ Ofilius. ff. de ædi. edic. ad idem alle. Rich. de Saly. eo. tit. l. q̃riẽ, §. si quis igitur. ad l. Aql. l. inde Neratius, §. idẽ Iul & de legat. 2. l. peculiũ, §. quadrigæ, & C. de ser. fug. auth. sed nouo iure. Nec ob. qđ uideaẽ abscindere partem mẽbri, & sic sit idem ius qđ in toto membro, ut l. quæ de tota ff. de rei uend. quia illud uerbũ ubi est eadẽ rõ. arg. in d. l. imperium, & quod ibi hr̃, sed hic non est eadem rõ, qa statutũ ponderat facti atrocitatem, vt ex se patet, ita dicit Bald. in d. l. non sunt liberi. Bar. vero in l. 2 ff. de pub. iud. multũ no. dicit ꝙ pprie loquendo digitus nõ est mẽbrũ, proprie. n. est corporis pars. Membrum. n. dr̃ à metior metiris. largo aũt modo dr̃ membrum quęlibet particula corporis, sicut in domo quilibet lapis dicitur pars domus, ut not. in l. eum q ædes. ff. de usuc. licet habeat proprie suas partes per distõnem officiorũ seu ministeriorũ, vt salam, camerã, coquinã. &c. l. si fin. §. ex hoc edicto. ff. de dam. infect. & ideo cũ statutũ debeat pprie intelligi, talis non dr̃ bannitus pro membri abscissione seu amputatione, & sic nõ cõtineẽ in statuto qđ dicit esse uerũ, nisi ex uerbis statuti aliud colligaẽ. Puta si dicit si qs absciderit alicui membrum ei simile membrum abscindatur: Si. n. absciderit alicui digitũ similis digitus ei abscindeẽ p relationẽ qualitatis ar. l. nõnunq̃. ff. ad Tre. & idem refert, & sequiẽ Bald. in d. authen. sed nouo iure. Et addit, ꝙ si extrahet dẽtẽ dabit aliũ dentẽ, sicut dicimus in pœna talionis, & alleg. quod not. inst. de iniur. §. pęna. Subdens quod ea quę non propriе dñr mẽbra possunt diminuto uocabulo appellari membrula: qa non est aliqs digitus in manu qui officiũ pptiũ nõ habeat, ut docet experientia. Ipse tñ Bald. in l. reos. C. de acc. in 2. col. dicit omne id quod habet in corpore nostro propriam, & distinctam operationẽ est membrũ, unde oculus cuius ppriũ est videre, auris cuius ppriũ est audire, nasus cuius propriũ est odorare, lingua cuius propria est operatio gustare, manus cuius ppria operatio est tãgere, pes cuius propria operatio est ambulare, sine dubio mẽbra sunt p se potentia habẽtia pprias, & distinctas operationes & alle. partẽ iuriũ superiũ alle. extra de corpo. uiti. p totum, & ex pdictis patere dicit ꝙ mẽbra gñationis sunt mẽbra q hñt proprias, & distinctas operationes, imo ẽm eum dñr esse membra ualde nobilia, & quæ saluatur species humana dicens, ꝙ mutilans illa puniẽ tanq̃ inimicus naturæ eo modo q puniretur si occiderit l. 3. ff. ad l. Corn. de sic & subdit ibi, ꝙ quia barba est pars formalis corporis amputans barbã dicitur amputare membrum. arg. l. in rem. §. 1. ff. de rei uend. qđ not. & adde quæ ipse not. in l. data opera. C. qui acc. non pos. ubi dicit ꝙ mammillæ mulierũ sunt mẽbra, sed non mãmillæ hoĩs, & nihil allega. Prædicta quidem intelligendo sunt in membro hñte suam uirtutem siue operationem, si aũt esset aridum dubitatur an ueniat appellatione membri. Guil. & Ray. in l. sed, & si pupillus. §. pscribere. ff. de inst. tenent p illum tex. ꝙ sic, & alleg. l. 3. §. 2. ff. ar. fur. ce. Bal. in d. l. nõ sunt liberi, dicit contrarium, alleg. not. in l. uitem, ff. arb. fur. ce. ubi tangit Iac. de Are. & hoc uerius puto si statutum dicit, si qs debilitauerit mẽbrũ siue manũ. &c.

Ea.n.quæ non hñt sensum, siue uigorem debilitari non pñt.l.decem, de verb.oblig. cum sim. Si autem statutum non referret se ad sensum, aut officium ipsius membri, & tunc credo veram decisionem Guil. & Rayn. vt puta qa statutũ dicit si quis offenderit alicui oculum, licet.n. obscuratus sit, siue obcecatus, sit tñ ita cecatus cum corpore est vnitus, & ideo patitur effoditionem, & idem si statutum diceret si quis amputauerit alicui manũ, & ita vr̃ tex. in d.l. vitem. quæ est lex. 3. §. 1. versic. ideo facit l. amissæ nauis, cum ibi not ff. ad l. rhod. de iac. Quod forte potest dici esse verũ si manus, vel oculus à casu aridi facti sunt. Si autem à nã sic producti fuissent tũc secus esse videtur. Cum non habuerint primordium veritatis, vt d.l. uitem. §. si quis ex seminario, facit l. cum filius. §. hæres, de leg. 2. & fateor prędicta procedere in statutis quę intelligun tur, vt iacent, si autem in sententia contineretur quod alicui deberet amputari manus, tunc non vr̃ satisfieri sententiæ, nisi amputetur virens & non arida. illa.n. intelligitur, vt pœnam afferat. ff. de pœn. & C. per totum, q̃ non esset si verificaretur in manu arida, & ita intelligatur quòd dici solet in d. authent. sed nouo iure. C. de ser. fug. Contrarium tamen fuisse determinatum refert, & sequitur Ioan. And. in regula in pœnis lib. 6. in merc. dicit.n. illud esse verum membrum, & ualere ad decorem 1. quæst. 1. c. sicut vrgeri, & sic pęnam continet pro quo facit l. si de interpretatione, & l. præses. ff. de pœn. Quæ decisio potius fundatur in æquitate, q̃ iuris rigore, vt ibi patet. Quę ęquitas cessaret si propter delictum cum manu valida cõmissum sic dãnatus existeret tunc.n. ex collatione processus declaretur sententiam debere intelligi de manu quę delinquit, & sic valida. arg. ff. ad Treb. l. nonnunquam, & quod dictum fuit supra circa princip. q. Bald. vero in l. 1. C. qui accus. non poss. in fi. tenet simpliciter quòd manus non habens aliquod officium non dicatur membrum alleg. Aristot. in 1. de Anima. & in 4. Metaph. ad fin. Ex his colligitur ad propositam qõ. An bannitus pro amputatione digiti dicatur bannitus pro amputatione membri, & dicitur quòd nõ, quod intellige nisi ex vulgi opinione aliud diceretur l. Labeo, de supp. l. de verb. sig. l. Alfenus, cum sim. Item colligitur qñ quis dicatur bannitus pro amputatione membri. Sed incidenter quęritur an saltem dicatur membrum debilitare ille qui amputat digitum. Bald. in d. l non sunt liberi, dixit ꝙ sic, & patere dixit in effectu, læsa.n. est membri operatio. Et idem vr̃ velle Bar. in d. l. 2. de pub. iud. dicens ꝙ tunc vr̃ debilitatum membrum qñ eius offm̃ aliqualr̃ impeditur, alleg. d. l. idem Ofilius. & idẽ Iac. But. dicẽs cõsiderandum esse quis digitus sit amputatus vt ipse scripsit in d. l. non sunt liberi. quod Franc. de Are. in l. & quantum, de ædil. edi. intelligit verum dum tñ ad minima officia non trahatur per l. 1. §. sed sciendum, eo. tit. Probat̃ decisio prædicta, quia illud qđ est debilitatũ non est sanum. ut ibi. & eo. ti. l. idem Ofilius, & ideo ubicunque dr̃, ꝙ ꝓꝑ id quo quis caret non est infirmus, & sic remanet sanus, sequit̃ ꝙ nõ est debilitatus ꝓ locũ à consequenti destructo. Et ideo dr̃, ꝙ qui caret dente, uel testiculo nõ dr̃ debilitatus, nec mẽbro mutilatus l. Pomp. & l. cui dens. eo. ti. debet ẽt intelligi hoc in debilitatione perpetuo remansura, ut dicam infra prox. q. Et ex his prędictis puto qđ hoc an sit debilitatum membrum, uel non remaneat in arbitrio iudicantis, q debet cõmittere iudicio peritorũ, vt in iuribus infra ꝓx. q. alle. nisi ex facti euidẽtia appareat notoria debilitatio. l. si irrup. fini. reg. Quid.n. si uni scriptori, uni pictori, vni ꝑsbytero, uidet in totum amputatũ pollicem qui reponi nõ põt. certe videt illius manus offm̃ fore priuatum nedum debilitatũ. Et ideo tunc re existẽte clara medicis cõmissionem nõ faciet. Facit de cle. egr. c. ꝑsbyt. & de cor. uiti. c. 1. 2. & 3. & d. l. & quantum, & quod not. l. inde Nerat. §. idem Iul. ff. ad l. Aquil. si aũt digitus non est pęnitus remotus, sed õs est fractum, uel inclusum, sed non talr̃ ꝙ ꝯm peritiam medicorũ curari non possit, recurrendum erit tunc ad cõmissionem ꝯm quod dicam infra prox. q. Sed si uidet modicã scissuram factam esse, tunc à seipso iudicabit imponendam esse pœnam simplicis uulneris, ut d. §. sed sciẽdum, ut l. vulneris. ff. de iniur.

Stante eodem statuto supra 50. q. descri-
52 pto. Sequitur quinquagesimosecundo† videre qñ quis dicatur bannitus pro cicatrice, ut sic excepta morte qualitercunq; offendi possit. Iste artic. est subtilis, & pulcher, & quotidie uersatur in practica, & ꝓꝑea dr̃et late examinari, ut tñ non aliter q̃ promiserim euagari contingat, q̃ breuis potero q̃ per alios, & per me inuestigari uidi his subiiciã, ut habeatur

quæsitum,& l.furiosi.ff. de re iud. per locum à contrariis. De quo dictum est supra.

Quia in casibus in quibus teneret snia posset disputari an in illius executione posset ante non oppositum banni exceptio allegari.

4 Quæritur quarto loco † qñ hæc exceptio. Tu non debes audiri, debeat opponi. In quo aduertendum quòd ubi talis exceptio redderet iudicium retro nullum, sine dubio pōt opponi qñcunq; C. de iud. l. licet. Sem ꝑ. n. dr̃ opponi in initio cum acta non teneant per Innoc. in fi extra de rescr. c. super litteris. Si vero nō redderet iudicium retro nullum. Dicendum ēt est ꝙ semper pōt opponi. i. in quacunque parte iudicii. semper. n. infertur nouum grauamen si ille audiẽ, ergo licet non tollat acta præterita tollit tñ futura: vt in c. pia. de exce. lib. 6. ita tenet Barth. in l. eleganter. §. si quis post. ff. de cond. inde. Idem Iac. But. in l. adul. C. de adul. proprie in bannito. Sic ēt dicimus in exceptione citationis ad locum non tutū, vt no. Archid. 3. q. 9. hortamur, & Vinc. extra de rescr. c. dilectus. el 2. & Compost. eo. tit. c. nōnulli. Pro quo vide qđ hr̃ in Spec. de cita. §. 1. versi. quid si reus, & est adeo hoc uerum ꝙ ēt post conclusionem in causa opponi pōt dum. n. actor petit sniam. petit sibi ius reddi, & sic audiri. l. 4. §. hoc aūt iudiciū. ff. de dam. infe. & qđ not. in l. ad peremptorium ff. de iud. & in l. properandum § sinaūt reus C de iud & sic ad illum actum opponi pōt. Nec obstat si dicatur iudex ēt nemine petente tpe ferendæ sniæ pōt à seipso sniam ferre, ut hr̃ in l. properandum, quia qñ pars nō potest petere, ipse ferre non potest vt dictum fuit in hac parte. qō. 1. Nec obst. prędictis quod no. per Cyn. in l. alia. C. de his qui, vt indi. ubi dixit post conclusionem non posse fieri illud, quod posset fieri post sniam, quia illud verū nisi iuris siue statuti verba contrarium patiãtur. l. non aliter de leg. 3. cum si Poterit ēt opponi dicta exceptio post sniam, nō ut sniam quæ alias ualeret reddat nullam sed ut executionem impediat, vt hr̃ in simili post Docto. in l. 1. C. de iur. & fac. igno. & ita determinauit Guil. de Suza. in suis quæstionibus statutorū sub litera S. Cū talis exceptio sit anorma la. alleg gl. l. ordo & l. si vt proponis C. de exceptio. rei iud. in quib. probatur qđ in executione sniæ ius redditur quod à statuto denegatur, & ita refert, & sequitur Ioan. And. in additio. Spec. in tit. de sen. excom. §. fin. ver. 17. & ēt ita tenuisse vr̃ Alb. vbi supra q 56 vbi multa alia dicit vt dixi supra proxima q. Nec prædictis opponi pōt ꝙ patiendo litem contestari uideatur renunciasse, vt in l. ita demum. C. de proc. & l. Pomponius. §. rati. ff. eo. quia dato ꝙ verum esse uideretur renunciasse illi exceptioni quæ tunc sibi ad illum actum competebat, & ideo postea cum alius actus fieri petẽ pōt tūc opponi quasi sit alia exceptio tunc orta non aūt quasi sit illa cui renunciasse dr̃ ẽm no. ꝑ Iac. But. in d. l. adul. Ad quod facit. l. 2. C. de consor. eiusdem lit. cum ibi not & vide quæ dixi supra prox. q.

5 Quinto quæritur, † Viso an ualeat snia ꝑ bannito, an valeat pactum. Pone n. ꝙ statuto cauetur ꝙ bannitus non possit ad utilitatem contrahere. Titius locauit Seio domum ad certum tps, deinde fuit bannitus, & demū vendidit illam domum Caio eo pacto ꝙ emptor pateret Seium habitare domum vsq; ad finem termini Quærĩ an istud pactum valeat. Hanc. q. format Io. And. in addi. Spec. in tit. de sen. & his q̃ ipsam sequunẽ § iusta. uer. Item est nulla rōne litigatorū. suarū additionum, uers. uiso. & qđ ualeat arguit à dña nominis, & pacti de pac. l. cōuentione a dispōne statutorū stricti iuris. l. quidquid astringēdæ. de uerb obl. ab absurdo qđ esset si puniretur inquilinus qui non deliquit. C. de pœ. l. sancimus, & qđ statutum ponderat utilitatem bāniti de qua hic non agiẽ, sed de dam. uitando l. fi. C. de cod. determinat contrariū distinguẽdo. ꝙ si bona sunt cōfiscata pactum nō tenet ut super fluum siue superuacuū. l. fi. ff. de iur. fi. Si nil fuit cōfiscatum dixit nō tenere pactū qa bannito proueniret utilitas si non posset inquilinus expelli qui expulsus hr̃et regressum cōtra ipsū cui bona remanserūt l. si merces § 1. ff. loc. Si vero certa quota bonorum fuit publicata, & certa non C. ad l. Iul. de vi. l. 2. tunc idem iuris in parte quo ad partem, ꝙ in toto quo ad totum. de re. uen. l. q̃ de tota & ibi uide. & si plenius uidere cupis, uide in Alb. ubi supra q. 43. Scđm membrū est mihi dubiū qñ ex illo pacto q̃reret actio inquilini puta ex forma statuti uel ꝑ l. pen. C. ad exhi. tūc. n. esset principalr̃ factū in utilitatẽ ingli. & sic nō hr̃et locū statutū ut dicam in q. seq.

6 Ex quo de statutis impedientibus fauorem bannitorum mentio facta est. Quæro sexto. † Statuto cauetur ꝙ nihil possit ꝓponi in cōsilio in fauorem bannitorū, & si proponatur

& fiat,

& fiat, non ualeat, factum est statutū ꝙ bannitus capiens aliū bannitū rebanniat̃, quærit̃ an ualeat dcm̃ statutum. Quæstio hæc habet duo puncta. Vnū an tale statutū dicat̃ continere fauorē bannitorū, & hoc dixit Iac. But. ꝙ non, qa tale statutū est factū in fauorem reip. ut malefactores puniantur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & l. 2. C. qñ lic. sine iud. uin Nec ob. quod redundet ẽt in fauorē banniti capientis, quia illud non attenditur. l. q exceptionē, de cōd. indeb. & quod not. in l. rogasti. ff. si cer. pet. & l. si qs nec causam. eo. tit. & ita ibi terminat̃ per Iac. & Bart. qđ ẽt sequit̃ Bal. Faciūt oĩa iura quæ alle. supra parte proxima. l. q. Secundus articulus est an regimina habentia arbitrium in negociis ciuitatis potuerint illud statutū facere, & dixit Bar. ꝙ sic. l. nō oẽs. §. fi. ff. de re mil. ꝑ illum text. & ibi dixit, ꝙ tale statutū fieri non pōt ꝑ ꝑtātē, & capitaneum ad quos non spectat parcere condemnatus. l. 1. in fi ff. de q. & uide quod dicam infra hac eadem parte. 64. & seq.

7 Septimo quæro† circa dictū statutum. Titius bannitus pluribus bannis, quod fieri potest dixi supra in 1. tempore parte. 1. q. 3. cępit alium bannitum, & curiæ præsentauit, quæritur an rebanniri debeat ab omnibus aut ex diuersis factis, & tunc ab uno tantū argu. ff ad Tur. l. 1. §. si plura, & l. de pupillo §. si pluribus. ff. de noui oper. nunc Etidem sequitur ibi Bal. & subdit ꝙ electio à quo uelit cācellari erit fisci, qa debitor est l. pleruq; in fi. ff. de iure do. remittẽs circa id ultimū. de electi. ad no. ꝑ se ĩ l. qcūq; C. de ser. fug. Alb. aūt ubi supra q. 98. refert simplr̃ dcm̃ Iac. de Are. qđ ẽt dicit tenuisse. Old. & alleg. ultra ꝑdicta. ff. ad Tur l. in senatus, & de adul. l. uim passam. §. q duos. Puto ꝙ alr̃ sic cōsiderādū uidelicet qa dcm̃ statutum fit ob fauorē publicum, & ideo ab illo debet regulari tanꝗ̃ à sua causa. l. ꝙ dcm̃. ff. de pa. & ideo puto si bannitus captus, & ꝓsentatus erat bannitus pluribus bānis ex diuersis factis, ꝙ tūc bannitus eū capiens debeat rebāniri ex pluribus bānis, ex diuersis factis ĩpositis, ut supra. Si uero captus erat bannitus ex uno, tunc ex qualitate illius cognoscet̃ à quo cāpiẽs eū debeat rebanniri argumēto. ff. de comp. l. si ambo, cum simili.

8 Octauo quæro† stante statuto prædicto, ꝙ præsentans bannitum rebanniat̃ si est bannitus de pari, uel minori crimine. Titius bannitus pro homicidio facto cū ueneno, & sic pro ueneficio ꝓsentauit captū Caiū bannitū pro simplici homicidio cum armis facto, quæritur an debeat rebanniri, Alb. supra q. 99. in terminis dicit ꝙ non, quia plus est hominē ueneno extinguere quam occidere gladio. C. de male. & ma. l. 1. Ad quod ẽt alleg. in lombard. de homicidiis. l. fi. vult allegare de ho. liberorum hom. lib. 1. Sicque cum sit bannitus de maiori crimine rebanniri, non debet. Idē dixit in aliis terminis Iac. But. iu d. l. uidelicet si statuto cauet̃ ꝙ de homicidio possit cognosci intra tres menses qđ post intra annos 20. poterit cognosci de ueneficio ut ibi ꝑ eū. Fateor ꝙ est diuersum crimē ut dicit Iac. sed hoc nostro casu nō nocet, qa sufficit ꝙ sit par, uel minus licet diuersum. Itē fateor ꝙ lꝫ maius est delictum ueneficium ꝙ̃ simplex homicidiū, sed causaliter pōt esse contrarium, & ideo puto dicendum ꝙ ẽm qualitates talibus criminibus inhęrentes iudicabitur unū aut minus, aut par, aut maius altero ff de pœn. l. aut facta, per totam legē.

9 Nono pone ꝙ factū est† statutū ualidū ꝙ oẽs banniti debeāt cācellari de bāno soluendo certā quātitatē taxatā à statuto ẽm banni quātitatē. Quidā erant bāni, & carcerati quærit̃ an tale statutū porrigat̃ ad eos. Hāc q. format Bart. in l. domitianus. ff. ad Tur. ꝑ quā. l Dyn. dixit ꝙ non, qđ ẽt tetigit Bart. arguendo in l. 2. de cust. reo. ꝑ illū tex. sed in d. l. domitianus. cōcludit, quòd aut dispositio est taliter facta ĩ totū eximat bannitū à banno ut in ꝑdicto statuto, & tunc cōpręhēdit ẽt carceratos ꝑ ꝑ eius gn̄alitatē, & quia sic est in speciali abolitione quæ delictum extinguit ut l. mulier. ad Tur. & C. de abo. l. 1. & ꝓbatur. eo. tit. l. fi. circa prin. Si uero nō eximit totaliter à banno, sed illud differt ut si est facta reformatio quòd bāniti habeāt securitatē durāte guerra, & tunc porrigitur ad carceratos. sicut dicit̃ in gn̄ali abolitione, quæ in totū nō tollit crimē cū ab eodē intra certum tp̃s repeti. possit ut l. si qs repetere, & l. aut priuatim. §. si ff. ad Tur. & ideo carceratus nō relaxat̃, ut d. l. domitianus. Fortius thema disputauit Franc. Acc. Videlicet statuto cauet̃ quòd oẽs cōdēnati ꝑ maleficio possint redire soluēdo certā quātit. & cōclusit illud ad tunc carceratos extēdi, alle. ff. de li. leg. l. nō solū. §. liberatio ubi liberatio debitori legata ualet anteꝗ̃ debitū sit exactū, ꝑ quòd patet ꝙ captio, ut detentio ꝑsonæ non impedit legatū liberationis

tionis durante debito. i. solutione non facta. Adduxit ēt ꝙ liberatio est fauorabilis, & sic àmpliāda.l.Arrianus.de act.& obl. Itē qa est beneficiū, & sic large sumendū de cōst. prin. l.beneficiū. Itē qa in dubiis sit interpretatio. cōtra fiscū.l.nō puto.ff.de iur.fis. Itē qa carcer non est ad pœnā.de pœnis.c.q̄uis.li.6.Ita refert Ioan. And.in addi.Spec.ī ti.de ob.& sol. sup rub.in pe q.suarū addi.uer.disputauit,& ibi cōtra decisionē Fran. Acc. inducit detenti p̄sumunt soluere,ꝙ nō sic de nō detentis sperat,& ideo ab illis recipit totū, à non detentis modicū. Itē qa illud uerbū redire, positū in themate, uī notare bānitos non detentos. In illis.n. nō sperat reditus.Itē qa de cōdemnationibus maleficiorū loquit quę puniri publice interest,ut in c. famæ. de sen. excōm. & ibi cōcor.Et subdit ꝙ qa pia est solutio supra dicta tenenda sit, & dicit ad contraria rnderi posse,ꝙ illa ultima rō est cōis omnibus condemnatis, & sic non restringit gnalitatē. Ad secundam rōnem de uerbo redire,dicit dare reditum ad libertatem eundi cum familiis suis, &c.& ad libertatē mansionis. Nā etiā in nō carceratis se occultantibus in certis locis ciuitatis talis est redditus. Ad primā dicit ex multis apparere posse lōge minus posse con tribuere carceratos q̄ fugitiuos. Ex his patet ꝙ illa decisio nō fuit sibi uisa multū tuta.Credo tn̄ illā uerā p ea quæ dicta sunt supra maximè p Bart.& qa æqua est,& fauorabilis. Illud.n.uerbū, redire, sic absolute positū nihil obuiat,quia pōt intelligi ad pristinam cōdōnem, & libertatē. Dubium aūt faceret si diceret statutum possint redire ad ciuitatem. Vr enim tunc ad carceratos non extendi, quia uī loqui de his quibus talis qualitas potest inhærere. l. fi. §. cui dulcia de uino leg.& l.hos accusare.§.oībus de acc.& l.nam quod liquide.§.fi.de pen leg cum si.Ad iura, & rationes in contrarium facientibus rnderetur tunc ꝙ uerba statuti illam dispositionem restringūt l. 1.§.si is qui nauem.ff.de exerc.cum sim.

10 Circa idem statutū decimo † qrit, an locū habeat in bānitis post statutum, an uerificet tm̄ in illis qui tpe statuti banniti erant. Formatur qō in hac mā diuersimode in l. cum lex.ff de legi.& dixit ibi Bart.ꝙ si statuto caueī quòd qlibet bānitus in pecunia, soluēdo quinq; pro centenario debeat rebanniri. Et arguit qđ postea delinquens, & bānitus habeat illud beneficiū, qa de natura legis est dare formam futuris.C.de legi.l.leges.determinat cōtrariū p d.l.cū lex.& l.2. C.de abol. gene.Et est rōne detur mā delinquēdi, & sic nō ob.d.l.leges.Odof.uero ibidē format q.statuto cauetur quod si quis cōmiserit homicidiū, si pacē habuerit cū hærede occisi possit exire de banno. Prima de Ianuarii potestas iurat seruare statuta intra quæ est dictū statutū.Intra octo dies aliqs commisit homicidium, & tpe dicti ptātis habet pacem cum hæredibus occisi,& dicit qđ non pōt extrahi de banno, quia ptās iurauit prima die Ianuarii sic quicunq; cōmisit maleficiū,& ideo cum cōcedit de p̄teritis in futurum negat,ut d.l.cū lex, & d.l.2.de gene.abo.declarat hoc Cy. ꝙ Odof. dixit, ꝙ si sequens ptās illud statutum iuret poterit tunc extrahi de banno, qa uerificantur uerba statuti qđ Odof. non dixit ibi nec in l. 2. de gen. abo.Sed puto Cyn.ex eo tacite collegisse. Dicit tn̄ idem Cyn. ꝙ hoc ultimū non est expeditū, qa statutū nouas uires nō reassumit p nouum iurm per no. p Dy. in l. neq; C.de testa.tut.Sed debet attendi quibus uerbis statutum loquaī.An sint uerba de futuro An implicita qbus casibus statutum trahiī ad futura.l.cū tale.§.pe.cū sua gl. de cōd. & demon. Si de p̄terito dicit ēt uideri dicendum,ꝙ futura delicta contineaī, qa uerba legis siue statuti p̄terita respiciūt, & futura. l. 1.de cōd.ex le.ibi no. Bald.in d.l.cū lex.dicit, quòd aut statutū est platū cū determinatione certi tpis, uel certi casus, & ad illud nō extēdiī. Si uero est oīno indefinitū trahiī ēt ad futura. Sed in l.leges.ubi male refert Cy. dicit ꝙ opi. Cyn.hr̄et locum in dispositione indifferenti.l.illicitas.in princ.de off. p̄si. Secus qñ ratio præteriti, & futuri discrepant quia tunc interpretamur legem in sensu æquo, & benigno, ut det causam delinquendi. Iudicio aūt meo ipsi non declarāt hūc articulū q nō est parue importantiæ,& ideo aliter dico, qa qñque rōne uel causa aliqua fit una reformatio in statutorum corpore non clausa, & ista fm causam, uel rationem declaratur ut contineat, uel non contineat bannitos in futurū. Ab.illa.n.dispositio restringiī ampliatur, & declaratur.l fi.de hær.instit.l.hæc actio de cal.p Bart.plene ī l. ambitiosa.de decr. ab orfa. Si uero nulla est cā ex qua colligi possit intētio statu ēiū tūc idē, ꝙ in simplici statuto in quo sic dicēdū,ꝙ aut statutū loquiī expresse in futurum, ut quia dicit quicunq; bānietur,

nietur, & tunc non est dubium, quia ad futuros tñ ẽt si esset lex dura. l. ꝑspexit. ff. q. & à qui. Aut in ꝑteritis ut qa dicit statutum, quicunq; bannitus fuit, & tunc solum de pręteritis intelr, ut d. l. cum lex, aut statutum loquitur dubie ut qa dicit quicunq; bannitus fuerit ꝙ pôt intelligi in ꝑteritis, & futuris ut l. si iam facta. & l. solemus. de cond. & demon. & in l. 1. de his q ꝑ non scrip. hab. & tunc puto dicẽdum, ꝙ aut statutum est talis naturæ ꝙ maleficium reddat penitus impunitum, ut in exempolo Odof. cum dixit de statuto disponẽte, ꝙ bannitus habeat pace cancelleт, & tunc non trahaт ad futuros bannitos. s. ex maleficio cõmisso post statutum, qa talia uerba q pñt hre utrunq; sigñatum restringunт à rõne ꝑdicta ut hr in d. l. 1. & ꝑ Bart. in l. oẽs populi. Bannitos aut postea ex maleficio iam commisso bene compręhenderet, qa in illis non est aliqua rõ quæ restringere debeat rfare sigñatũ uerborũ statuti. & eadem rõne compręhẽdit ẽt eos ante bannitos q tñ tpe statuti pacem non habuerant sed habuerũt postea ẽm Bal. in l. cũ in secundo, de iniu. test. arg. gl. ibi positæ, Si uero statutum non reddit maleficium penitus impunitum, sed condemnationẽ mitigat, tunc cessante illa rõne locum habebat ẽt in futurum ut d. l. 1. de cond. ex. leg. & l. Ariani. C de hær. & ideo in exemplo. Bar. eius decisio non procedit ut patet ex prædictis.

11 Vndecimo † Stante statuto, ꝙ banniti rebanniant soluẽdo. 5. solidos ꝑ libra, fit aliud statutum quo caueт qđ banniti rebanniãtur soluendo medietatem bãni, quęrit qd soluere debeat ille qui tpe cõfectionis secũdi statuti erat bannitus in mille. An ẽm primum solidos 5. ꝑ libra. An uero quingentas libras ẽm tenorem secundi statuti. Cum hæc qõ esset Paduæ determinatum fuit qđ soluere debeat medietatem ẽm tenorem ultimi statuti, qa illud non dat formam futuris bannitis, sed futuris exemptionibus bannitorũ, & sic futuris liberationibus ubi debet seruari lex noua. C. de usur. l. eos. & l. seq. ut refert Cy. in l. leges. C. de leg. Sed Alb. ubi supra q. 54. addit idem referendo latius ğ Cyn. rõnem qa sicut lex noua loquẽs siue dans formam probationib. locũ hẽt ẽt in prætentis obligationibus. C. de testi. l. testium. ita, & hoc statutum locum habeat cum loquiт dissolutione pteritæ obligationibus siue pteriti banni. Nec ob. in authen. hæc cõstitutio interpretaт, &c. ubi dr, & non hẽt locum nisi in futuris ingredientibus monasterium ꝑ quẽ tex. dicit quosdã contrariũ tenuisse, qa ibi expresse dr ꝙ habeat tm in futuris. & ita dicit intelligi ꝑ Azo. in sum. illius ti. hęc cõstitutio, &c. Idem ẽt tenet Bal. in d. l. leges. Nec ob. ꝙ ex primo statuto esset in quæsitum illi bannito tpe secundi. & sic non uideaт ei auferre debere. l. 2. §. merito, & §. si qs à princ. ne qd. in loc. publ. ꝑꝑ qđ quidam cõtrarium dicebant qa illud ius erat quęsitũ ex mero beneficio statuti, & ideo potuit reuocari. l. qđ semel de decre. ab or. fa. Ista rõ Bal. non multũ urget qa aliud est dicere, an potuerit tolli tale ius. & certum est ꝙ sic nisi transisset in cõtractum ut hr in d. l. qđ semel. & in c. in nostra. de iniu. & dam. da. & aliud est dicere an tollere uoluerit, quo casu succedat q. supra dicta. Dico igiт ꝙ aut ante confectionẽ statuti secũdi qs bannitus uenerat ad soluẽdũ, & aliqd fecit ꝑꝑ qđ dici posset statutũ trãsisse secũ in cõtractũ ẽm no. ibi, & in l. 3. § emãc. ff. de col. bo. & tũc à secũdo statuto non cõpręhendaт sed posset soluere ẽm tenorẽ primi, si uero nihil fecerat uera sit decisio ante dicta. In qua aduerte qa qõ formatur in bannitis de pterito, & sic in nullo est suꝑflua. Aut cõtradicit his q supra prox. q. dicta sunt.

12 Duodecimo † circa idem statutum quo cauetur bannitos debere eximi de banno certã quãtitatem soluendo. Queritur an bannitus pro falsitate habeat beneficium dicti statuti. Vel pone ꝙ statutum dicebat ꝙ banniti carcerati deberent relaxari certa quantitate soluta. Cõiter dr ꝙ non per l. fallaciter. §. 1. C. de abol. & l. Lucius. ff. ad Tur. & ibi Bar. nisi apparet statuentes aliud sensisse. l. si docueris. C. de fal. Decisio prædicta uera est, potest aũt ex pluribus de uoluntate statuentium apparere, puta si aliis non erant carcerati uel erant tres, quorum duo erant banniti pro falsitate, tunc. n. eum aliter rectus sermo pluralis numeri uerificari non possit, ad illos porrigitur arg. ff. ad Treb. l. fin. Gui. tñ in Spec. de abo. & purg. §. 1. i uer. itẽ no. Intelligit illã l. Lucius. ꝙ ibi non erat nomen accusati receptũ inter reos. & ideo cum accusatori nõ esset necessaria abolitio ad illum nõ refert subdens ꝙ ẽt ad crimen falsi alias extendit p d. l. si doc. Sed primũ dcm est cõius. & ita teneт. Sed pro hoc sciendum est qđ nõ intelligetur bannitus ꝑ falsitate nisi q bãnitus fuerit ꝑ falso punito aliquo ex capitib. l. Cor. de fal. ut hr ꝑ Bar. in

l.quid sit falsum.ff.de fal.& C.eod. tit.l. non exemplum.Adeo,ꝙ ēt bannitus per cōstōnes principium tm̄ positas in tit. de fall. non intelligitur bannitus de falso.& ideo ut illos cō prehenderet,statutum Florētinum disposuit excipiendo à beneficiis nō solum cōdēnatos pro falsitate, sed ēt pro falsamento, ꝙ est in terpretatum in punitis ꝑ principiū cōstōnes & ita potest etiam rn̄deri, ad d.l.si docueris.

13 Decimotertio † sciendum est ꝙ Iac. But. disputauit talem q. statuto cauebatur ꝗ ītelligerentur bannitis pro graui crimine,& ꝗ ꝑ leui,& inter bannitos pro graui maleficio ponebat bānitos pro insultu cum armis animo occidendi.Huius statuti tꝑe cōe uendit Titio ius percipiendi à quolibet bannito, uel banniendo ꝑ graui maleficio ꝗ uoluerit cancellari solidos 20.& solidos 10.ā.bannito ꝑ leui maleficio.Facta tali uenditione fcm̄ est nouum statutum declarans ꝗ dicātur bāniti ꝑ graui maleficio,& qui ꝑ leui,& inter bannitos pro leui crimine,siue maleficio ponit bannitos pro insultu cū armis aīo occidēdi.cuius statuti tꝑe uenditione durante ꝗdam fuit bānitus ꝑ insultu cū armis aīo occidendi,& petit se cancellari de bāno soluendo cōdēnationē.Quæritur ꝗd soluere debeat dicto emptori.An ſm tp̄s primi.An ſm tp̄s secundi statuti,& sic an.20.an uero 10.& in d.disp. effusi. ue allegauit ꝑ utraq; parte, quas allegationes hic non inseram,sed ponam sub̄am decisionis q̄ fuit, ꝙ soluere teneretur ſm primū statutum. Et anteq̄ ueniam ad rōnes suas aduertendum est, ꝙ q.11.non habet cōionem cū ista, ꝗa in illa nullus cōtractus factus fuit cū aliquo.Itē hæc fuit facta mentio de futuris bannitis non ad impunitatē maleficii, sed potius ad grauamē.Probauit suā decisionem inter alias his rōnib. Prima quia attento tꝑe contractus,dcm̄ maleficium ex forma statuti erat inter grauia numeratū propter qđ in d. cōtractu facta relatione ad statutū intellr̄ nominatum.Vbicūq; n. in una scriptura subindeterminatū aliqd ꝑlatum refertur ad aliā q̄ cōtinet determinatū,& certum.Illud determinatū,& certum intellr̄ expsse,& omni certitudine positū in scriptura q̄ se ad illā refert. ff. de re iud.l.ait ꝑtor,de uerb.obl.l.ubi autē.§. qđ uere.C.de sent.q̄ sine cer. quan.l.2.ff. ad Treb.l.siqs priore.inst q.mo.test.inf.§.sed & si qs.Sed cū scriptura statuti ueteris contineret & numeraret grauia crimina ad ip̄m statutū ueditionis scriptura se referat. hr̄ perinde ac si omnia grauia crimina in ipso contractu uenditionis nominatim numerata fuissent, ut dictis iurib. Secundo ex eo,ꝙ non obst. secundo statuto crimen, de quo tractatum est manet sicut erat graue vere simplr̄.& nāliter. Cum hęc s.esse grauē procedat causa immutabili.Cum iure diuino,& humano delicta distinguuntur ex animo delinquentis, & ſm illū aggrauanť.Vn̄ dicitur in iure diuino, ꝙ q uenerit ad cōcupiscentiam iam mechatus est in corde suo. Item, & ius humanum insultū cum armis animo occidendi punit ut homicidium cōsumatum.C.ad l.Corn.de sica.l.1. Cū ergo ex iure diuino, & humano tale delictū est graue,non potuit à lege municipali su peruenīēte in sui ueritate mutari,ut in §.sed nālia,inst.de iu.nat.& ciui.licet ex statuto potuerit pœnæ impositio alterari. Hinc est qđ dr̄ pro leui crimine magna pœna, & ꝑ graui parua, quasi mutatio pœnæ non faciat crimen esse leue, uel graue.C.de lib. & eod. lib. l.si manum.& de hær.l. oēs. Licet ergo statutum respectiue ad ius municipale sit immutatum.Tn̄ in ueritate illud maleficium remanet graue,& sic in ipso uenditionis contractu cōtinetur,quia emens,& ueniens intelligunť se retulisse ad uerā, & naturalē grauitatē nō ad fictam,& ciuilem.l.pen. C. de his ꝗ ue.æt. imp & l.si ita quis.§.is cui.& l.cū pater. §.hæred.de leg.2.Tertio,quia fcm̄ non potest à lege tolli sed ipsa uenditio facta fuit.& ius quęsitum emptori ſ.n primum statutum, ergo non potuit illud ius à statuto ledi. de cōtrah. empt.l.sæpe.§.fin.de cond.ob cau.l.3 §.fin.& q.mo.usuf.amit.l. sicut.§.fin. & de aqua plu. ar.l.in cōcedēdo.cū sim.Addūt vltimo,ꝙ ilr leges nouæ ad ꝑterita nō trahunť s. ad regulandum cōtractū pim̄.& ius qđ ultimū in aliquo aduersať.11.dec. Sed rn̄sio patet ꝗa hoc erat ius q̄situm ex cōtractu maxime oneroso ibi ex simplici dispōne statuti. præterea statutū nouum hic nihil dicit de cancellatione ibi secus,& ideo uera est decisio supra dicta quasi statutū ſm factū uideatur sine diminutione iuris tertii.i. ipsius emptoris. ff de pri. cre.l. Antiocēsium,& l.2 §.mer.& §.si quis à principe,ne ꝗd in loco pub.& ista est melior ratio q̄ secunda,q̄ tn̄ not.& uide pro ipsius declaratione, quæ habentur in l. leuia.ff.de accus.

14 Decimoquarto quæro † statuto cauetur, ꝙ falsarii,& robatores stratarū banniti non possint

possint cancellari de banno, posito ẽt ꝙ habeant pacem ab offensis. Postea scdm est aliud statutum quo cauetur ꝙ oẽs banniti possint cancellari de banno habita pace ab offensis soluẽdo unũ solidũ pro libra condẽnationis. Quæriť nunq́d falsarii, & robatores possint cancellari uirtute secundi statuti, & vř ꝙ sic q̃a primum statutum tollitur per scdm inst. qui.mo.test.infir. §. poster. Dyn. determinauit contrariũ, q̃a ẽt noua statuta distinguunť & limitanť ꝑ priora arg. de leg. 1.l. talis scriptura. Item q̃a statutum spālř præcedens derogat gñi de ali.& ci.leg.l. liber. de uerb. obl. l.doli clausula.de pœn. l.sanctio legum,& de leg. 3.l. uxorem.§ feliciss.& ita scribit in d.l. talis scriptura.& cum ibi sequitur Ray. Pro qua decisione facit.l.non est nouũ,& l.sed,& poster.ff.de leg.& ꝙ ibi per Guil. & alios, & in l.sciendum.ff.qui satisd.cog. & de lit. cõt. auth.offeratur. Ad quod facit quod not. per gl.sup uei bo q̃nquenniũ in auth. de nupt.§. si uero incertum.& ita ẽt tenet solũmodo referens Dyn. Alb. ubi supra q. 57. Hanc decis. tenet Bald. q̃ñ in secundo statuto nihil esset additum, de solutione unius solidi pro libra. Sed ꝓꝑ illam additionem dicit se dubitare, q̃a primum statutum disponit solũmodo respectu pacis habitę, sed ẽm disponit mixtim respectu pacis,& solutionis. Vnde nõ est ista cãcellatio gratuita sicut erat prima. Statutũ ergo ẽm loq̃tur gñalř in uno casu,& antiquũ spālř in alio. ergo spāle non derogat gñalř ad Syll.si quis in graui.§. hi quoq; de ann. le. l.Titia.§. qui Marco. Quantum ad falsarios retenta determinatione p̃cedentis 12.q.non est dubium ẽm statutum non extendi per d. l.Lucius,nisi aliud appareat.Quantum ad robatores stratarum ueram credo opin. Bald.& ꝓpea dicam non obst. primo statuto dcm̃ bãnitum pro robaria habita pace ab offenso soluẽdo solidum unũ pro libra posse cancellari uirtute secũdi statuti.Nõ.n.sꝑ spāle derogat gñali,uel qualificat, siue restringit vt hř plene per Bar.in l.q̃sitũ.§.pen.ff.de fun. inst.Additio.n.uel detractio inducit rei diuersitatẽ l. ius ciuile,& l.ius aũt.ff.de iust.& iu.& sic seq̃tur rerũ diuersitas,& cessat reg.d.l. doli. cum sim. Facit ẽt ꝙ prima dispõ simplex est odiosa ergo de simplici loquens non uerificať in mixto.l.mariti lenocinium. §. hoc q̃nquenn. & l.uim passam.§. præscrip.de adult.& quod not.per Bar.in l.2.in princ.ff. de verb. oblig.

15 Decimoquinto quæritur, † data est securitas omnibus uenientibus ad nũdinas, siue ad festũ S.Io.Baptistæ duratura ꝑ octo dies. Quæriť an banniti libere, & secure uenire possint. Dixit Bart.q̃d non in l.1.ff.ad l.Iul. ma. ꝑ l.1.C.de nun.q̃ dicit, ꝙ q̃cumque uadit ad nundinas non debet inq̃etari, & tñ non hẽt locũ in hostib. ciuitatis.l.merc. C de cõmer. & merc.Banniti aũt qui pñt impune offendi sunt hostes,ut l.amiss.§.q̃ deficiũt.ff. de cap. dim.& dcm̃ fuit supra ĩ 1.par.huius tꝑis q.4. Habes ergo ꝙ in gñali securitate,nõ cõtineť nisi aliter appareat.Põt.n.securitas ueniendi cõcedi,ut dixi supra ĩ 2.par.huius tꝑis.q.15. & ex hac decis. Bar. patet quod banniti qui non possent de dicta securitate generaliter data uenire, quia illi non essent hostes,& sic cessare d.l.1.C.de nund.cum d.l.mercat.

Ex dictis supra proxima q̃õne insurgit de-
16 cimasexta q̃õ. † In qua cõsuluit Bar.Statuto caueť, ꝙ si q̃s fuerit citatus ad se excusandum ab accusatione,uel inq̃sitione, & cõparuerit illa die, uel sequẽti,nõ possit capi ꝑ aliquo debito,& si captus fuerit debebat relaxari.Cõtingit q̃d Petrus q̃ in certa quantitate erat ꝓ maleficio bãnitus fuit citatus ad se excusandũ à noua accusatione,uel inquisitione q̃ cõparuit,& post excusationẽ eadẽ die fuit captus ꝓ bãno,fuit in q.an de iure capi potuerit,& in d.cõs.arguit primo q̃d sic, q̃a illa securitas debet intelligi p̃terq̃ pro maleficio.C. de his q̃ ad eccl.cõf.l.2.cum gl.sua ĩ auth. de ma.prin.§.neq; aũt.Secũdo, securitas data à lege in domo sua,ut l.pleriq;.ff.de ĩ ius uoc. & de reg.iu l.nemo de domo,nõ ĩtellř ꝓ maleficio,ut ibi.Tertio,q̃a talis securitas non extẽdit ad debita pub. ĩ auth.de mã.prin.§.pub. & sic dcm̃ statutũ debeat limitari.l.ut grad.§. sed si lege, de mun.& hon. Quarto,q̃a statutũ debet intelligi ẽm ꝓpriã cõfiscationẽ.l.nõ alř.de leg.3.l.1.§.si is q̃ nauem.ff.de exec.sed. debitor,& creditor ꝓprie est q̃ñ q̃s alienã fidẽ seq̃tur.ff.si cer.pet.l.1.sed ĩ maleficio ex eo nullũ est debitũ q̃d q̃s sit alterius fidẽ secutus ergo &c. Determinauit cõtrarium q̃a post sñiam nõ dř q̃s cõuenıri ex maleficio, sed ex q̃si cõtractu.l.3.§.idẽ scribit.ff.de pec.hic est ꝙ dicit lex q̃ñ agiť de crimine ad aliquẽ cõdẽnãdũ debet agi corã p̃side, q̃a dř cã criminalis, sed facta cõdẽnatiõe tũc agereť corã ꝓcuratore Cęsaris,q̃ est iudex ĩter fiscum, & priuatũ, & sic est causa ciuilis non criminalis.

C.ubi

C.ubi cau.fis.l.1.& 2. p hoc patet rñsum ad primã,& secundã rónes, quia loquuntur,qñ quis capit p maleficio inuestigando, & puniendo,& sic qñ maleficiũ est proxima causa capturæ. Sed hic pxima causa capturæ est ipse priuatus cõtractus qui sñia celebratur. Vnde sicut sñia lata p iudicẽ p priuato non põt exequi capiendo.ita nec lata p fisco. Præterea ciuitas utitur iure priuati.l.simile. ff. ad mun.C.de iu reip.l.2.libr.12. sed ad petitionem priuati capi non posset pro sibi debito. ergo nec ad petitionem cõis. Tertio, appellatio debiti refertur ad oẽ debitũ siue sit ex contractu, siue ex delicto l.græce.§.sed si ex delicto ff. de fideiuss.de uerb.signif.l.si cui.sed statutũ dicit simplr. q nõ possit capi pro debito ergo,&c. Et per hoc patet rñsum ad rõnem quartam qa ibi loquitur fm allusionẽ uocabuli arg.not.in l.1.ff. de tuto. Adduxit ult. l. 2.§.legatus.ff.de iu.& de acc.l.hos accusare, circa princ. Nõ obst alia in cõtrariũ alleg. qa illa erat securitas uolũtaria. hæc uero necessaria. Credo Bar.cõsuluisse in casu in quo nõ habeat statutũ qđ banniti possint impune offendi, uel si est statutũ in illo nõ cõprehẽdat talis bannitus, alias cũ tunc esset hostis reip. talis securitas eũ non cõprehenderet, ut dictũ est supra p.x.q. Nec potest fieri dñia inter uoluntariam, & necessariam, tum qa itio ad nundinas ẽt qñque potest esse necessaria ut patet ex seq & tamen gñaliter dixit bannitũ non contineri.item quia per expressam concessionẽ securitatis poterat, & debebat sibi prouideri ut pluries dcm̃ est p no. plene per Bart.in l.is q reus.de pub.iud. & p id qđ dixi supra in parte secunda huius tpis.q.15. Vbi ergo talis bannitus non reputat hostis põt procedere dcm̃ Bar.pro quo allego casũ in l.1.C.ad l.Iul amb.ex pdictis ẽt patet quod ubi aliquo casu de maleficio possit iterũ cognosci p no.in l.senatus. C. de acc. & in l.2 C.de spor.& in simi.non hẽt locum prædicta decisio Tunc.n.posset detineri pro maleficio puniendo non pro quantitate banni. & cessarent rationes Bar.de quibus supra, & propterea talis banniti debent esse multum cauti.

17 Quærit xvii.& xviii.† in casu in quo secu-
18 ritas†uidelicet,& securatũ defendet,an cõcessa p ueniẽdo intelligant cõcessa p redeundo. gl.facit, q sic in l.ult.ff.de sep.uio.& ibi Bart. idẽ dicit.Non n.intell ẽ secure uenire, qui secure discedere non posset.l.sciẽdum.§.1.ff.de legi.ad Treb.l.de ætate.Et idem tenet in l.4. ff.de pœn.Cõiter tñ causa tollẽdi dubitationem apponit ẽt standi, & recedendi, imò ẽt apponit tps.Sed circa hoc qrit an talis securitas intellr pro una uice tm̃. De hoc dic ut p Bart.in l.1.ff.ad l.Iul.maiest. & ibi scripta intelligo qñ securitas non hẽt tps, tunc.n. illud uerum quod intellr pro una uice tm̃. si uero hẽt tps, quo concedens durare uoluit illam non finitur licet bannitus reuertat ad locum extra dñium concedentis, quia ex tpis appositione colligitur contraria uoluntas cõcedentis.l.non aliter.de leg.3.cum si.

Factum est statutum q banniti pro uitio sodomitico, pro robaria, & homicidio in perpetuũ non possint rebãniri. & q non possint receptari sub graui pœna. Nullusque eis dare possit auxiliũ, uel fauorẽ. Bãniti uero pro aliis maleficiis possint rebanniri elapsis duobus annis à die lati bãni si habuerint pacem ab offenso uel eius hẹrede, quo casu soluẽdo certã quãtitatẽ eximantur de bãno. Et hoc statuto uarie oriuntur qõnes. Primo ergo & sic

19 ex ordine.19.qritur.†An bãnito p uitio sodomitico, pro robaria, uel homicidio q non potest in ppetuum rebanniri, possit dari securitas pro annis cẽtũ, dicto statuto nõ obstãte. Facit ad hanc qõnem quod sic gl.in l. cod.§. instituta.ff.de le.2.sed illa gl non est uera. Et ideo dr, q talis securitas non potest concedi ne dũ ad annos cẽtũ p l.fi.C.de sac.san.eccle. sed nec longæuo tpe.l.cũ hæres.in prin.ff.de sta lib.ibi hr in qbusdam lect. per Bart.& est ueritas qa per indirectum esset bannum uiribus euacuare l.1.§.quæ onerandæ.ff.qua.re. act.nõ da.faciunt not.p Bart.in l.ambitiosa, circa illam negatiuam de decr.ab ord.facien.

20 Vigesimo†loco circa idẽ statutũ ad partẽ prohibitæ receptationis. Quæritur. Titius receptauit Caiũ bannitũ pro homicidio ignorans eũ esse bannitũ an incidat in pœnam receptantis? Dic breuiter q dcm̃ statutum sic gñaliter loquens intelli fm ius cõe. l.2 C.de noxa.& not.in l.fi.§.in computatione.C.de iu.del.Ius autem cõe non punit ignorantem sed solummodo scientem, uel scire debẽtem, ut habetur in l.2.§.non enim.ff.de incen.rui. & nau.& in l.metrodorum.ff de pœn. & no. per gl.& Bart.in l.1 ff.de recep.ubi glo.dicit, q sciens prẹsumitur si conuicinia notorium erat illum esse bannitum, quod est no. & idẽ no.in simili in l.tutor.C.de peri tut. & idem

si eius

si eius bannum publicæ præscriptum erat, ut no.in l.fi.ff.de decr.ab ord.fac & sic latius uide re uelis uide Alb.de Gan.in parte bannitorum qōne quæ incipit, Alia est qō dixerunt tñ quidam prædicta uera si bannitus erat persona nota licet bannum ignoraretur; Si aūt erat persona incognita receptanti, dicebant, ꝙ tenebatur cum debuerit explorare suam conditionem ut l.seruos.C.de agr.& cen.nisi esset hospitator q explorare non tenetur conditionem hospitum l.1.in fi.ff.fur.aduer.nau.quod non tenuit Bar. sed dicit indistincte non teneri receptantem ignoranter, adeo ꝙ nisi scientia in accusatione apponatur semper ueniat absoluēdus. de quo per eum in l.2.C.in quib.cau.coloni do & c.li. 11.scientes ergo, uel scire debentes illum bannitum si receptant puniuntur, nec est necesse, ꝙ sciant causam banni, uel eius qualitatem. Post quam n.sciunt bannitum inuestigare debent an sit de prohibitis receptari.& ita intelligitur, quod no.per Bar in l.1.C.de colo.illi.co.lib.

21 Vigesimoprimo quæritur, † An consanguineus banniti scienter eum receptans incidat in pœnam statuti. Bar.in l 2.de recep.quæ vr̃ dicere, ꝙ non dicit ꝙ aut est talis bannitus qui pōt occidi ex forma statuti. Et tunc quia dr̃ hostis ciuitatis, sicut eum perdit ciuitas ita eum perdunt agnati.& cognati.l.postliminium.§.filius ff.de capti.Et quod ipse dixit in l. si adulteriū cum incestu.§.liberto.ff.de adulte.Si uero non potest impune occidi & sic non est hostis, tunc aut statutum imponit certam, & determinatā pœnam.& illa pœna esset imponenda ꝑꝑ gñalitatem statuti.Non ob.d.l.2. quia loquitur de iure cōi ſm ꝙ est limitata certa pęna. posset tñ iudex si uellet uti arbitrio per legem sibi cōcesso.l.quid ergo.§.pęna grauior.ff. de his qui no.infa.& sic causa cognita posset minuere pęnam.& sic ſm Bar.impositio pœnæ limitare facit ut dictum statutum a iure cōi non restringatur, quod est mirandū, maxime quādo sunt tales coniuncti quibus non solum ciuilia noīa, sed naturalia conueniunt ut in patre, mr̃e, & econuerso, quæ noīa ꝑꝑ bannum nō perduntur.Et uide quod dixi supra in 1.par.huius temporis.qō 20.& ideo credo potius iudicis arbitrio relinquendum ut ēt cum sit certa pœna locum habeat ex causa.d.l.2.per no.in l.hodie.de pœn.& in §.pœ grauior.& in l.athletas.§.calūniator eo.ti.licet n.de iure non esset pœna determinata ut l.hodie.tñ a consuetudine determinata dr̃ ut ibi no.& sic utroq; casu statutū determinetur a d.l.2. Dixit ex causa quia si sine aliqua iusta causa receptaret locum haberet opinio Bar.l.aut facta.per totam.ff. de pœnis.& l.respic.§ delinquunt eo.ti.

22 Vigesimosecundo quæritur, † Quid in uxore.an incidat in pœnam statuti si receptat uirū bannitum, Guil.in Spe.de don.inter ui.& ux.§. fi.uers.quid si uir est in banno.dicit, ꝙ uxor bānniri, & ēt excommunicati cōicabit cum eo nō obstante banno, uel excommunicatione alleg. 11.q.3.c.quoniam.de sent.exc.c.inter alia.& sic vr̃ concludere ꝙ sine pęna possit eum receptare.facit ff.de adul.l.uim passam.§. muliere. Nec ob.ꝙ uir sit hostis ciuitatis, quia statutum uires matrimonii soluere nō pōt cum sit de iure diuino, ſm Fran.de Are.in d.l.2.& idem ēt tenuit Alb.ubi supra q.7.al.l.1.C.de rep.& quia uxor debet sequi infortunium uiri.l.si cum dotem.§.sin autem.sol mat.

23 Vigesimotertio † pone ꝙ statuto cauetur, ꝙ bānniri non possint receptari in castris, uel uillis sub certa pœna. Titius de uilla S. Martini quæ habet domos cōtiguas excepta una domo quæ distat per militare a Burgo uillæ est tñ in agris siue in cōfinibus uillæ prędictę receptauit quēdam bannitum scienter in dicta domo. Quæritur an incidat in pœnam statuti. Dicit n. Titius se non teneri, quia non receptauit in castro, uel uilla, sed in agro inter quæ est differentia, ut l.1 ff.ad l.Iul.de ui pub.& cum statutum sit stricti iuris, & pœnale debet restringi.ff. de pœnis.l.interpret.Contrarium tenuit Alb.ubi supra q.102.per identitatem rationis, & reip.fauorem. Ad quod alleg.l.1.§.1.C. de fal. mo.& de hær.l.quicunq;.§.quod si fecerit.quod est uerum, quia uilla ſm nostrum usum non constituitur ex uallo uel fossa, sed ex ipsis domib.& agris.Et ideo licet non sint dominus coniūctæ nihilominus uillam constituunt Pro quo vide plene per Bar in consil.quod incipit.Quæritur utrum iurisd.& in l 1.ff.de dam. inf. & plenius in extrauag.qui sint rebelles.super uerbo Lombardiæ.In quib. declarat quod sit uilla, castrū, ciuitas, prouincia, &c. Et ad propositū melius in tractatu de insula.15.figura quæ incipit.His quo ad finem, &c.ubi sic loquitur. Villa dicitur ſm propriam significationem a uallo. hoc est ciuitas quæ non cingitur muro, sed uallo ſm Hugutionem. Sed in usu nostro uilla appellatur quædam uicinia plurium habitantium siue aliquod municipium sine aliqua municeps, q propriе loquendo appellatur uicinia. & ita

accipit gl.in l.ex hoc iure.ff.de iust. & iure.]Et sic quia ẽm cõem usum debet intelligi statutum de quo dixi patet ꝙ receptator tenetur. An aũt pro eo teneretur uicinia recurrendũ est ad no per Bart. in l. 1.§.eodem aũt recto ad Sylla.& in l.si tertius,de aqua plu. ar. & in d.l.fin. ubi ponit qualiter uilla debeat mensurari.de quo dixi supra eod.t.pe.par.2. q. pen.

24 Vigesimo quarto † Titius receptauit in loco ꝓhibito Caium bannitum pluribus diebus, Deinde eum ꝓdiit.cœpit.n.eum,& ptãti siue eius curiæ p̃sentauit,q̃rit̃ an debeat puniri ut receptator,an p̃miari ut capiens,& p̃sentãs.Hæc qõ fuit Alb. ubi supra q.68. & ꝙ puniat̃ arguit,q̃a semel delinquit qđ sufficit ad l.Iul.maiest.l. fin.de arb.l. si duos. §. fin.q̃bus ex cau.in pos.eatur l.hæc aũt.i.rñ.quia inspicitur tp̃s quo eum recepit uariatione non ad missa.l.dispensatorem in fin. ff. de sol.Et quia in delictis non est locus pœnitentiæ de fur. l.qui ea mẽte.& de ędil.edic.l.q̃s sit fugitiuus. §.1.& q̃a inconstantia reprobat̃, de proc. l. in causæ.Et q̃a maleficium non debet remanere impunitum ad l.Aquil. ita vulneratus. In cõtrarium arguit ꝙ excusari debet ex quo pænituit obediens fuit,& ꝓdiit arg.de in integ. resti.l.pen.q̃a satisfactione se liberauit a delicto.C.ne tut.uel cu.l. 1.& de crim. stel.l. 1. & q̃a rł̃r pœnitentia ꝓdest in criminibus .C. de aposta.l.hi qui de hær.l. manich. dixit finalr̃, ꝙ ut audiuit Bononiæ fuit determinatũ eum puniri debere pœna statuti cõtra qđ fecit receptando ꝑ iura supra inducta. ipse tñ dixit pœnam mitigari debere .arg. auct. de man. prin.§.sed q̃a delinquẽtes,& plu.§. illius tit. ꝑ quo.C de his q̃ se defe. lib.10. & ff. de iure fis.l.deferre.Nec p̃dictis ob ꝙ ꝑ pniãm tollatur delictum,ut extra de testi.c. testimoniũ. & de pœni.& re.in decr. ꝑ totum. q̃a illud uerũ iure poli nõ iure fori,& in hoc residet. Sed tu dic,ꝙ aut cõstat,ꝙ initio retinuit cum aĩo receptandi,& postea mutato ꝓposito deliberauit eum iudici p̃sentare. Et ueram credo decisionem p̃dictam.s.ꝙ puniat̃ ex receptione in delictis.n. cõsumatis non hẽt locum pœnitentia ut in iuri supra allegatis. Licet aũt puniat̃ ex receptatione nihilominus p̃miari debebit ex præsentatione.sunt. n. actus diuersi. Vnus.n.est receptatio de qua punĩt, & alius p̃sentatio de qua p̃miat̃. Et sic non ob. ꝙ ex eo.l. actu cõsequat̃ pœnam,& p̃miũ, ut.l.siue hæreditaria.ff.de neg.gest. q̃a imo ex diuersis sicut dicimus in si.in .l.1.ff. de his qui.ut ind.& ꝑ Dyn.in rła, ꝙ ob g̃ram lib. 6. & ꝙ not.ꝑ eum,& Ray.in l. decreto.ff.de susp.tu. Si uero hoc non cõstat tunc non puto cũ puniri,sed solummodo p̃miari.p̃sumit̃ eũ receptasse, & tenuisse ut eũ curiæ p̃sentaret, ar.ff. ad Mac.l.sed Iul.§.ꝓinde , & qđ ibi ꝑ Doct. & in l.Maced.C.eo. nisi ꝓbet̃ aliquid ꝑꝑ qđ talis p̃sumptio excludat̃, q̃a una præsumptio tollit aliam.l. diuus.ff. de integ. rest. Puta ꝙ tunc præsentauit eum curiæ ꝙ ei aliquis minatus fuerat ꝙ eum accusaret uel aliq̃d simile arg.not.in l.fulcinis. §. quid sit latitare. ff. quib.ex cau.in pos.ea. & quod hr̃ plene per Dy.& Bar. in l.post.cõtractum.ff.de donatio.

25 Vigesimoquinto quæritur, † Quidam in uilla receptauit bannitum ꝑꝑ qđ ex forma statuti tota uniuersitas uillæ fuit cõdemnata. An agere possit cõtra illum receptantẽ. Alb. ubi supra q.69.dicit,ꝙ sic,& allegat qđ non reperit,Tu aũt dic,ꝙ aut uilla fuit cõdemnata ex eo ꝙ non cœpit illum bannitũ, & tunc cõtra illum receptantem agere nõ possit. Cõdemnat̃.n.ex suo facto.i.non facto.s. uniuersitatis.quo casu cõtra alium non agitur.l. ẽt.§. pen. si de pet. hær. & quod not. in l. si quis dolo.§.1 .in ult.glo.in si.ff.de re.iu.& ar.ff.mã. l. si procuratorem.§. si ignorantes. uer. si hi qui aget tñ ad ratam condemnationem ẽm not.in l.4.§.actor.ff. eo.tit.ubi per Bar Si uero fuit condemnata ex eo ꝙ ille receptauit, & sic ex facto receptantis.Et tunc põt agere cõtra illum.ar.ff.de uerb.obl.2.§.fin. & quod ibi ꝑ Iac.de Are.l. nam , & seruus in princ.ff. de ne.ge.nau cau. sta.l.licet.§.fin. de his q̃ de re.uel effu.l.si uero.§. cum aũt, & de euic.l. si plus.§.1.& C.de exa. trib.l. missi opin l. 10.

26 Vigesimosexto † Stante statuto prædicto, ꝙ nullus possit dare bannitis auxilium, uel fauorem sub certa pœna. q̃ro an in causa ciuili uel criminali talis bãniti q̃s possit aduocare ꝓ bannito, an non quasi dicat̃ ei dare auxiliũ uel fauorẽ. Antiqua q.est, ut patet in Alb.ubi supra q.33.Bar.t.in l. q̃sq̃s. C. ad l. Iul.maiest.uñ.uelle ꝙ talis aduocatio uel ẽt ꝓcuratio facit eum incidere in pœnam ꝑ illum text & ad participationem quæ fit cum excõicato.R̃ndet,ꝙ illa est medicinalis.Istud bannũ est mortale Sed in l.in fur.§ ope ff. de fur.notabilius loquitur p̃mittens.ꝙ q̃n ꝓhibetur auxilium simplr̃ non habito respectu ad actum intelł̃r multũ late pro quolibet adiutorio 27

torio siue matuetur pecunia, siue per iter associet l.1.C de his q latro. qđ et tenuit Alb. q.35. siue qđ aliud fiat quod ad eius utilitatem pertineat allega.ff.ad l.Iul.ma. l.4. post prin. hoc pmisso ad ppositū cōcludit ꝙ qn que auxiliū pbet sciente superiore ꝑ uiā iustitiæ, ut q̄ petit pnunciari bannum nullum, uel petit cassari allegando aliq̄ iustitiæ causā puta ꝑ l.1.in fine ff.de qō, & pone ꝙ succumbit. Et non ur aduocatus pstare auxiliū uel fauorē ſm Inno. in c.solet de sent. excōi. in gl.mag. Qnq, ꝑ uiam gratiæ ut imploran do simplicem misericordiam, ut sic pcuro, ꝙ aliquis rebanniatur. Et hoc est licitum iure, & nō fit cōtra statutū l.si fuerit.ff. de re. dub. l. in metallum.ff. de poe. Fallit in eo q esset dānatus siue bannitus p crim. læsę maiest. pro quo non licet supplicare, ut d.l qsqs. Qnque pstat auxilium in iudicio superiore ignorante, ut mutuando pœcuniā uel qđ aliud ut supra, & tunc punit aduocans uel pcurans, ut d.l.4. Sed ex his uerbis Bart. non decidit qō supra posita, qn in alia causa fuit aduocatus uel pcurator banniti in aliqua causa separata bannito, & tunc aut illam causam pōt agere, ut qa se defendit non exclusa defensione à statuto, uel q agit bonis non publicatis nō phibita audientia à statuto l.si tibi mandauero, §.is cuius bona.ff. mand. & tunc non hnt locum statutum, qa dat ei auxilium, & fauorem in relicta arg.ff.de iurisd.om. iud.l.2. & de pc.l.1.§.usus. & l.ad rem mobilē, & l. ad legatum. eo. tit. Si.n. pmittit ei iudiciū ergo cum suis qualitatibus, ut d.§.usus in procuratore, & in aduocato in l.1.§.ait ptor de postu. Et qđ dicam statim q.28. Si uero nō pmittit ei agitatio talis causæ puto talem pcuratorē uel aduocatū, si sciunt eū bannitū teneri de auxilio p d.l.qsqs Si uero agit causam banni aut obtinuit. & clarū est ꝙ non debet puniri ut supra. Aut succubuit, & tūc aut causa erat dubitabilis, & non punit. Aut erat manifeste friuola siue iniusta, & debet puniri. ar. eius qđ dicimus de eo q recurrit aduersus laudū, & succūbit, qa si habebat iustā cām credendi se iuste petere, & excusat a pæna, alias nō ut hæc hnr in l. tres fratres.ff.de pact. & p Io. And.ī ad.Spe.ī ti.de ar.§.seqt.uer. qđ si cōpromiss.

27 Vigesimo septimo† pone. Inquirit uel ex accusatione pcedit contra Titiū bannitum cui non pōt ex forma pmissi statuti pstari auxilium uel fauor. qdam comparet corā iudice, & allegat illū esse absentem ex aliqua causa. Quærit an incidat in pœnā statuti? Guid. de Suz. in qōnibus statutorū sub litera.S. in statuto dicente qđ nullus possit bannitū defendere tenet ꝙ in pœnam incidat, qa talis allegatio est defensio ut in oībus legib. dicentibus absentem defendi. In cōtrarium alleg. Alb.ubi supra q. 33. ꝙ dcm̄ statutum uideat loq de auxilio extra iudicali. C.de his qui latro.l.2. extra de homi.c.sicut dignum.§. fi. & ibi p Inno. de schisma. c.1. lib. Item qa speciale ur in l.q sqs. ergo in aliis cōtrariū debet seruari.ff.ad mun.l.1. Sed pdecis.Guil. alleg. qa ita occidit qs lingua sicut facto.l. distinc. si qs uiduam. Et qa clamore & ploratu dr qs auxilium pstare. ff. ad Syll.l.2.§ potuisse. & §.seq. Finaliter cōcludit, ꝙ in pœnā non incidat. Sed si recte aduertat loquit in aduocato allegantæ causas causæ. de quo dixi supra pxima q. Puto tn̄, ꝙ dcm̄ eius uerum sit p l. seruum quoque. §.publ.de pc.ubi patet ꝙ talis allegans non dr agere causam ppriam siue absentis, sed publicam. Præterea facit in iudicio sciente iudice. ergo, &c. ut dcm̄ est supra prox.q.& facit qđ no.in l. in eo.§ nemo. de reg iu. Et intelligo hoc uerū in themate qđ pposui. in casu aut Guid. de Suz. forte procedit dcm̄ suum, qa statutū phibet defensionē iudicialē qđ patet, qa eius thema dicit, ꝙ bānito nō fiat ius, ꝙ nulli pmittat, & ꝙ possit ipsum defendere. l.si ff. de iust & iur. & intellige de allegāte causas absentiæ in facto cōsistētes. Pro quo uide q̄ dixit in 1. tpe 3 par. q. 5.

28 Vigesimo octauo† circa idem statutū quæro, an ille q tulit testimonium p tali bannito, dicat ei statutum pstasse auxilium, & fauorem? Bar. in l. post legatum. § his uero. ff. de his qui. ut indig. dicit, ꝙ sic si pstitit testimonium sponte, secus si coactus p illum tex. cū gl Hoc intelligo, ut dixi supra pxime. s. in q. 26. qn causa per bannitum agitata non erat ei pmissa, sed forte admissus fuerat nō opposita exceptione, uel qa nō cōparuit aduersarius. Si aūt ei fuisset pmissa locum habet qđ ib dixi, phibitio. n. gnalr auxilii intellr, nisi in casu licito arg. l. 1 §. deniq. ff. qđ ui aut clam. & C. de adul. l. ita pudor. Si aūt qui cœpit bannitum uolens ducere ad curiam, & de inde eum relaxauit Dicit Ray. in l. 1. § unusquisq. de ser fug. ꝙ aut relaxauit eū gratis, & non punit ut opem pstans. ut ibi. Aut p pecuniam, & tūc punit arg. l. 2. de receptato. qđ

 forte

forte uerum est non existente statuto ꝙ possit impune offendi alias forte non procedit ꝑ ea quæ dixi supra parte prox.q.1. & q.38.

29 Vigesimonono quærit.† An ille qui eximit bannitum captum de manibus familiæ, qui ut dictũ fuit supra parte proxima huius tẽporis q.32. tenetur fisco ad soluendum condemnationem per l. ad commentariensem. & per l. quisquis.ibi alleg. teneatur ẽt ut præstans auxilium uel fauorem. In hac qõne possent multa dici. conclusiue tñ tenendo ꝙ utraque pœna teneatur cum ex diuersis factis oriantur, una quia eximit, alia quia auxilium dedit. item quia una ciuilis, ut.ff. si quis eum qui in ius uo.est ui exi. per totum. alia criminalis. l. fi.de fur. Pro quo uide. ff.de fur. l. nunquã plura.& in l qm̃.C.ad l.Iul de ui. ff.de pœ. l. sanctio legum.& ꝙ hr̃ in l.2.§.qui aduersus. ff.de postu.& C.quando ciui.ac præiud crim.l.1.

Ex prædicto statuto de quo dictum est in q.19.ubi de pacis beneficio ponit̃, insurgunt

49 Sed pone quadragesimonono loco † statuto cauetur bãnitum dr̃e rebaniri habita pace ab offenso. & nihil dicit de hærede, an sufficiet pax habita ab hęr. Alb. in qõnibus statuto Rõ. q. 294. formauit qõnem hoc modo. Statuto cauetur. ꝙ qs nõ exeat de bãno siue uolũtate offensi, & nihil dicit de hærede. Quæritur si offensus moritur sine hærede, an possit de bãno exire. Et dicit, ꝙ sic. arg. C. si man. ita fuc. l. 1. & quia post morte uelle nõ pōt. C. de sac. san. eccl. 1. Et pro hoc bene facit ẽm eum. ff. loca. l. 4. & extra de rescr. c. si gratiose. lib. 6. cũ ibi not. ꝑ Arch. & Io. And. de off. deleg. c. si delegatus. eo. l b. & qđ no. C. de cõtrah. emp. l. fi. Idẽ putat si statutũ loqueretur de hærede, & offensus decederet sine hærede. Dixit ẽt Odof. tenuisse, ꝙ cessante omni statuto bãnitus non possit eximi de bãno sine licẽtia offensi ꝑ l. si manumissus. C. de lib. & eo. lib. & C. de epis. & cler. auth. Itẽ nulla cõitas. Si recte cõsideras termini sunt oĩno diuersi. Aliud enĩ est dicere ꝙ bãnitus rebãnitur habita pace ab offenso. Et isto casu puto ꝙ sufficiat pax habita ab hærede in auth. de iureiur. a mo pst §. 1. cũ cõcor. Est. n. statutũ fauorabile ergo si debet intelligi. l. illud. C. de sacr. san. eccl. & qđ not. ꝑ Bart. in l. si cõstãte. sol matr. ĩ 1. q. Et isto casu si moritur sine hærede nõ habebit beneficium statuti, ut dixi supra q. 41. Non. n. habuit a defuncto, nec ab hęrede. Et sic nõ pñt uerificari uerba statuti l. hos accusare. § si ff. de acc. cũ si. Nõ tñ sequeretur ꝙ de bãno ꝑ aliã uiã exire non possit ẽt si uerũ esset ultimum dcm̃ Odof. per ea q̃ dixi supra prox. q. in fi. Et aliud est dicere ꝙ qs nõ possit exire de bãno sine uolũtate offensi. Quo casu locũ hr̃e non pōt quod dixit Alb. ꝑ iura ꝑ eum allegata. Sed recurre ad plene not. ꝑ Bar. in l. centesimis. § fi. ff de uerb. obl. Vbi patet ꝙ aliud est reqri ad esse uoluntatem, & aliud cessare uoluntatem. Illud aũt quod dixi statuto nõ disponẽte aliqd bannitũ nõ posse eximi de banno sine uoluntate offensi mihi non placet qa aut uult eximi de banno ꝑ uiã iustitię puta soluendo cõdẽnationẽ, & clarũ ꝙ uoluntas non reqritur cum debeat illã fisco. inst. quib. mod. tol. obl. in princ. & §. 1. Aut ꝑ uiam grĩæ, & idem, quia fiscus potest suũ remittere ut ibidẽ. Fateor tñ ꝙ ex illa remissione nõ tolleret ius ipsius offensi, ut d.l. si manumissus. ꝑ quo tñ uide q̃ dicã infra in ult. temp. parte 1. q. 10. Vbi tractabo an per remissiõnem a banno tollatur ius q̃situ tertio.

Quinquagesimo qro † dixi supra ĩ primo 50 tpe parte 1. q. 5. ꝙ uniuersitas qñq; banniri pōt. Pone, ꝙ uniuersitas fuit bãnita, & ꝙ dictat statutũ ꝙ bãniti debeãt cãcellari soluendo certũ qd si pacem habuerint ab offensis. Quæritur an cuilibet de uniuersitate debeat fieri pax, & an qlibet debeat quãtitãtem taxatã soluere? Alb. de Gãd. in opere suo in rub. de bãnitis. uersi. itẽ qd si. quẽ sequit Albe. vbi supra. q. 10. tenet ꝙ cũ fuerit tm̃ unum factũ sufficiat pacẽ reddi syndico, & ꝙ soluatur tm̃ unica quantitas. alleg ff qđ cuiusq; uni. nomi. l. 2. ibi non erit hoc dicẽdũ quasi a pluribus, & c. ff de fideiuss. l. mortuo. Ista qõ est facilis statuto simplr̃ dicente de bãnitis. Sed magis esset dubitabilis si statutũ diceret ꝙ qlibet ꝑsona bãnita, &c. Idẽ tñ putarẽ. s. qđ hr̃et beneficiũ statuti, qa ẽt appellatione personæ cõpræhenditur uniuersitas. casus est ĩ l. 1. C. de iurisd. om. iud. licet Inn dixerit contrariũ in c. graue. de sent. excõ. ubi dixit. ꝙ si facio Titiũ ꝓcuratorẽ cõtra oẽs hoĩes, nõ erit ꝓcurator cõtra uniuersitatem, quia. i. nomen iuris

juris qđ ēt non sequit Bal.in l. sed si hac.§. q manumittit.ff. de in ius uo.per l. metum . §. animaduertendū.ff.qđ met.cau. Itē quia uni ca sufficeret solutio, ut d. §. qui manumittit. & l.intm̄ §.uniuersitatis, de re diui. & quod dixi supra parte prox. huius temporis. q. 26.

Postquā ī materia pacis uersamur circa idē.
51 51.quæro † bannitus ex eo qđ Titium interfecit uel ꝑcussit fecit pacē cum quodam alio suo inimico, uel cū eodē Titio nō existen te statuto ꝙ debeat cancellari, & in ea pace fuerūt factæ ꝓmissiones de inuicē non offen dendo. deinde ille q pacem fecit sub prætextu statuto quo ꝓmittit bānitū posse impune of fendi uerberauit dcm̄ hannitū cū quo pacem feci tuel aliter, offendit. Quæritur inciderit in pœnā rumpentis pacem statuti qđ imponi maiorem quē ꝓmissionis factæ in pace. Hāc q.disputauit Bar.q̄ est vulgaris, & incipit Lucanæ ciuitatis, &c. & cōiter hr̄. & ideo breuiter me expediā. Cōcludens una cū eo ꝙ nec in pœnā statuti incidit, nec in pœnā conuentionalē. De pęna statuti est clarū , quia illud ius ꝑdidi bannitus, ut dcm̄ est in 1. parte huius tꝑis.q.4 De conuentionali probat̄ , quia talis pœnalis stipulatio fuit nulla tanq̄ adiecta cōtra illud qđ erat inductū publica utilitate, ut l.2.C.qn̄ lib.uni.sine iur.uin. iūcta l. iuregentiū.§.si paciscar.ff.de pact. itē qa licuit ei rumpere fidē datā hosti.ut dixi supra in parte ꝑcedenti.q.15.ꝑ l.1.§.non fuit. ff. de dolo. Tertio quia cū publico iure uindictam prosequat̄, ut dixi supra eadem parte ꝑcedēti.q.44. illius ius remansisse non vr̄.facit. ff. de inoff. testa.l.filius.de bo.lib.l. si filius. De quo dic plene ubi supra quod sequitur Bald. in multis locis in d.§.item si paciscar.in d. l. 2. qn̄ li: sine iud.uin.ubi ēt Bar.ponit.Sed in l.1.ff. de pac.referendo opi aliquid add.dicit. n. decisionē ueiā in bānitis qui sunt extra ꝓtectionem s.qui pn̄t impune offendi. De q̄bus dixit Bart.& addit rōnem. quia ius offerendi est introductū in odiū bannitorū, ergo ei renūciari nō pōt, ut no.in l 2.C.ne fi. do. den. in l.si diuersa, C.de trāsact.in l. ius publicum. ff de pactis.Et siue ꝑꝑ publicam utilitatē siue ꝑꝑ odium bannitorum sit introductum renūciari nō potuit.In bānitus q ex forma statutorum nō possent offendi dicit, ꝙ offendēti imponit̄ pœna iuris cōis nō statuti, qa illud ꝑdit bānitus, nisi pæna statuti sit minor. Tūc em̄ illa imponit̄ nō ꝙ illud beneficium capiat bānitus sed qa offendēs est illius beneficii ca pax.ff.ad l.fal.l.cū dote. Illud dcm̄ credo uerū si ex forma statuti diceret ꝙ bannitis non fiat ius s̄m formam statuti.Si aūt nullum est statutū ꝙ cōtra bānitos loquat̄ nihil ꝑdunt, nisi illud ꝙ in banno cōtinetur ēt s̄m Bald in l.1.C.de hær.inst & dixi supra in 1. par. huius tꝑis.q.3. Subdit ēt in d. l.1.ꝙ si pax esset iurata talis bannitū offendens dr̄et puniri si accusaret, qa tunc pax ualeret iure diuino , & humano. Licet aūt posset accusari non tn̄ posset cōtra eū inq̄ri, qa respublica nō est offensa, qa uoluit eū offendi posse. & sic ei nō fit iniuria. credo, ꝙ istud dcm̄ in foro ciuili non seruaret̄. quia si ponimus tale pactū contra publicā utilitatē factum esse cōtra bonos mores, tale iurm̄ nullius esset momenti etiam de iure cano. ut in regula nō est obligatoriū & idem si diceret̄ alia rōne nullum ipso iure, ut d.l.nō dubiū. Posset aūt forsan in foro ecclesia, cōueniri quod canonistis relinquo. Sit ergo cōclusio in hac q.licet aliq alr̄ dixerint, ut refert Bald. in d.l.1.C.de hæred.inst.& Alb.ubi supra q.29.ubi dicit Odof. disputando sic tenuisse ꝑ l.q seruum de uerb. obligatio.ꝙ in bānitis de q̄bus qō loquitur , talis offendēs illum q erat bānitus tꝑe pacis, ut in themate ponitur, non dr̄ pacem rumpere, & sic nec pœna statuti nec cōuentionali pœna tenet̄. quod limita ut dicam statim in 2. q. Et ꝓcedunt prædicta qn̄ statutum ꝓmittit gn̄alr̄ offendi bannitū. Sed si ꝓmittere occidi bannitū inimicum secus esset, ut. l. 1. §.fi de adim.leg.s̄m Bald in l.reos . C. de acc.

52 Quinquagesimosecundo quæritur † ꝑdicta qō loquitur qn̄ erat bannitus tꝑe pacis ille q post pacem fuit offensus. Quid ergo si fuit postea bannitus. Hæc qō minus hēt dubii.eam tn̄ disputauit Iac de Bel. quā posuit C.ut intra cer.tēp. l. 1.& eius determinationem, sed decurtatā refert Io. And. in regula frustra.lib.6 in 4.q. quæ fuit cū distinctione s.an ꝑderet bona an non. De qua ibi licet Bal.alr̄ illā referat in l 1.§. non fuit.ff. de dolo.Sed Old.q ēt ipsam disputauit, tenuit simpliciter talē offendētē in pænā nō incidere sine ꝑdideri.bona siue nō.Sufficit.n.ꝙ uirtute statuti possit īpune offendi, & sic ꝑꝑ publicā utilitatē suꝑueniētē priuata, & cōuentionalis lex rūpit̄.ff.ad Syll.& l.si qs in graui. §. utrū. Secūdo qa ꝑ legis auctoritatē superuenientē causatū a delicto nō solū tollit̄ lex cōis , sed

etiam priuata, siue conuentionalis, ff. de le. 1. l. quid ergo §. si hæres, de uerb. ob. l. qui seruuũ ubi And. Zas. dicebat esse casum. Item quia uidetur esse diuersus hõ ab illo qui erat tpe stipulationis ad Treb. l. ex facto. §. ex facto. & ita firmat Io. And. in dicta reg. frustra. & sequitur Bal. in d. §. non fuit. & in l. iurisgentium. §. itẽ si paciscar. & Bar. ubi supra, & in prædictis iuribus. Siue igitur fuerit bannitus tpe pacis, siue postea, nulla pœna committitur. & ita seruatur. Vide tamen quæ dicam infra prox. q.

53 Quinquagesimotertio quæritur† duo ciues fratres habentes castra quæ recognoscebantur a sua ciuitate, habebant ad inuicem guerram, peruenerunt q; ad pacem, & promiserunt unus alterum non offendere sub certa pœna, pro quibus certi ciues hincinde fideiussores extiterunt. demum unus ex istis fratribus commisit graue maleficium pp qđ fuit bannitus, & sic ex forma statuti poterat impune offendi. Alter frater ei bannito castrum abstulit? Hanc qõnem disputauit Aegidius de Foscaris, & altius exordiuit succincte tangẽs aliqua de materia bannitorum, quæ Bar. in d. sua disputatione latius fuit prosecutus. & post argumenta pro, & contra conclusit, ꝙ quia offensa permissa trahitur ad modicam offensã. de ser. ur. præd. l. duas. & C. de inof. te. l. filia in orbitate. offensa autem bonorum facta cõtra fratrem reputatur grauis. Ita ꝙ pp hoc cõceditur exhæredatio in auth. de nup. §. ingratitudinem. Ac ẽt considerato ꝙ ei bona non sunt adẽpta, & quia hoc casu indefinita nõ æqpollet vlĩ, quia non cõprehendit fratrem stipulatione pœnalẽ fuisse commissam, hoc maxime per l. ex sñia. de test. tu ubi tex. dicit nõ admittendã excusationẽ quã ex iure publico recipit qm̃ promisisse uidebatur. Sed aduertendum ad dicta supra in proximis duab. qõnibus ex quibus colligitur, quod hæc decisio non est uera. Non ob. l. ex sñia, quia loquit in iure priuato cui renũciare poterat. hic in iure pub. præterea ibi loquitur in eo qui sciebat sibi cõpetere, hic ignorabat, & iõ non intelligitur remittere l. si quis tutor. de iurepa. quæ contrariatur d. l. ex sñia. Sed est hęc decisio Aegidii no. pro eo quod noluit in gñali, siue indefinita promissio ne offendendi cõprehendi, fratrẽ, quod est cõtra decis. Bar. in l. si adul § liberto. ff. de adult. de qua dixi supra in 2. parte huius tpis. q. 10. & istam ueriorem, quia ẽm quod dixit Aegidius indefinita æquipollet uniuersali, si in quo libet est eadẽ rõ ẽm Dy. in l. si pluribus, de leg. 1. sed non est eadem ratio in fratre, quæ in extraneo, ut de se patet, ergo &c. pro disputante ẽt facit, quia indefinita æquipollet ul. de æquitate, l. si seruitus. ff. de ser. ur. prẽd. in fratre aũt quod possit alterum fratrem offendere nõ est æquitas, imo repellitur ẽt per uiam iuris, ut l. si magnum C. qui accu. non pos. Concluditur ergo, ꝙ decis. de quib. in duab. prox. qõnib. uere sunt in extraneis non in fratribus, quod alii non tangunt, & est no. & æquitati consonũ attentis maxime his, quæ dixi in d. q. 10, quibus hæc adde. & illa hic etiam uideas.

Materia pacis quo ad pñtem tractatum sic taliter expedita ad alia accedens. Quinquagesi-

54 moquarto quæro. †Statuto cauetur, ꝙ qui stetit in banno per decennium soluta certa quantitate debeat cancellari. Titius fuit bannitus pro uno maleficio, deinde ad duos annos fuit bannitus pro alio, quod fieri potest, ut sæpius dixi elapso decennio soluit, & petit se cancellari a primo, & cãcellatus est elapsis deinde duobus annis uult cancellari a secundo. dr̃ sibi ꝙ non põt, quia debet stare decem annis post finẽ primi banni. quæritur quid iuris. Istam qõnem in interdictis domib. uicinis maleficio formauit Gui. de Suz. in q. statu mihi. char. 5. col. 2. & ibi plene relatis omnibus concludit fuisse determinatum ꝙ aut n. dñi domorum erãt pñtes tpe secundi maleficii, & currit quinquenniũ post finẽ primi, aut nõ, & currit a die interdicti ẽt durante tpe primi. ex qua decisione ad propositum infertur, ꝙ cũ ẽm bannũ datur ex proprio delicto decennium currat a tpe finiti primi. Bart. aũt in confinato in l. in senatus. ff. ad Turp. dicens fuisse alias pluries disputatum, post alleg. concludit, ꝙ aut statutũ simplr̃ loquitur, ut dixi, ponendo annos decem ut genus, & tunc ẽm decenniũ currat a tpe primi finiti, ut sic illi tpi non imputetur, nisi illud bãnum. ar. l. seruus qui in testam §. i, de sta. lib. & sic in proposita qõne non debeat cancellari. Si uero illud tempus decennii apponitur ut spẽs puta quia statutum dicit, ꝙ stet in banno per decennium a die lati banni. Tunc finitis dictis duobus annis deberet cancellari quia tũc illud tempus ponitur ut species, sic intelligatur de illo, quod statim sequitur, & non de alio, ut l. si usuf. mihi in biẽnium. ff. de usuf. leg. species n. non duplicatur. l. Lucius. §. impuberem. de leg. 2. Si latius uidere uelis, ibi uide.

55 Quinquagesimoquinto† incipiam de aliquibus

bus generalibus ad hanc mãm spectantib. & primo statuto cauetur, ꝙ syndicus uniuscuiusq; villæ debeat denunciare omnia maleficia cõmissa in cõfinib.uillę infra certũ tps sub certa poena. Titius bãnitus fuit offensus in uilla, uult ꝙ syndicus denunciet ptãti.syndicus dicit se non teneri, q̃a ex forma statuti põt impune offendi, quæritur an transacto tpe intra qđ debet denunciari ipse non denuncians inciderit in pœnam, Itẽ est statutũ ꝙ hoĩes de uilla teneant̃ trahere ad rumorẽ, & capere malefactores sub pęna, hoĩes de uilla nõ cœperũt talẽ offendentẽ bannitũ, quæritur an uilla incidat in pœnã statuti, & sic ẽ

56 quinquagesimasexta quæst. † Determinationes harũ duarũ qõ. sunt cõtrariæ, quia in prima syndicus non denuncians tenet̃ ad pœnã l fi.§ diuus.ff.de pub.& ibi ꝑ Bar. Sed uilla nõ capiens talẽ offendentẽ in pęnam non incidit.ff ad Syl.l.3.§.si maritus. & qđ ibi ꝑ Dy. & Bart.& est rõ diuersitatis, quia denunciatio quæ fit a syndico fit ad cognoscendum an illud fit maleficium, uel nõ, q̃ cognõ ad eũ non spectat, sed ad iudicẽ, arg. ff.de nou. op.nun.l.de pup.§.mem.uer. quoties, & ita disputando tenuit Thom de Azo. & incipit eius disputatio. Duo sunt statuta, & ꝑ rõne allegat, q̃a denunciãs est merus executor. & ideo non habet ulterius quęrere.l.1.§.sane. ff.de off.pf.ur.& de cust.reo.l. diuus. Captio autẽ fit ad executionẽ, imò est pars ipsius executionis. Vñ si liquet executionẽ non dr̃e fieri, uilla non exequẽs nõ tenetur.& ita firmat Bar.i iur.supradictis. Facit.ff.ad Turp.l.1.§. 1.ubi ẽt tangit̃. Facit ẽt.q̃a captus in flagrãti crimine põt sine ꝓcessu puniri, ut hr̃ ĩ l.ictus fustiũ.ff.de his q̃ not.inf.& ideo ipsa captura dr̃ fieri ad punitionem non ad cognitionem, merito non cogit̃ uilla ipm capere, maxime cũ ꝑ eo ꝙ scit non esse maleficium, non debeat se exponere periculo quod alias subire dr̃et, ut d.§.si maritus.iũcta.l.1.§.pot eo.titu.

57 Quinquagesimoseptimo q̃rit̃ur. † Quidam erat debitor Titii in centũ. Titius fuit bãnitus, hoc nõ obst.debitor ei soluit. q̃rit̃ an fuerit liberatus. dixit Bart.simplr̃ ꝙ nõ in l.fi.§. fi.de req.re.ꝑ illũ tex.ad l.reos.de solu.respõdet, ꝙ ibi loquitur in reo cõparente non in cõtumace. Sed puto aliter dicendũ, ꝙ aut bona erãt cõfiscata, & uerũ dicit Bar. ibi.n. loq̃t in bãnito de iure cõi cuius bona erãt adnotata, aut adnotari debebant per l.1.cod.titu. Si uero bona non erant publicata non uideo rationem quare ei solui non possit alio non dato.& ideo liberatur debitor soluens creditori.inst.qui.mo.tol.ob.in princ.& § 1.

58 Quinquagesimooctauo † Sciendum est, ꝙ Rayn.disputauit qõnem hñtem duo mẽbra, quorũ unum hic ponam. Aliud ponã in ult. temp. cum de filiis bãniti mortui loquat̃. Statuto cauetur ꝙ bannitus ad rebellionem castri sit in perpetuũ priuatus omni cõmodo ciuitatis, & desinat esse citius, & ꝙ nullus cũ eo cõtrahat sub pęna librarũ mille. Itẽ, ꝙ nullus audeat eũ sociare, uel ĩ domo tenere. Titius cõtraxit cum tali bãnito ob rebellionẽ. eũ associauit, & in domo retinuit, quærit̃ an ueniat puniendus in mille tm̃, an in trib.mil lib.uel quib.pęnis. Et arguit hincinde multũ late, sed succincte referã multis truncatis. Et ꝙ una pœna puniatur, facit q̃a una lex plura hñs capitula unica censet̃ censura. l.ẽt,§. ex causa.ff.de min.de uerb.oblig.l. qđ dr̃. Præterea ẽt si plures leges ĩtelligerent̃, punitus una non puniretur alia.l.senatus.de acc. Secũdo, separatorũ separata rõ est l.fin.de cal. Sed cõtractus & delicta sunt separata, igit̃ pœna imposita cõtractui non intelľr apposita delicto. s. associationi, & retentioni in domo, & sic in mille tm̃ puniatur. Tertio arguit, à uerbis claris.i.non aliter.de leg.3.dicens illa uerba clara esse ex quibus obscuritas non resultat, sed statutum solũ contrahẽti pœnã imponit. Ergo arguit quarto ab actus prãte, q̃a pœna nõ põt esse sine lege, sed lex põt sine pœna.l.si qua pœna.de uerb.sig.ergo nõ reqrit̃ suppletio.ad legem, & sic unica pęna puniatur a liis nõ suppletis. Quinto, a sufficiẽtia unicæ pœnæ in uno del l.sanc.C.de pęn. Sed hic est unũ delictũ, q̃a fecit contra statutũ, ut l.contra legẽ, ergo &c. Sexto arguit, a legis simplicitate quæ in associando, & retinendo simplr̃ loqtur, ergo pœna nõ suppletur.l.1.§. sin aũt.ff. ad Turp. In contrariũ arguit alius sex rõnib. Et primã est, a potentia legis repetitiua ꝑ dictionẽ. Itẽ l.in repet.de leg.3.cũ si. Secunda, a pluralitate delictorũ ad l. Aquil.l.illud.§. fin. & sic plures pęnæ l nuuquã plura. de pri.del. Tertia, ab exclusione immunitatis pœnæ, q̃a qđ fit ad pœnã non operatur immunitatem l.siue hæred.de neg.gest. Et ideo prima pars ponens pœnam nõ arguit reliquis in pa rtib. immunitatẽ. Quarta, a ꝓportione legis spiãlis, & gñalis, quia sic se hẽt generalis ad gene

talem sicut specialis ad specialem.ff.de test.l. 3.§.fi.& C.de ædifi.priua.l.an in totum.cum si.& de admi.tut.l.si duo.Sed,ꝙ in lege cõi, & gñali in principio dr̃ intellr̃ in fine repetitum l.rña.§.pe.ff.de fa.& iu. igno. inst. ad l. Aquil.§.hoc tñ capite.de eden.l.si quis ex argentariis.§.si initium tabularum ergo idẽ in hoc statuti speciali. & sic in aliis capitulis ẽt pœna mille intelligatur repetita.Quinto arguit a grauitatis diuersitate delictorũ, & cõtractuũ,qa grauius debet puniri delinquens quam cõtrahens l.in actionibus de in litẽ iuran.l.non dubium.C.de legi.Sed in hoc statuto ponitur cõtrahens,ergo fortius delinquẽs .s.associans,& retinens. Sexto a durãte quali tale causæ prohibitiuæ,qđ sic ostẽdit.Post delictum durat ẽt uirtus legis pœnalis qa illa perpetua.C.de diuer.rescrip.l.falso ergo licet semel cõtrafecerit,& in pœnam inciderit, nihilominus durante lege cõtrafaciẽdo iterũ in pœnã incidit. Soluit ꝙ imponi debet pœna mille tm̃ determinata, qa contraxit. In aliis aũt non imponeť determinata pœna mille. Quod duabus ꝓbat rõnib.qa illa pœna est cõtra ius cõe.l.si tibi.§.is cuius.ff mãda.de pœnis.l. qdã.in fi.ergo non trahitur ad alia.l.qđ uero.ff.de legi.&quia ĩpositio pœnæ est odiosa,ergo restringenda,ut in regula odia.& sic non hẽt locũ repetitio.allegat.l.talis scriptura.in fi.de leg.1. Sed pro associatione. & retentione in domo punietur extra ordinẽ per tit.de recepta.cum ibi no. & quia ex prædictis satis patet responsum ad cõtraria non iusto,sed remitto ad not.in d.l.nunq̃ plura. & in l.senatus. Et nota hanc decisionem q̃ uult ꝙ licet in statuto imponať in principio uni delicto certa pœna,illa tantũ nõ intelligiť in aliis capitulis inducẽtib. alia delicta repetita, sed remanet in arbitrio iudicis. Pro quo uide qđ habeť ꝑ Bart.in l.3.§.eritq; dñia. ff.ui bo. not.rapt.& in d.l.talis scriptura. de leg.1.

59 Quinquagesimonono † Circa dcm̃ statutum queriť. Quidam attentauit rebellare castrum,& ad actum proximum ꝑuenit, & sic cõtra eum processum fuit,& in bãno fuit positus.Titius cũ eo cõtraxit.Queriť an incidat in pœnam cõtrahẽtis cum bannito ob rebellionem castri uel pro rebellione.& uť ꝙ sic. l.si qs non dicam rapere, cũ materia sua.C.đ epis.& cler.Sed hic contrarium qa aliud est rebellionem fecisse, aliud attẽtasse l.fi.ff.de re. diui.& l.seruorũ.ff.de statu homi.& l.aliud de uerb.sign.Rebellio.n.denotat rem ꝑfctãe l.1.in fin.ff.qđ qsq; iuris. Pro hoc quod not. Cy.in l.is q cum telo.C.ad l.Corn. de sic. ubi dicit,ꝙ statutum qđ est factum cõtra occidentẽ non hẽt locũ in eo q attentauit occidere,licet punitus fuerit eadẽ pœna.Non obs.l. si quis nõ dicã.cũ si.qa licet puniať attẽtas sicut faciens in atrocioribus, nũ tñ punitur eadẽ lege,qa non est idẽ factũ.l.in lege. ff. ad l. Corn.de sic.l.aut facta.§. euentus. ff.de pœnis.& uide in Spec.de acc.§.1. uers.qd si primo.De rebellione aũt in gñe uel de rebellionibus.uide Bart.in l.respic.§.delinquũt. ff.de pœn.& latius in extraua.q sint rebelles.super uerbo,rebellare.& super uerbo,rebellando.

60 Sexagesimo quæritur,†Statuto caueť ꝙ bãnitus possit impune offendi. Altero statuto caueť,ꝙ non possint offendi banniti in festo S.Ioannis,qdam offendit bannitũ in rebus in festo S.Ioãnis Baptistæ.Quæritur an incidat in pœnã statuti. Vel pone ꝙ non est nisi ẽm statutũ. Quæriť an puniať de iure cõi an ex forma statuti.Alb.ubi supra q.111. dicit fuisse determinatum ꝙ solum pœna iuris cõis, & ꝙ pœna statuti locum hẽt in offensione ꝑsonali nõ in reali.Allegat ꝑ hoc.l.1.§.hæc aũt uerba.ff.de his q deie. uel effu. Sed dices tu hoc est cõtra ea quæ dicta sunt supra parte ꝓx.q.55.ubi dr̃,ꝙ statutum intellr̃ de quacũq; offẽsione qđ ẽt dixit Bart.in l. licitatio. § quod illicite,de publica. Sed ride, ꝙ ibi loqtur in statuto affirmatiuo. qđ tanq̃ factũ in fauorem reip. & quorũcunque offendentiũ debet large intelligi.ff.de cond. & demonst.l. hoc genus.Istud uero fuit factum in fauorẽ bannitorũ qbus non debeť tantus fauor, & ideo restringitur. Cũ igitur negatiue loquať restringitur ad offensionẽ personalẽ, ut hic, uel dic,ꝙ ibi tractať de statuto absoluẽte a pœna,ergo extẽdiť hic de condẽnante, ergo restringitur, ut in regula fauorabiliores lib.6.

61 Sexagesimoprimo quæro, † An bannitus de Florentia possit Bononiæ exercere offm̃ ad qđ ibi fuit electus. Ista fuit quæst. Alb. q allegat ubi supra ea.quæst.ꝙ sic.ff. de ori.iu. l.2.§.exactis. & in procemio. digestorũ. hæc aũt tria. & C.de epis. aud.l mathematicos. Allegat in contrariũ,qa sunt infames saltem ĩfamia facti q̃ eo socomitať ubiq; sicut lepra leprosum,ut no.in l.fratres a fratre.ff.đ cõd. indeb. Pro hoc de postu.l.ex ea. C.de dign.l. neque.de reg.iur.c.in familibus. lib.6 Et dr̃,

ꝙ uidit

ꝓ uidit seruari primam partem nisi esset in loco subdito eidem dño. Quo ad primum ui de quę dixi supra in 1. parte huius tpis. q. 48. ubi plene tractaui an sit infamis. Quo ad secundum uide quæ dixi ea. parte. 17. q.

62 Sexagesimosecundo † Statuto cauet, & bãnitus non possit esse de cõsilio ciuitatis. & ꝙ si fuerit assumptus qdqd factum fuerit non ualeat, bãnitus fuit electus ad cõsilium, & in te fuit, & offm exercuit, quęrit an sit remouẽdus, & an ualeant gesta. Hæc qõ fuit Guid. de Suz. & ponit in l. noiationes. C. de appell. & eius effectus refert ꝑ Ioan. And. in tit. de accus. §. sequitur. uers. qd si qs bãnitus suarum additionum. uers. cũ tractauerimus, q tenuit qd debeat ab offõ remoueri ꝑ d. l. nominat. & de appell. l. si costat. & qa factũ cõtra legẽ l. non dubium. C. de legibus. Nec obst. quod gesserit offm, quia ēt tutor post gestionem remouet. l. hæc n §. fin. de suspec. tu. dixi tñ per. cum gesta ualere per l. Barbarius. de off. pręt. de testam. l. 1. de senten l. si arbitri. cum si. Si latius uidere uis, recurre ad notata per Doct. in d. l. Barbarius. Primum procedit nisi bãnitus fuisset admissus in cõsilio tali modo ꝙ cũ eo uideri posset dispensatum ſm l. quidã cõsulebant, de re iud. ad quod faciunt not. per Bart. in l. si is q ꝑ emptore, in eo q in cõsilio fuit admissus ut ciuis, &c. Secundum, intelligo uerum præterq̃ in gestis in sui fauorem, qa in eo cessat ignorãtia quæ facit gesta ualere, ut dictis iuribus, nisi ēt ipse ignorasset ſm quod dicam infra hac ea. parte, q. ult.

63 Sexagesimotertio † Stante statuto ꝙ bannitus non possit eligi ad officia, quæritur, an possit esse ambasiator siue legatus dixit Alb. ubi supra. q. 87. ꝙ non, quia illud officium. C. qui. ex cau. ma. l. 1. Probatur etiam in l. legatus. ff. de legat. & in aliis iuribus.

Cum à modo sequatur tertium tps quod erit post finitum bãnũ, expedit, ut ad ea quæ illud finitũ accedamus. ꝑꝑ qd quærã de pluribus. s. q possint rebannire, qui possint talẽ rebannitionẽ petere, & de forma circa eius petitionẽ, & expeditionẽ. Et icipiẽs à primo.

64 Sexagesimoquarto quæro, † Qui sunt illi q põt bannitos rebannire, ut sic effectiue bannum dicat extinctum. Bar. in l. relegati. ff. de pœnis. dicit ꝑ illum textũ ꝙ solus princeps põt hoc facere, qd intelligit de bannitis à ciuitatibus sub illo principe existentibus, & ideo bannitus in comitatu non põt rebanniri nisi ab ipsa ciuitate cuiuslibet comitatus. In ciuitatibus aũt quę nõ recognoscũt princip ẽ uel ex pace cõstãtiæ, uel ex cõsuetudine põt illud facere cõsiliũ ciuitatis qd totũ populũ repræsentat. l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur & qd no. C. q sit longa cõsuetu. l. 2. & ita tenuit Ray. in l. 1. §. si cõsulto. ff de secun. tab. per l. nihil tã naturale. de reg. iur. & idẽ in aliis qb. ipsum cõsiliũ cõmisisset. Põt. n. statuta facere ut l. oẽs populi. ergo, &c. l. prohibere. §. plane. ff. qd ui aut clam. de quo uide ꝑ Bar. in l. ambitiosa. Et ibi an talis ptãs ueniat in gñali cõcessione arbitrii super bono statu ciuitatis.

65 Sexagesimoquinto quærit, † An ptãs ciuitatis possit rebãnire. Gui. de Suz in suis qõnibus sub lrã. S. terminauit ꝙ sic, qd facit ex eo ꝙ bãnitus malefactores facit capi, ꝑ l. nõ oẽs. §. fin. ff. de re mili. & ad uelle. l. 1. & 2 §. uerba. & C. in qui cau. ser. ꝓ præ. li. ac. l. 1. nisi statutũ aliter se haberet, ut l. oẽs populi. ff. de iusti. & iure. Et idem tenuit Gan. ut refert ēt Alb. ubi supra q. 65. Et allegat ad idem. l. si qs in graui §. utrum. ad Sylla. & C. q ad lib. ꝓcla. non licet l. 2 Bar aũt in distõne tenuit cõtrarium, ut tetigi supra hac eadem parte. q. 6 in fin. q text. in l. 1. in fi. ff. de qõ. Pro qua parte Alb. ꝑdictus alleg. C. de trans. l. præses. l. dist. c. 1. 2. 3. ff. de pœ. l diui. & l. relegati. Et dicit uideri expresse ꝓbari in l. prohibere. §. plane. ff. qd ui aut clam. Et hanc opinionem dicit tenuisse Hugo de fontana. Ipse uero cõcludit ꝙ prima opinio est uera, non existente statuto ꝙ uetet bannitos de banno eximi. Si autẽ tale sit statutum, tenet opin. secundã. Hæc sua opinio parum sapit, qa qñ est statutum, ptãs q iurauit illud seruare non põt cõtra facere. Et si dicis põt ex causa. ut l. fi. quis a tisd. cogan. Rñdet, ꝙ tunc esse uel nõ esse statutum nihil releuat, ut de se patet. Puto autẽ in hoc sic dicẽdum, ꝙ aut statutum in ciuitate dat formam rebannitioni. & illa seruanda est l. cum hi. §. si ꝑtor. ff. de trans. Si uiro statutum formam non tradit, & ptãs est electus cum mero, & mixto imperio, aliquo non excepto. & poterit ꝓ rebannitione banniti legẽ facere seruata forma quã seruare debet in statuto cõdendo. s. uocatis ꝓceribus, &c. ſm qd tradit per gl. Cyn. & Bar. in l. 1. ff. qd q sq; iuris. & ēt per Bart. in l. oẽs populi. q. 1. & hoc modo põt saluari dcm affirmatiuum Guid. cum dicto tñ Alb. qa si esset statutum in contrariũ licet illud posset tolli à populo, nõ tñ.

potest tolli à ptāte, quia non pōt cōtra illud qđ a cōcedente sibi auctoritatem est ordinatum. C. de off. præf. præt. l. normā. & ff. man. l. si hoīem. & ita intelligo qđ not. prędictos in d. l. 1. qđ ēt uoluit Barto. in l. ambit. licet de ptāte non loquatur. Si uero uult facere ꝑ seipm, aut per uiam gr̃e, siue legis, & nō pōt. ut d. l. 1. in fi. de qō. & qđ per Bart. no. in d. l. oēs populi. Si uero per aliquā uiā iustitiæ, ut per uiam res͂ ōnis in integrū ex iuxta cā. Vel ꝑ uiam cognōnis ordinariæ, ut dicam in seq. Et tūc pōt, quia sub iurisdōne, siue arbitrio gn̄erali talia cōtinētur. l. abn̄tē. C. de acc. & in tit. de rest. in integ. Dixit ēt Rayn. ꝙ si ex forma statuti ptās pōt differre bānum ad tp̄s, & illud distulit, ꝙ eius successor pōt illā dilationem reuocare arg. ff. de diuor. l. quod ait. & ibi per eum, qđ mihi non est clarū nisi intelligatur secundum not. in l. fi. ff. de pœ.

66 Sexagesimosexto quæro † Titius comparuit coram ptāte dicens Titium fuisse bannitū, & dr̃ ꝑ multos ꝙ ipse est ille qui cōtinet̃ in banno. Ipse aūt dicit se non esse illum, de quo dictat bannū. Quæro an id possit petere & iudex sic declarare, & si pōt qui sint citandi. In hoc primo qualr̃ hoc posset cōtingere, uide supra in 1. tp̄e, par. 3. q. ult. Et ēt uide q̄ dixi supra parte prox. q. 26. Et dic ꝙ sic, argu. C. de ing. & manu. l. diffam. ff. ad mun. l. de iure. & ita in simili determinat Bart. in constit. qui sint rebelles. in gl. super uer. rebellando, uers. circa primum quæritur. Ad qđ facit qđ ēt ipse tetigit in l. ubicunque. §. interdū. ff. de uen. in poss. mit. Debet autē citare regimina ciuitatis, s̃m not. ꝑ Bart. in cōst. ꝑced. su ꝑ uerbo citata, quæ pūctualiter obseruant̃. Poterit ergo causa cognita declarare illū nō esse illū de quo in bāno dr̃. Et ita iam seruari uidi. Faciūt no. ꝑ Bar. in l. dem. de cōd. & demō. in l. inter stip. de uerb. obl. & in l. diuus. de cus. reo. de quo dixi in parte præced. q. 34.

Viso ergo qui sint illi qui pn̄t rebannire.

67 Quæro sexagesimoseptimo † qui sunt illi q possunt petere, ut bannitus rebāniatur? Dn̄t quidam ꝙ aut ponitur remissio post banni executionem. Et tunc extraneus petere non pōt, sed affinis sic allegant. ff. de pœ. l. in metallum. Si uero petitur ante executionē, tūc pōt quilibet ff. de appel. l. non tm̄. Mihi autē non ur̃ quod illa iura faciant ad propositū, lxe. n. non tm̄, loquitur in appellatione eius qui pœnæ seruus est. l. qui ultimo. ff. de pęn. cum ibi no. & ideo aliter dicendum puto, ꝙ aut petitur remissio banni per uiam gratiæ, & unusquisq; pōt illam petere. & si cōcedat̃ ab hn̄te ptātem ualet remissio. Nihil. n. ob. stat. l. 1. §. usus ff. de procur. quinimo motu proprio fieri posset. Si uero petitur per uiam iustitiæ. tunc puto, ꝙ ipse posset petere, uel ꝑ uiam appellationis, uel nullitatis, uel per uiam supplicationis, uel in integrū restōnis. De quibus modis aliqua dixi supra in 1. tē. par. ult. in plurib. particul. qōnib. Ac ēt quia uelit probare se seruasse illud ꝙ s̃m reformationem eum a bāno eximit. puta se seruisse in exercitu, & si. licet. n. alias sit ei audientia denegata non tn̄ in talibus denegatur. iuxta no. per Innoc. in c. cum inter. de excep. & in c. intelleximus, de iud. & pluries dictum est.

68 Sed tunc sexagesimooctauo quæritur † an talis petitio possit fieri per procuratorem? Et ur̃ ꝙ sic, quia si per se ergo ꝑ procuratorem l. filiusfamilias, de proc. ff. qui pet. tu. l. 2. cum simil. Non. n. disputatur, de crimine, sed solum de processu, colligitur ex not. per Innoc. in c. dudum, de elec. & sic admitti debet procurator. C. ad l. fa. de pla. l. 1. & l. p̄ses. In contrariū ur̃, ꝙ non possit, q̄a in causa appellationis uenit causa nullitatis, & tn̄ non pōt interuenire procurator. Primum patet in l. si expressum, de app. & C. qn̄ pęouo. non est ne. l. 1. s̃m probatur in l. 1. an per alium causa ap. Dicit Bald. ꝙ ubi directe, uel indirecte cognoscitur de crimine, non pōt procurator interuenire, alias sic & ita dicit seruari, ut ipse scribit in l. reos. C. de accus. iuxta fin. qđ uerū est, & ita seruamus, & habet locum quod dcm̄ est in bānito a relegatione supra. Si autē fuisset bannitus in pœna pecuniaria. tunc sine dubio pōt per procuratorē petere. Nec habet obstare, qđ bānitus nō audiatur ex forma statuti in ciuili agēdo, uel defendēdo. & sic uideatur tractari de pęna personali ut l. hi q sanctam. C de apost. q̄a quædā sūt pœnæ afflictiuæ, & de illis loquit̃ mā. l. reos, cū cōc. Quædā sunt pęnæ exclusiuæ, ut est pęna ꝑdicta, & in illis pōt procurator interuenire s̃m Iac. in d. l. hi qui. Præterea illa pœna hr̃et locum post bannū decursum non ante s̃m Bald. in l. seruum quoque. §. publice, de ꝑcur. Aduerte tn̄, quia in tali causa ēt ubi de remissione tractatur debet esse spāle mandatum s̃m Gui. in Spec. de procur. §. 1. uers. sed nunquid media. & Bald. in d. §. pub. & ꝑ Bar.

& Io.

& Ioan.But.in l.non solum.§. fin.ff.de proc. ubi bonus tex.Facit ad ꝓpositum optime l. Pomponius, de ꝓc.& qđ dixit Bart. in cõsil. 84.qđ incipit In causa Vannisgerii, ubi per aliã legem cõsuluit in petitione relaxationis à captura ꝑsonæ ẽt pro causa pecuniaria req ri spãle mandatum. ex quo patet ꝙ ꝑ talem uiam petendi remissionem à banno in iudicio non admitteretur coniuncta persona sine mandato. l. patri. & illud. ff.de mino. & per Doct.in l.sed, & hęc, in prin.de proc.

69 Sexagesimonono. † viso ꝙ quilibet põt ꝑ uiam gratiæ remissionem banni petere. Quæro qa supplicatio debet formari certa.l. ut responsum.C.de transf.& C.ut lit. pen. l.2.quõ poterit extraneus hoc facere cũ scriptura bãni ad eũ non ꝑtineat, & sic non poterit petere sibi edi ff.de ędend.l.quædam.§ ꝑtinere.dic ꝙ scriptura bãni est publica,& ideo det ędi cuicũq; petẽti, maximè qñ bannitus põt à quocũq; offendi, qa uniuscuiusq; ĩterest.ff.de po stu.l.ex ea ſm Bar.in l.2.§.diuus. de iure fisci.

70 Septuagesimo quæro, † Minor.reperiť in banno, non habet curatorem, uult ipsum curatorem petere, ut possit ꝓuidere de sua cancellatione uel de aliis iuris negociis, qriť qs dabit ei curatorem. An iudex loci à quo exulat. An iudex loci in quo permanet. Gui. de Suz.in l. 1. C.ubi tutor.uel cura. pe. dicit ꝙ ꝑꝑ necessitatem licet illud qđ alias non licebat.ff.de of.con.l. una, & ibi conc. sed in proposito ꝑꝑ personæ periculũ imminet necessitas cum illuc ire non possit sine uitæ discrimine, & ideo ille iudex sub quo degit curatorem dabit.Facit.ff.de inter.& rele. l.relegatorum.§.interdicere,& ad muni.l.filii.§.releg.& l.eius qui.§.fin.& ita sequitur Ioan. Andr in add.Spec.in ti.de cura. in prin Rõ decisionis prædicte locũ habet ubi sit bãnitus ꝓ ꝑsona, uel membro, uel tanta quãtitate quę ſm statutum suum sit maior pars suæ substantiæ, uel ꝑꝑ litẽ.ff.de excusa.tut.Sed ubi esset parua quantitas ſm sui quantitatem, iuxta not. in auth.præterea.C.unde uir, & uxor.talis rõ cessaret,& sic nõ hřet locum dispositio. l. qđ dictum.ff.de pac.nisi esset statutum ꝙ impune possit offendi,quia tunc talis timor dispositionem prædictam inducit, ut ubi supra.

71 Septuagesimoprimo † Bannitus expulsus de ciuitate Florentia cũ tota sua prole mortuus est in ciuitate Bononiæ uel alibi recto filio impubere qui habebat oĩa bona sua Florentiæ q non hẽt tutorem testamentarium, uel legitimum,& indiget tutore quæriť qũo, & per quem iudicem sibi cõsulat. Istam. q.disputauit Osber. de Cremona, & eam refert Alb.ubi supra q.90. In qua ꝓlixe procedit succincte referam substantialia, & ꝙ pupillus ut oĩ auxilio destitutus. arguit qa sunt plures species tutelarũ rŕ, testamentaria,legitima, & datiua. Primis duabus cessantibus locus est tertiæ. C. & ff.& in li.inst.in mã tutelarũ, & ab ordine titulorũ. Sed duæ primę cessant, & tertiæ locum non est ut probabo ergo,&c. Probat aũt, qa certa sunt loca, ubi pñt peti tutores,& dari.s.locus originis, & domicilii, & ibi innuiť, saltem à sufficiẽti partium enumeratione, sed ibi non põt dari obstante statuto ergo, &c, qa paria sunt nõ posse fieri de iure l.1 §.ꝙ si nemo. ff. qđ cuiusque uniuer. no.cum si.Item qa iste non est de iurisdõne illius iudicis, ergo ei dare non põt.ff.de tut. & cu.da.ab his.l.ius dandi.iunctis not.in §.relegati. inst. qui. mo.ius pa.po.sol.Item cum non habeat uoluntatem cum ęquiparetur furioso cum non possit ire ad Imperatorẽ uel Romam, maxime ꝑꝑ expensas, & distantiã itineris, & qa non põt sibi cõstituere domicilium.Itẽ qa non põt dici fugitiuus. uť omni auxilio destitutus. Allegat ad prędicta ꝑ ordinem de acq. hæred. l. Pupil. si cer.pet.l.certi cõditio.§.qm.de polli.si quis rem.§.uoto. de tut.& cur. da.ab his l. Pupillo. de ser. expor. l.Titius. In contrarium arguiť primo, quia Pupillus põt suam cõdõnem facere meliorẽ ẽt sine tutore.inst.de aucto. tu.in prin. ita in puncto dř, ꝙ indiget tutore, ergo debet petere posse de iur.om.iud.l.2. cum si. Secundo, si cum tutore litigat põt petere curatorem de tute.l q hẽt. §. si Pupillus, & ille põt dari quocũq; loco, & tp̃e,ut ibi ergo, &c. Tertio, qa põt impetrare iudicem. C. qñ impera. inter Pupil & ui. l 1. Quarto, quia impetrare põt ius annulorũ.ff.de excus.tu.l.cũ ex orõne Quinto, qa iurat, & obligať. ff de ope.lib.l.ut iur.iu.& de lib.cau.l.fin.Sexto, qa fit miles.C. qui testa. fac. pos.l.fin. & per conñs nouum contrahit domiciliũ.C.ubi mi.causa.l.1.Septimo, quia contrahit sponsalia.ff. de spon.in l. in sponsalibus. Octauo, quia petit in iudicio alimẽta à tutore.ff.ubi Pupil.edu.de l.fin. Nono, qa implet,& impedit conditionem.ff.de cõ l.& de l. cõditionib. Pupillus. Decimo qa ad tutores petẽdos Romam uadit. C.de neg.

gest.l 2. Vndecimo, quia ꝑꝑ necessitatē cessat iuris dispō.de off. cōsul.l.1.& ideo ꝑꝑ necessitatem non iudex dat tutorem, de tu.& cu.da ab.his l.ubi absunt.Duodecimo, licet datio tutoris sit mixti imperii tñ fauore pupilli delegatur.ut no.ff.de iu.om.iud.l.1. Decimotertio, quia ꝑꝑ necessitatem interuenit pupillus in iudicio momentaneæ possessionis.C.qui le.per l.fi. Decimoquarto, quia pōt ꝑdere domicilium ꝑꝑ deportationem. ff. de iure.l.si deportati, sed deportari, & relegari pōt, ergo sortitur domicilium ꝑꝑ deportationem ad mu.l. fi.§.releg. & l.eius.§.fi.Decimoquinto, q̃a cōsentit manumissioni ꝑ quā efficitur ciuis, & incola.ff ad munic.l 1. ergo cōcluditur, ꝙ in loco in quo degit pōt sibi tutor dari. Soluendo tenuit pupillo cōsuli posse altero de duob.modis, uel ꝑ translationem facultatis ad alium locū, uel ꝑ electionē domicilii ẜm Azo.in sum.ubi pe. tu. licet Hug. aliter dixerit in cōst.domic de tut.& cor. da. ab hi l.1. q̃a tñ translatio facultatis est difficilis residet in cōstōne domicilii, & ꝙ possit sibi cōstituere domiciliū probat.domiciliū. n. pr̃is de necessitate non sequitur. ad munic. l. assumptio.§.1.& l.filii liber.§.pr̃is, ubi expssum est ꝙ eligere possit ubi uelit, qđ pater, q̃a nō reperitur ei ꝓhibitum ergo ꝑmissum ff.de ꝓb. l. ab ea parte, & ideo arrogatur de cōsilio ꝓpinquorū.ff.de adop.l.2. ꝑꝑ qđ sortitur domicilium. ff.ad mun.l. 1 subdit se credere eū petere posse à iudice Boñ.q̃ adm. ad bo. poss. l fi. dicit ēt ꝙ eps loci uñ est expulsus posset sibi dare ī defectū iudicis secularis. C.de ep.aud.l.si p̄ses,& l.fi. de ann.exc.l.ut ꝑfectius,& ad cōtraria dicit facilr̄ patere īnsū. Inserui hāc propter duo. Primo, propter particularia quæ tangit fieri posse per pupillum sine tutore. Vide tñ q̃ ᷉hn̄r in l.1.ff. de noua. Secundo, ꝑꝑ hoc ultimum dcm̄ ꝑ qđ patet, ꝙ uacante ptāte ubi solus sit qui possit dare tutorē poterit recurri ad epm̄, qđ credo dr̄e intelligi si decuriones non dant illum, pn̄t.n. in l.ubi absunt.de tu.& cur.da.ab his. Pro eo aūt qđ dcm̄ est, supra pupillū sibi cōstituere domicilium.uide Bart.ff.ad mun.l.placet, & quod dixi supra iuxta fi. 44.q.hac ead. par.& pro principali mā qō. uide in l.pup.de tu. & cur.da.ab his,& l. legitimos,in prin. ff. de le. tut.ubi plenè.Sed pone in q. ꝙ talis popillus hr̄et bona alibi non in domicilio originis à quo exulat, sed in alio in quo nullum habet domicilium, quis dabit ei tutorem. Dixit tūc Bart. dari tutorem per iudicem originis, & illam dationem extendi ad bona alibi sita, al legat.l. ꝑꝑ litem.§.licet.ff.de exc.tut.& l.magis puto.§. illud.de re.eo.reprobata gl. l.non solum.§ q̃ testō. de exc.tut.& in l.legitimos, dicit ꝙ talis tutor poterit administrare sine auctoritate iudicis loci in quo sunt bona sita si non habet cōtradictorē, alias illius iudicis reqritur interuentus, ut ibi ꝑ eum. Intelligūt quidam id uerū qñ iudex originis simplr̄ dat tutorē. Si aūt exprimeret se dare ēt ad bona alibi sita, dn̄t non ualere dationem quo ad illa bona. Quedam. n. tacite ueniunt q̃ expssē nocent.l.nonnunq̄, de cond.& dem. cum si. & ita soluunt gl.d. §.qui testō. In proposita igitur q.sit cautus iudex ut simpliciter det pupillo tutorem non expresso, ꝙ extra suam iurisdōnē se intromittat.l.fi.de iuris.om.iud.

Hæc de præambulis ad absolutiones à banno. sed septuagesimosecundo quero. † Ti-
72 tius erat bannitus pluribus bannis, quod fieri potest, vt sæpius dcm̄ est, maximè in 1.tp̄e par.1.an sufficiat sibi una absolutio, an vero habet necesse plures absolutiones hr̄e? Dixit Cyn.in l.si libertam.C.de nup. quòd aut talia banna descendunt ex eodem facto, & tunc sufficit una. Si uero ex diuersis factis descendunt plures absolutiones requiruntur, allegat. ff. ad Turp.l.1. §.si plura.de no.op.nun. l.de pup.§.si plurib. Qñ ex eodem facto descendunt, dixit Bart esse posse, vt quia iudex inqrit uenit syndicus,& denunciat, supuenit pars, & accusat sup oībus, iudex fert sn̄iam cōtra Titiū cōtumacē, de quo per eū in d.§. si plurib. Sed Ray.in d.l.si libertā.dicit ꝙ ēt si ex diuersis factis descendūt sufficit una absolutio si oēs causæ in absolutiones exprimātur alleg.not.extra de sent.excō. c. cum pro causa,& ita ēt tenet Iac.de Are. ī d.l. si libertam. Sed Bart elegantius more suo in hac mā distinxit in d.§.si plurib. quod aut quis petit se absolui a iudice ex mera iustitia ꝑꝑ aliquam causam,& tunc una absolutio gn̄alis nō porrigetur nisi ad causas expressas in petitione. l.licet.C.de iud.& de arb. l.de reb. Qñque petitus uera absolutio ex mera gr̄a, vt à principe, vel à populo ẜm ea quę dixi supra in q. 64. tunc si fuit absolutio gn̄alis sine aliqua partis petitione, vel ēt præcedente petitione gn̄ali, sufficit & porrigitur ad oēs causas. q̃a princeps, vel populos uīr hoc fecisse ex certa

scientia

scientia. C. de abol.l.2. Sed si petens aliquas causas expressit adiecta clausula generali, & tunc fuit tacita aliqua cā grauior expressis, & tunc est uerisimile concedentē si sciuisset nō fuisse concessurum. & iō tūc erit nulla super toto, arg.C.si contra ius.uel utili, pub.l. præscriptione.extra db rescr. c. super literis, & facit cle.non potest, de procur.Si uero fit absolutio a patre ad cuius petitionē fuit datum bannū.De quo dicā infra q.86. & tunc sine dubio sufficit una absolutio gñalis l.emptor.§.Lucius.ff.de pac.& de noua.l.fin. nisi fieret ex cā transactionis, qa tunc refertur ad ea de quib.erat lis.C.de transf.l.si de certa,& l.age.& l.sub ptextu, & hoc cōiter tenēt oēs.

73 Sedtuagesimotertio quæritur ecōtra.†An ex plurib.ex bānitus possit absolui ab uno bāno tm̄? Bar.in d.§.si plurib.proxime allegato dicit, ꝙ si bannum quod remanet est tale, ꝙ facit eum perdere iura ciuitatis suæ ꝓm ea, quæ dixi in l.quidam,de pœnis, & melius dictum fuit supra in i.parte huius tpis, q.5. & tunc in eū nō pōt cadere absolutio ab uno, qa absolutio est redditio beneficiorum ciuitatis.Sed postea cū ab alio banno absoluetur prima absolutio confirmabitur.arg.ff. cōm. præd.l.fi.si uero bannū,qđ remanet non facit eū hostem ciuitatis nil obstat qn unū possit tolli alio remanente.l.fin.C.qui. mod. pi. uel hyp.sol.& l.si quidem.C.de transact. Ista decisio in primo mēbro est periculosa. Si n. ante liberationē ab alio banno caperet posse fieri executio ꝓm eum quod esset iniquum.& ideo dixit Ang.in d.§.si plurib ꝙ imo ēt ubi aliud remanens facit eū hostē ciuitatis pōt uno tali alio remanente nihil allegat. Facit de reg iu.x̄m naturam,& de solu ꝓut qsque. Sicut n.separate dantur, ut dixi supra s.in i. tempore,parte i.q.3 ita pn̄t separate tolli.

74 Septuagesimoquarto.†In ciuitate ordinatum est,ꝙ banniti in pecunia rebanniantur, & quod habeant pro cācellatis,quærit an eo ipso,ꝙ sic ordinatum est sint rebāniti absq; eo ꝙ de facto cācellentur? Dixit Bar.in l. emptos.§.Lucius.ff.de pac.ꝙ aut in reformatione dr̄ ꝙ debeant rebanniri, & tunc nisi de facto rebāniant rebāniti non erunt.C. de sol. l. ind.& quod ibi no.& ff.de pet.hær.l. si quis libertatem.Aut dr̄,ꝙ habeātur ꝓ rebānitis, & tunc absq; cancellatione de facto rebanniti intelligūtur per dcm̄.§.Lucius,& de adim.le. l.nihil,quod sequitur ibi Bal.& alleg.ff. de legat.i.l.hmōi.§.si cui ita.Sed prædictis opponitur,ꝙ aliud est hr̄i pro cancellato,& aliud esse cancellatum de uerb.sig.l.mercis, & qđ ibi siot.Sed illud uerū in his, quæ sunt facti. In his aūt q̄ sunt iuris talia uerba importāt ueritatē l.si maritus.§.leg. & q đ ibi per Bar. ff.de adul.& plenius in l.si is qui pro emptore.de usuc.Si tñ uis, ꝙ in eorū fauorem plenius disponatur,facias, ꝙ reformatio dictet, ꝙ habeantur,& sint rebāniti,& cācellati,& ꝓ legitime cācellatis. Hoc tñ intellige ꝓm ea q̄ dicam infra in seq.tpe parte i.q.2. & etiā 1.

75 Sed circa idē septuagesimoquinto quærit. †Tres erant bāniti in eadem sñia, uirtute reformationis duo debebāt cācellari. Notarius afferens se facere uirtute reformationis cancellauit oēs cum dr̄et tm̄ duos cācellare,quærit an tertius de quo non dictat reformatio dicatur a bāno liberatus, siue exemptus, dic ꝙ nō, qa cancellatio restringitur a cā suæ cācellationis.l.cancel. ff. de his quæ in test. delen.Et ibi ꝑ Bar.in terminis. Et idē dicendum est si unus hñs plura bāna dr̄et ex aliquib.cācellari,& fuerit ex oībus cācellatus eadem rōne. Vide tñ quæ dicam in q.supra prox.alleg.

76 Quæro septuagesimosexto.†Statutum est in ciuitate,ꝙ ad petitionem creditoris possit debitor non comparens pro debito non soluto condemnari in certa quantitate soluenda fisco ꝓm debiti quantitatē,& in dicta quantitate banniri.Titius debitor ad petitionē creditoris fuit bannitus. An ad dicti creditoris petitionē debea de bāno eximi,& cancellari. Dixit Guil.in l.si.ff.de off.proc.Cæs.ꝙ nō ꝑ illum tex.& per l.2.in fin.C.de lib. & eo. lib. Sed Bar.in l.1 §.& post operis.ff de nou.opē. nunc.ubi tex.facit in contrarium. Dixit, ꝙ qñq; bannum cōtinet aliquid tediosum solū fauore creditoris,utputa,ꝙ non audiatur ad ius nisi soluat,& tūc potest tolli simplici conuentione,ar.illius tex. sicut pōt tolli res iudicata,arg.l 4.§.si ex cōuentione.de re iu.& C de exec.rei iu.l.2.Qñq; cōtinet aliquid pœnale præcise,ut si nō soluerit usq; ad Kal soluat tm̄ fisco oōīe pœnæ, uel sit priuatus officiis,&c.Et tunc postq̄ incidit in bannum nō pōt tolli partiū conuentione, quia alteri est ius q̄sitū,ut l.iurisg §.si paciscar.de pac. Sed si in bannum noo incidit, sed adhuc est intra terminū banni tūc ex sola partium uolūtate pōt terminus ꝓrogari, & adueniēte termino ꝓrogato incidit in bannum,nisi soluat,qa ꝓ

rogatio intelligitur facta cum omnibus suis qualitatibus.ff.de iud.l.2.§.si iudex.& uide la tius ibi per eum. Nunc ad ꝓpositum cum in terminis p̄sumat̄ bānū esse decursum, cōstat ꝙ illud ad uoluntatem creditoris cancellari non pōt.In hac tñ ciuitate est statutum,ꝙ ēt post datum bānum, & decursum terminum posset tolli intra certū terminū ꝙ hic seruan dum ēst. Aduertendum tñ ad illud qđ dixit Bar.ꝙ vbi adhuc durat terminus bāni possit fieri ꝓrogatio.& ꝙ aduenięte scđo termino si non soluerit in pœnam appositā in primo termino incidit̄,qa hoc non ur̄ bene dictum. Nā ex tali snīa quasi contrahit̄. l.3. §.licet de pecul.sed in pęnis cōuentionalibus pœna ad iecta in primo termino non ur̄ saltem effecti ue repetita in termino ꝓrogato l.cum stipulatus sim mihi à ꝓculo.de uer. obl. & qđ ibi not.Praeterea talis snīa est cōdōnalis.& ideo non debet cōmitti nisi proprie existat condō sub qua fuit cōcepta.ff.iud.sol.l.si fine.& l.cū apud.Et ideo forte illud eius dcm̄ in hac parte non ꝓcedit.& aut in nullam pœnam incidit,aut incidit in illā aduenięte primo termino,ꝓ cuius declaratione uide q̄ dicā in q. 2.

si is qui nauem. Et ideo casus omissus pro omisso debet hri. ff. sol. mat. l. si cum dotem. in princ. de lib. & posthu l. commodissime, & ideo cū de filiis in exceptione nulla fiat mentio, ergo tanq̄ omissi remanent in rła supra dicta, & sic non hn̄t beneficium. Quintam, arguit ab euitanda uerborū legis offensione. l. non dubium. C. de legib. ff. eo. tit. l. cōtra legem, & l. fraus, sed si uolumus ꝙ filii qui nō cōtinent̄ in uerbis legis habeant beneficium legis eius uerbo offendimur, ergo facere non debemus. Sextam facit à remotione causæ ipsius beneficii Cessante. n. causa concessionis cessat illud beneficium. l. gn̄alr̄. C. de episc. & cler. l. cum pr̄. §. dulcissimis. de leg. 2. in fi. de donatio. l. 1. §. sexū. de postu. illa aūt dr̄ finalis quę colligitur ex uerbis legis. ff. de admini. stra. tut. l. 3. §. 1. & l. ita aūt, ī prin. & de flumi ni. l. 1 §. non aūt omne. Et de adult. l. patricum l. seq. Sed ex uerbis dicti statuti colligit̄ ꝙ ideo cōcedit̄ beneficium ut bannitus redigendo castrum in fortiam purget infamiam. Sed ista rō cessat in filiis, ergo non habebunt beneficium. Finalr̄ soluti ꝙ filii Titii non habeant tale beneficium his uerbis, q̄a ubicunq; lex imponit pœnam filiis ob delictum patris ur̄ imponere ꝑꝑ p̄sumptionem culpæ, & malitia q̄ à patre descēdit in filios. l. q̄squis. C. ad l. Iul. maiest. Si ergo pr̄ bannitus nō reduxit castrum in fortiā ciuitatis non purgauit cōtumaciam, & culpam suā, durat ergo post mortē eius p̄sumptio culpæ patris q̄ descendit in filios. Ergo non debent euitare hanc pœnam redigendo castrum in fortiā ciuitatis, q̄a pœnitentia unius non purgat alium. l. edicto. §. hæredes. ff de iur. fisci. Multū. n. differt purgatio patris à purgatione filii. C. de reb. cred. l. gn̄alr̄. Ad q̄d de purg. iud. l. is qui reus, & rō legis, quæ est in l. si pęna, ff. de pęnis, pręterea pr̄ istorū iam fuit ꝑꝑ delictum damnatus, & sic eius filii delictū eius non purgabunt, ut l. ex iudiciorū cū mā sua. de accus. præterea lex ipsa ꝑsonalr̄ scripta fuit nisi bānitus redegerit, &c. Ergo non debet trahi ad aliū. l. aut q̄ alr̄. §. 1. ff. q̄d ui aut clam. Rn̄det ad contraria multum diffuse, sed breuissime referā q̄a aliquid boni dicit. Ad primā de identitate ꝑsonarū rn̄det, id uerū q̄n ꝑ oīa est repsentata quę hic nō est cū filii nō sint bāniti, & q̄a ipsi purgant delictū patris sicut ipse pr̄, alleg. de solu. inter artifices, & alia iura. Ad secundam rn̄det, q̄a non est eadē rō ut supra q̄a pr̄ purgat cōtumaciam, filii non. Ad tertiam rn̄det, q̄a hæc uerba sunt clara cum loquit̄ de bānitis, & l. cōtinuus, §. cū ita, de uerb. obl. Et eodem modo rn̄det ad quartam. Non obst. 5. de æquitate, quia locū hēt ubi æquitas est scripta. At hic est scriptus rigor, ergo ille seruandus. C. de legi. l. 1. & q̄d ibi not. Nō ob. 6. rō, q̄a hēt locum in eo in quo sunt pares. non autem in eo in quo sunt dispares, sed hic non sunt pares ut dictū est, q̄a bānitus purgat delictum, ipsi non. Non ob. 7. rō, q̄a illa rō locū hēt q̄n plures essent obligati ad interesse, sed hic erant obligati ad meram pœnam, quam re, & c. l. adeo, & ibi not. de iuris. om. iud. Ad alia iura rn̄det, ꝙ nominatio facta de bannitis tollit cōtrariū, & multa dicit, & inter alia, ꝙ rō facta q̄a sunt cōsortes locum hēt in iure indiuiduo alias nō C. si una eademq; cau. in integ. resti. po. l. 1. Quia ut dixi in ꝓœ. hæc antiqua non pn̄t hr̄i correcta, non pōt ꝑcipi qualr̄ loquæret̄ statutū. Ex una. n. rōne facta supra. s. tertia sumit̄ siue colligit̄, ꝙ statutum non dicebat expresse de bannitis, sed simplr̄ nisi redigerint, &c. Ex decisione aūt, & rn̄sionibus ad cōtraria colligit̄ ꝙ de bānitis expresse dicebat, & ideo hęc decisio uidet̄ mihi tuta. Si. n. statutū loquit̄ simpliciter ī exceptiōe nisi redegerint castrum in fortiā, &c. uidet̄ ꝑ eadem iura exceptionē debere ītelligi in illis de q̄bus p̄cedebat rła, sed rła erat de bannitis ergo, &c. Et sic meo iudicio concludit̄ ꝙ aut statutum loquit̄ singulariter, ut q̄a dicit bannitus ꝑ rebellione, & eius descendentes, &c. Et subdit nisi bānitus redegerit castrum &c. Et hoc casu sit uera decisio supradicta. l. si uero. §. de uiro. ff. sol. mat. cū sim. Si uero loquit̄ in plurali, & idem si dicit nisi bāniti, &c. Si uero simpliciter dicat, ut ī themate dixi. puto decisionem cōtrariam ueram esse ꝑ rōnes in contrarium allegatas, siue earum partem, & q̄a pluralis sermo resoluit̄ in singularitates. l. falsa. §. fi. de cond. & demon. & ibi concor. & sic intelligit̄ ꝙ eatenus habeant beneficium quatenus redegerint si oēs oēs, si aliqui aliqui. l. Stichum q̄ meus erit. de leg. 1. quod intellige si alii fuerint resistentes, uel nō cōsentientes. l. ita aūt. §. gessisse, de admini. tut. & hoc si filii banniti hæreditatem non adeunt. Si autē illi se immiscent, dubiū est leuius quasi tunc uideat̄ in eos transmisisse ius cōdōnis implendæ. l. 2. C. de pact. inter empt. & uend. cū ibi not. & ꝑ Bart. in l. si decē cū petiero. de uerb. obl.

obl. Nisi dicas ꝙ in disponibus legalib. id locum non habeat ꝑ ea q̃ dixi supra hoc eodẽ tpe, parte 1. q. 1. Vnũ tñ cõcludo, ꝙ qa hæc lex est fauorabilis, & utilis reip. ut inuitent filii ad redigendum castrum in fortiam ciuitatis debet larga interpretatione iuuari, ut sic filii prædicti gaudeant in dubio statuti beneficio. l. hoc genus. ff. de cond. & demonst. & l. 1. ff. sol. matr. Nec miretur quis de decisione Ray. qa ut scriptum reperi hanc disputationem fecit tpe iuuentutis. i. non tãtæ ꝑfectionis quantæ postea fuit. fecit enim ipsam in 1327. & mortuus est eodem anno 1358.

13 Decimotertio pone,† statuto cauetur, ꝙ uxores bannitorũ ꝑpetuo sint bannitæ. Titius bannitus ꝑmortuus est uxori. Quæritur an uxor ꝑdicta intelligatur bannita, an uero bannum intelligat extinctum, Iac. de Are. in l. Titia Seio. §. usuras. de leg. 2. dixit non iurare bannum, qa illud uerbum ꝑpetuo, intelligit quandiu manserit uxor, ar. illius tex. sed ipsa amodo non est uxor l. Quintus, de donat. inter uir. & uxo. & ff. de au. & arg. leg. l. qui tibi. sicut in simili alias accipit illud perpetuo, ad Carb. l. ideoq; & l. de bonis §. 1. & de c. d. l. 2. §. fi. Sic ẽt dr, ꝙ quis sit perpetuo excõicatus .s. quandiu non purgauerit cõtumaciã. 1. q. 1. c. reperiũtur. Item, & alia rõne, qa imposita est pœna sub noie appellatiuo, qa statutum dicit uxores, ergo finito noie finit, & pœna, sicut, & finito noie agnationis finiunt tutelę q̃ deferunt ut agnato. ff. de c. d. l. tutelas. pro hoc C. de infir. pe. celi. l. 1. §. 1. ff. de adult. l. adulter diem suũ. & de contratabu. l. si emãcipatus. § fin. Idem sequit ibi Ray. alleg. ultra Iac. ff. de cond. ob cau. l. ꝙ seruus. de uerbo. obl. l. continuis. §. illud. de postul. l. cui eorũ. §. affinitatis. de annu. leg. l. annua. §. 1. de cõd. & dem. l. filio. & de stip. seruo. l. cõis seruus. & ff. pro socio. l. 1. & qđ ibi not. circa signatũ illius dictionis ꝑpetuo. alle. ẽt qđ not. ꝑ Pe. C. de iud. l. properandum. §. sin aũt, &c. & 11. q. Idẽ ẽt tenet ibi Bald. & nihil alleg. facit ẽt ff de diuor. l. fin. §. ait lex. & ad Muni. l. fin. & §. idẽ rescripserunt mulierem. In cõtrariũ tñ facit. ff. de sena. l. fœminæ. & l. filii §. uidua ad muni. C. de bo. ma. l. 3. Sed rñdeo, ꝙ uerũ est ꝙ quo ad fauorẽ dr durare matrimonium, non quo ad odium. Et uide plene in d. §. uidua. Bart. aũt in d. §. usuras. dicebat simplr ꝙ statuto disponente uxores rebellium nõ posse stare in ciuitate. Illud non hrẽ locum uiro mortuo, qa finita est causa odii, ut d. §. affinitatis. Sed hẽt illa qõ minus dubii, qa nõ dr ꝑpetuo. & idem ꝓbat in l. fi. C. q ad lib. pro. non pos. & ibi per Bal. & per prædictis dr, ꝙ statuta præmẽtia uxores cessantiũ non hñt locum si remanent uiduæ. Nec obst. quod alibi dr ꝙ sufficit noĩa demonstratiua demonstrari ẽm tps dispõnis. l. si cognatis. ff. de re. du. l. ꝑeto. §. fratre. ff. de leg. 2. quia illud uerũ ẽm Iac. de Are. nisi demõstratio stet loco causæ finalis ut in proposito, quod est not.

14 Decimoquarto statuto cauet† ꝙ filii bãnitorũ debeãt expelli de ciuitate, tpe facti statuti, bãnitus hos filios erat mortuus. An debebunt filii de ciuitate expelli, Alb. ubi supra q. 65. dixit, ꝙ non, qa non sunt filii banniti. l. emancipatũ §. 1. de sena. Et forte idẽ erit si erat uiuus tpe statuti. Nam licet ab initio ligatus fuerit a statuto tñ postq̃ executio non est facta cum amodo qñ expelleret nõ esset filius banniti nõ excludit a statuto, debet. n. intelligi ẽm tps expulsionis l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. de mili. testa. l. Titius cum si. Faciunt quę dixi supra prox. q Et uide supra in 2. tempore parte 2. q. 42.

15 Decimoquinto quærit.† An hæres banniti possit uti contractibus factis cum beneficio statutorũ ciuitatis a qua bannitus erat. de ipso bãno tetigi sup. in 2. tpe, parte 1. q. 79. Et ideo qa illa cõferũt ad decisionẽ huius, paucis contentus ero. Nã aut instrm quo hæres uult uti cõfectum fuit ante bannũ cum beneficio. & solennitate statutorũ. Et isto casu hæres banniti illo instro cum omnib. beneficiis statutorũ uti poterit. Valuit. n. ab initio, licet ipse bannitus ꝑꝑ bannum executionẽ statutariam ꝑdidisset. Erat. n. exceptio ꝑsonalis quam dixi in hæredem non transire. l. exceptiones q̃ ꝑsonæ. ff. de exce. Et uide in hac eadẽ parte q. 4. & 8. Si uero fuit cõfectũ tpe banni. & tunc aut tal' q ualebat de iure cõi, & tunc põt hæres uti illo instro cum qualitatibus iuris cõis, non aũt cũ qualitatibus statutorũ, quia illæ ab initio fuerunt habitæ ꝑ non appositis. & sic cum bannitis ius illud non hrẽt tanq̃ non natum in hæredem non transmisit ut in regula nemo plus. & in l. in his. §. non debeo. & l. hæredem. de reg. iur. cũ si. Si uero fuit confectum cũ solẽnitatib statutorum tm, & taliter ꝙ de iure cõi non ualebat. & tunc cum ipsum instrm nullum fuerit, ad hæredẽ nihil transit, ut dictis iuribus

& eadem q. & decisio locum hre qn̄ bannū finiretur cancellatione. An ipse bannitus exẽptus a banno agere possit. pro qua decisione uide regulam iuris quæ ab initio, lib. 6.

16 Decimosexto, & ultimo quæritur† uniuersitas quædam puta utilæ, uel alicuius collegii fuit bānita fm ea quæ dixi in primo tpe, par. 1. q. 5. per multos annos stetit ciuitas bāniens, quibus condemnationem non exigit, deinde mortuis omnibus qui tunc erant de illa uniuersitate uult bannū exigere. dn̄t illi de uniuersitate ꝙ bannum fuit extinctum ꝑ mortem eorū qui tunc erant. Quærit̄ qd iuris. Bart. in l. fin. C. de coll. ill. per not. in l. eis. §. fi. ad mu. & in l sicut. ff. qđ cuiusq; uni. mo. dicit ꝙ omnibus mortuis collegium est dissolutum ex quo sequitur ꝙ bānum est finitum. & sic nō posset a successoribus exigi. aduerte quia istud esset uerū, si ante omniū mortem nullus alius fuisset in collegio substitutus. Tunc. n. uerū est quod dissoluta est uniuersitas per mortem omniū, & sic bannū extinctum & licet alii postea, uel ex cōcessione superioris, uel propria auctoritate constituerint ibi collegium, uel uniuersitatem, nō tn̄ illud est antiquum collegium, uel illa antiqua uniuersitas, sed est noua, & ab ea bānū exigi nō poterit, arg. ff. de sol. l. q̄ res. §. areā. & l. inter stipul. §. sacrā. ff. de uerb. obl. & qđ ibi tangitur ꝑ Bar. Si aūt & plerūq; cōtingit uno mortuo, alius subrogatur, & sic de singulis licet oēs illi qui tpe bāni uiuebant mortui sint, tn̄ eadem est uniuersitas, ut dictis iurib. & ff. de usufr. l. uetus est qō. in fin. cum l. seq. & ff. de iud. l. proponebatur. & ideo poterunt ad bannū conuenir fm ea q̄ hn̄t in l. 4. § actor. ff. de re iud. ꝑ Bart. Quid aūt iuris in excōicatione tangit Bar. & remittit ad ea quæ hn̄t in c. grauem, de sent. excō. ubi nihil dicit, sed examinatur, an uniuersitas possit excōicari, sed ad propositum faciunt q̄ hn̄t ut ipse alleg. in cap. si aduersus consules. de imm. eccl. quod canonistis relinquetur.

Huic opusculo finem faciens 19. mensis Iulij, currentibus annis 1323. oculis cunctorum subijcio, ut si quid boni fuerit in eo, omnium conditori gratiæ referantur & ut ea quæ minus bene composita fuerint, non aspera sed benigna correctione emendentur Ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, & sanctorum Antonij & Catharinæ patronorum meorum, & totius cælestis curiæ.

TRACTATVS
multum conductibilis, de Carceribus d. Baldi Perusini, fama super æthera noti.

SVMMARIVM.

1 *Sermo quilibet de quauis re, seu negocio suscептus a diffinitione proficisci debet.*
2 *Carcer quid proprie dicatur.*
3 *Carcer unde dicatur, & quare sic nocetur. Mulier quæ & quando incarcerari possit.*
4 *Doctor legum an possit pro debito incarcerari. Filiusfamilias incarcerari pōt et cedere bonis. Pupillus pro delicto an possit carceri mācipari.*
5 *Appellatio intra decem dies a sententia lata interponi debet.*
6 *Incarcerari nemo debet die feriato pro hominū utilitate.*
7 *Iudex qui die feriata aliquem incarcerari fecit, die feriata poterit eum absoluere. Debitor de fuga suspectus die feriato capi pōt.*
8 *Creditor debitorem de suspecto accusans, & eū capi petens, an debeat iudici ostendere instrumentum crediti.*
9 *Carcerari nemo debet pro debito die feriata in honorem Dei.*
10 *Tortura inferri potest ab enorme crimen die feriata etiam in honorem Dei.*

Caput primum de carcere.

QVia legum præcepta principaliter sūt inuenta ne pauperes personæ molestiis affligantur. ideo quia mihi uisum est quod inter pauperes ꝑsonas nulla adeo tristior, & pauperior inuenitur, quam persona incarcerata. Ideoque de carcere aliqua sū dicturus, & cōsequatur de ꝑsona incarcerata, & silr de custodib.

1 † & quia, ut ait Tullius primo de officiis, Omnis. n. qui de aliquo suscipitur sermo debet a diffōne proficisci, ut intelligitur quid sit de quo loquat̄. ad quod concordat. ff. de iust. & iur. l. 1. ideo primo uideamus quid sit carcer, & unde dicatur carcere. & subsequenter uideamus de persona incarcerata, qa pōt incarcerari, ꝑ quo debito, & in quo loco pōt incarcerari, & qualr̄ puniat̄ fugiēs de carcere, & silr̄ uideamus quis pōt esse custos carceris qua pœna puniatur custos carceris, & an plures possent esse custodes

sto des carceris. Veniamus ad primum.s. diffi
2 nitionem, & pōt sic diffiniri † Carcer est locus securus, & horribilis, & repertus non ad pœnam, sed ad delinquentium, uel debitorū custodiam. Primū membrum huius diffōnis dū dr̄ locus securus colligitur. ex l. 1. in uerb. salubribus locis. C. de cust. re. Nam carcer debet esse securus ne incarcerati effugiant. & ibidē debent esse cathenæ ferreæ, & cōpedes & alia similia, quib. mediantib. carcerati possit sub fida custodia retineri, ut est tex. 3. l. 1. C. de cus. re. ubi dicit, ut & cruciatio desit. Itā dū subditur horribilis. Nam carcer est locus horribilis, tum ꝓꝑ cōuersationis hoīum priuationē, tum ꝓꝑ immunditiam, & istud colligitur in l. si quis in ea culpa C. de cust. re. ibi dū dicit carceraris, & custodię squalore. Nec tñ in tm̄ debet esse horribilis, ꝙ ad pœnam incarceratorū redundet, cum carcer sit inuētus ad custodiam, nō ad pœnā, ut ff. de pœ. l. aut dānum. §. solēt. fallit aūt in uno casu speciali in l. 1. §. fin. ff. de alea. Hinc est qđ de iure ciuili nemo pōt ad perpetuum carcerem damnari, ut d. §. solent, secus uero est de iure canonico, in c. q̄uis, extra de pœ. lib. 6. & c. reperiunt 1. q. 1. Circa secūdum, unde dr̄ carcer
3 pōt dici à claritate seclusus, † quia ibi nulla claritas, uel potest dici quasi carens claritate. q̄a ibi est magna cecitas, & obscuritas. quidā alr̄, & aliter interp̄tātur ēm aduersas opi. Tertio q̄ro, q̄s pōt īcarcerari. Et primo quæro an mulier possit incarcerari, & dicēdū est quod. Aut q̄rimus nunq̄d possit carcerari pro debito ciuili, aut pro delicto. Primo casu, aut est mulier honestæ uitæ, aut est meretrix. Si q̄dē est mulier honestæ uitæ, tunc nō pōt incarcerari, imo iudex capitis pœna punitur, q̄ facit eā incarcerari, ut not. in l. fin. de off. di. iu. & in auth. nouo iure quæ posita est. C. de cus reo. Vnū tñ dico qđ si mulier subiisset tutelam filiorū suorū, & renunciasset Valleiano, & oī alteri exceptioni sibi cōpetenti, qđ ꝑ illū renunciationē pōt carcerari. istud exp̄sse notabiliter tenet Bar ff. de test. tut. l. si q̄s sub cōdōne. Aut ista mulier est infamis, ut q̄a meretrix. & tūc dico qđ pōt incarcerari, non tñ debet poni in eodē carcere cū marito, & est casus. C. de cust. reo. l. q̄m. & no Arc. 18. q. 2. diffinimus. ēt ꝑ debito ciuili, ut no. de cust. reo. auth. hodie nouo iure. Secundo casu principali cum quærit, an possit īcarcerari ꝑ delicto, uide in
4 d. auth. sed nouo iure. † Tertio quæro an legū doctor possit incarcerari pro debito, dicēdū est qđ non sicut miles imo puniunt iudices capite, Istud not. glo. sing. C. de profess. & medi. l. medicos. lib. 10. Quarto quæro, an filius familias possit incarcerari, dic qđ tam pro debito ciuili, q̄ pro criminali pōt carcerari, & sic probatur nā filiusfamilias pōt cedere bonis, ut l. pen. C. q̄ bo ced poss. ergo p̄supponitur qđ pōt incarcerari, licet gl. uideatur tenere cōtra. in l. 3. §. sed utrū ff de min. sed illa gl. reprobat cōiter ꝑ Doct. & ꝑ Bar. ff. sol. mat. l. si filia. Quinto quæro, nūquid pupillus pōt incarcerari pro delicto. & uī qđ nō, ut no. ī l. fi. C. de cu. re. ibi dū dicit ętateq̄. &c. Idē credo in debito ciuili, dūmodo nō sit doli capax. Sed an possit in integrū restitui, si aliquo casu sit lesus, ut l. partu. ff. de minori. Idē puto de quacūq; ꝑsona quæ ꝑ delicto pōt carcerari. Idem ꝑ debito nisi creditores renūciassent iure carcerandi, ut not. Bart in l. 1. C. q̄ bo. ced poss. dūmodo non sit soluendo. nā si esset soluendo, de iure ciuili nō posset incarcerari, ut est gl. sing. in l. 3. ff. de susp. tut. & si incarcerent dū sunt soluendo, pñt à tali sñia suꝑ incarceratione lata appellare, & reappellare poterūt incarcerati si steterint ꝑ tres mēses, uel plures in carcerib. numerādo a die latē sñiæ suꝑ īcarceratione. Nec obstat auth. sed nouo iure. C. de appell. † Quæ dic
5 qđ appellatio debet interponi à sñia lata intra decē dies, quia intentatur in actu momētaneo. Sed si illa interponatur ab actu successorio, ut est in casu nr̄o, tūc appellatio semꝑ pōt interponi, quia oī de dū detinet debitor indebite in carcerib. semꝑ restat sñia suꝑ ipsa īcarceratione oī die. ita uidet teneie d. Bar. in l. 3. C. de ep. aud. Secūdo principaliter quæro, q̄n pōt īcarcerari aliquis, & ꝑ debito, & ꝑ delicto, & prima quęro nū quid pōt incarcerari die feriato, & ista q̄ō pōt subdiuidi in tres. Primo, an possit incarcerari die feriato ad utilitatem hoīum. Secundo, an die feriato ad honorem Dei. Tertio, an die feriarum repenti-
6 narum. † Ad primum dico, ꝙ non pōt incarcerari die feriato ad utilitatem hoīm quod ꝓbari pōt sic. Nā si de quo magis uidetur, ī esse & non inest, nec de quo minus, auth. multo magis. C. de sacros. eccl. sed sic est quod magis uidetur quod in t̄pe messium non possit quis cogi uenire ad iudiciū, cum sit minor citatio uerbalis, q̄ ꝑsonalis, ut no. ꝑ Cy. in l. cū cler. C. de epis. aud. alias incipit. oēs, & tñ hoc est falsum,

falsum,ut l.i.in fin.ff.de fer.ergo nec citatio psonalis poterit fieri.Et rō,ut dicit text. ne hoīes ab agricultura remoueanť. hoc est uerū nisi caperet pro executione sñīæ,quo tpe pōt iuste fieri,iuxta no p Inn. in c.fi.de iud. & ideo pp instrm guarentigię qđ hēt executionē paratā,& p snīam ex forma statutorū iuste pñt tali tpe capi debitores.hęc sunt uerba Bar.in l.6.ff.de fer.& Io.de Imo.Prædicta aūt recipiūt distinctionē,nisi renuntiasset debitor,ar.l.si quis in cōscribēdo.C.de pact. nā talibus feriis bene pōt renunciari.ut not. in
7 cle.sæpe.extra.de uer.sign †Item no. quod si iudex in die feriata fecisset aliquem incarcerati qđ die feriata poterit eum excarcerare, ut not. Accur.in l.minor.in prin.ff.de eui.Itē secus si debitor esset oriundus de partib,ubi nō recolligitur triticū neque uinū neq; alia necessaria ad uitā iuxta no.pInn.in c.cōquestus,extra de feriis.Item secus esse si debitor esset suspectus. ita qđ de eius fuga timeret. iuxta no.p Doc.inst.de act.in prin. & in l.fi. C.de feriis.Nā pp suspitionē fugæ pōt debitor capi in die feriata,ut est gl. in d.l.fi. C.de fe.l.& propria auctoritate pōt capi, ut l. ait ptor.§.si debitorem.ff.de his q in fraud. cre. Nec hoc casu est citandus debitor q accusat tanq̃ suspectus p credicorē,ut no.Bar.in l.si
8 creditor.& in l.2.ff.si cer.peta. † Sed circa pdicta qro.nunqd qñ creditor accusat debitorē suspectū de fuga.& a iudice petit,& reqrit ut sibi det familiā,qua mediāte possit capere debitorē,nunqd creditor hēt necesse ostēdere iudici summatim instrm debiti uel alia iura.Rñdet qđ sic,sicut in simili uidemus Nā sequestrū qñ fit ob timorē fugæ nō pōt fieri nisi ostēdat instrm debiti,& tex.in l. ex hoc. C.de reo.mil.anno.lib. 12. ergo multo magis qñ debēt psona capi,& addit hoc Ioā.de Imo.qđ posset qđ sufficeret iurm petentis, uel uniustestis,sicut dr de missione in possessionē cōtra cōtumacē ex primo decreto. ut no.gl.in c.qm.§ in aliis,ut lite nō cōte.Circa fm.s. an in feriis inductis ad honorem Dei
9 possit qs capi p debito,†dicēdū est qđ nō,ut in l.fi.C.de fer. nisi esset timor fugæ, ut prædixi.idē credo in feriis repentinis qđ nō possit capi,sicut in feriis īductis ad honorē Dei, qđ patet,qa pdictis non pōt renunciari, ut no.Ioan.And.in d.cle.sæpe.nisi forte ex forma statuti aliter disponeret. Nā statutū fm quosdā pōt tollere ferias inductas in honorem Dei.& hoc uř sentire gl.& Bart.in l.50. C.de feriis.Sed Alb.de Ros.in l.fin. de feriis tenet contrarium. de qua qōne ibi uide ubi ad plenum examinat istam mām. & prædicta locum habent in ciuilibus,in criminalib, autem puto quod quacunque die pōt fieri incarceratio,dū tñ sit graue delictū,ut no.in l.3.de episc.aud.C.& ibi not. per Bart.

ADDITIO. Secus ergo si tm̄ esset leue fm dcm̄ Io.de Imo.q a cum in leuibus criminibus capi non debeant illo tpe relaxatur, ut est tex. in illa l.3.C.de epis aud. modo ergo non debent capi secundum Io. de Imol.

Itē secus esset si esset aliqđ periculū.nam pp enormitatem criminis,ꝙ periculi multa cōcedunť quę alias nō cōcederenť arg.in l.si qs filio exhære.§. pen.ff.de iniusto rupto, &
10 irrito testa. † Nam pp immanitatem criminis potest fieri tortura in die feriata in honorē Dei,ut signanter not. Bart.& est tex.in l.3. C. episc. aud. ubi omnia uide quantum ad tempus quo potest fieri incarceratio.

1 *Incarceratio fieri potest pro quolibet debito.*
Incarceratio an fieri possit pro fiscali debito.
2 *Incarcerari potest quis pro collectis non solutis,*
Debitorem eximens de manibus potestatis an teneatur.
3 *Incarceratus pro debito fiscali recommendari potest pro debito priuati.*
4 *Incarceratio in quo loco fieri debeat.*
5 *Carceres frangens ad fugiendum,censetur cōfitetur delictum*
Custos carceris discretus esse debet.
6 *Custos caceris in officio delinquens qualiter puniendus sit.*
Processus qualis fiat in causis incarceratorum.
7 *Persona miserabilis quæ dicatur, iudicis arbitrio relinquitur.*
8 *Causa carceratorum, & aliarum personarum miserabilium diebus in honorem Die feriatis agitari potest.*
Debitor non soluendo, & non habens unde se alat,cuius expensis in carcere sit alendus.

Caput secundum de carcerato.

RESTAT modo uidere pp quod potest fieri incarceratio. & primo quæro,an pro debitori priuato possit quis incarcerari. Secundo, an pro debito fisci. Tertio, an incarceratus pro debito priuato possit ibi recomendari pro debito fisci. Item an incarce-

carceratus pro debito possit pro delicto re commendari. Item an econtra † Circa primũm rn̄deo, ꝙ ꝓ quolibet debito pōt fieri incarceratio, ut no. in l. 3. §. tutores. ff. de ad mini. tuto. & per canonistas, extra de pign. ca. 2. in gl. 36. dist. non satis. & in l. 1. C. qui bo. cede. poss. ꝓ debito aũt cōdõnali. nõ puto ꝙ possit incarcerari, sicut nec pōt efficaciter peti. Item puto, ꝙ debito naturali tm̄ uel ciuili tm̄ non pōt fieri incarceratio, ar. l. si is §. flauius. ff. de solu. & arg. l. 1. §. 1. ff. ne uis fiat ei. Circa ſm. s. an pro debito fisci possit incarcerari. respõdeo ꝙ sic si nõ uult soluere. tex. est in l. 1. de exac. tri. C. lib. 10. quod probatur ratione. nam debitor fisci potest cedere bonis, ut est gl. sing. inst. pro socio. §. item si quis. & gl. in l. 2. C. qui bon. cede. pos. Sed cessio bonorum fit ut cedēs liberet à carcerib. ergo, &c.

2 † Sed nunquid pro collectis pōt quis incarcerari de iure, rn̄deo, ꝙ sic, ut not. in l nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. 10. & maxime si statutum faciat collectam esse munus ordinariũ quod pōt. ut est tex. C. de iud. lib. 10. Dico tn̄ ꝙ iudex ꝓꝑ paupertatē pōt collectam remittere, ut est gl. in l. oēs. C. de anno. & tribut. li. 10. unum tn̄ dico, ꝙ si debitum esset iam solutũ uel satisfactũ, ita ꝙ incarceratus fuisset iniuste, potest ab amico cum uiolētia extrahi de carcere. Hoc tenet d. Dyn. in l. nemo. C. de exa. trib. Nā iudici iniuste facienti pōt resisti ut priuato, ut infra uidebit. Quid si iudex nõ uult differre appellationē ab amicis interpositā in causa criminali, sed uelit facere executionē intra 10. dies datos ad appellandũ. dic ꝙ amici impedire pn̄t, ut no. Inn. in c. si quando. extra de off. deleg. & Bart. in l. addictos. C. de epis. aud. dico tn̄ in debito ciuili, ꝙ qui debitorem ex iniusta causa aliquē de manibus familiæ eximeret, tenet ad illud debitum ad quod incarceratus tenebat ut C. de exa. tri. l. quoties. per d. Ros. de Perus. & not. Ioan. de Imo. quod reus accusatus de crimine debet incarcerari. tex. est ordinarius. 2. q. 8. qsqs, & ibi ēt no.

3 † Circa ſm an incarceratus pro debito fisci possit recommendari pro debito priuati, rn̄deo, ꝙ sic, ut est tex. in l. quoties. de exa. tri. Restat uidere an incarceratus. pro debito possit ꝓ delicto recõmendari, & ſm Doct. dr̄, ꝙ sic not. Bart. in l. 3. ff. de cust. reo. sed si esset incarceratus pro delicto non posset recommendari ꝓ debito, ut ibi not Bar. Sed si esset in carcere ꝓ uno delicto an posset ꝓ alio delicto recõmēdari. distingue au^c delictũ ꝓ quo erat prius incarceratus erat tale, ut impediret talē executionem fiēdā in alio ꝓ quo recõmendat, & tũc bene pōt fieri recõmendatio, ut si erat primo incarceratus ꝓ manu, & tũc recõmendat pro capite, qa tũc istæ exceptiones nõ se cõpariunt, unde primo fit executio in manu, deinde in capite, ut est gl. not. in l. omne. C. de dela. libr. 12. & prædicta sufficiant circa debitum pro quo potest incarcerari, & circa delicta. Restat uidere in quo loco potest incarcerari.

4 † Et circa istũ passum unico modo me expedio, qa nullus debet incarcerari nisi in loco publico, & cōi deputato, alias ipse qui incarcerat aliquem si teneat ipsum ꝑ 20. horas dr̄ cõmittere priuatũ carcerē, ut not. C. de priua. carce. l. 1. & l. capite. ff. de adulter. Fallit tn̄ si pater incaceret filiũ ad corrigendum eũ, nā tũc pater non dr̄ committere priuatũ carcerem, ut no. Cy. de priua. car. l. 1.

5 † Imò plus si ipse filius esset clericus pater non incideret in canonem, si qs suadente. 17. qõ. 3. istud tenet Raymun. in tit. de sent. excomm. §. sequitur. uel circa. Quod autē dixi, ꝙ nõ potest quis incarcerari pro debito in loco priuato, est uerũ nisi debitor ipse per ipsum iurm præstitum promisisset ad standum in aliquo loco, ut no. Inn. in c. ex rescripto. extra de iureiur. Sinautem simpliciter suo iuro ille promisisset debitum, tunc dico ꝙ per istam promissionem non artatur ut not. Bart. ff. sol. matr. l. alia causa. §. eleganter. & per eundem. ff. de conditio. & demon. l. Titio centum. Hæc de loco sufficiant, Nunc restat uidere de pœna fugientis, & dico ꝙ capite punitur, ut l. 1. C. de affract. & expi. lib. 10. & uide Ioan. And. in c. pen. de apost. suꝑ gl. & certe scēdũ est, ꝙ ille q fugit de carceribus uř delictum cõfiteri, ut l. ad commentariēsem. C de cust. reo. idem no Arch. in c. ut commisso. de hær. lib. 6. unum tn̄ dico ꝙ nunquam præsumitur ꝙ reus fugiat si est spes de ꝓximo ꝙ debeat relaxari. gl. est not. in l. si pecuniā. ff. de cond. ob cau. & no. in l. arg. §. 1. ff. de re iud. Sediuxta prædicta quæro quid si ostiũ carceris erat aꝑtũ, & effugerit incarceratus, nunq d punietur, dico ꝙ sic, facit optime tex. in l. 1. §. 1. C. de exac. tri. & effra. Restat modo uidere quis pōt esse custos carceris, & dico, ꝙ custos carceris debet esse hõ discretus. nam cũ ipse hēt incarceratos in custodia, debet esse in eo

discretio,

discretio,& dico , ꝙ prædicta debent esse in arbitrio iudicis,& addit hic d.Ioan.ꝙ qñque potest dari patri ad custodiendum de auctoritate iudicis,si melius custodiatur, ut dicit Arch. 2.q. 1.in primis. Quæro ulterius qua pęna punitur custos carceris qui deliquit in
6 custodia.†dico ꝙ ipsecapite punitur,si ꝑpter dolum,uel culpam,incarcerati ex delicto effugerint,ut est tex.in l.miles,in fi. ff.de cust. reo.In ciuili aũt credo ꝙ ipse tenetur ad illã quantitatem creditori ad quam debitor erat obligatus, hoc tenet Dulius de Galbano in l.quoties.C.de exa.tri.li. 10.Et dicit ꝙ agitur cõtra illum custodem ex illa l.Vltimo quęro nũquid plures pñt esse custodes carceris. Dico bř,ꝙ sic.ut in l.miles.ff.de cust.reo.& dico quod quilibet familiaris põt custos esse, & quilibet retinere unam clauẽ carceris, gl. est in clem. 1.de hær in uer. Diuesæ claues. Item quæro,qualr in causis incarceratorũ ꝓcedat & dico , ꝙ ꝓceditur summarie,& de plano. Nam in causis miserabilium ꝑsonarũ ꝓceditur summarie,& de plano.ita tenet Cyn.in l. 2.C.si quis alt.uel sibi,ita supplet in l. 1.C.qñ Imperator inter pu.& ui.& uidetur esse text.
7 & ibi Bart.in l.fin.C.de cust.reo.† Nam miserabilis ꝑsona dicitur illa esse ẽm ꝙ iudici uidebitur,ut non.Pet.de Bellap.in l. 1.qñ Imperator inter pup. & ui.not. gl.in auth. ꝑterea C.unde uir.cum itaq; sit quod istæ misebiles personæ,& qđ dictum incarceratis dicit relictum ad pias causas ẽt si sint incarcerati pro debito,ut no.in l.illud.C.de sacro san.eccl. iõ credo quod in tali cã procedatur summarie, & de plano.Sed an in causis incarceratorum possit procedi diebus feriatis in honorẽ Dei & uidetur,ꝙ non quia licet in cã possit ꝓcedi summarie,ut iã dixi,tñ in talibus causis non proceditur diebus feriatis in honorem Dei , not.in clem. sæpe.de uerb.sig. Cõtrarium puto per tex.in cap.fi.cum gl sua de feriis.† ubi
8 causa miserabilium ꝑsonarũ potest tali tꝑe tractari.sed istæ sunt miserabiles personæ, ut hic dicit gl.& ad hoc tex.l.iudices. C.de epis. aud.do. Ioan. de Im. dicit quod si quis fecit suum debitorem incarcerari, & non sit soluendo,ita quòd nõ põt se sustẽtare,debet de bonis creditoris sustentari,facit ad hoc optimus,tex.16.q.6.de lapsis, licet gl dicat ꝙ rector carceris prouidebit 17.q.4.diffõnem,& uide quod not.Ioã.And.in c. ex rescripto , de iureiur.Ioan.de Im.dicit ꝙ creditos tenetur ipsum alere in carcerib.& istud tenet gl. in l. fin.super uerbo agnoscere.C.de ero.mil. an. lib. 12.istud tenet dom. Raph. in l.iud. C. de epis.aud.& quærit hic do Io.de Im quid si aliquis incarceretur pro debito descendente termino,alias pendente an debeat relaxari si pręstet cautionem satisfaciendi, glo.dicit,quòd sic in c.nuper allegato,& hæc sufficiant.

DE RELAXATIONE Carceratorum , Tractatos do. Pauli Girlandi Castillionis Florentini, Crimialium causarũ Bomæ auditoris.

SVMMARIVM.

1 *Relaxationum diuersæ sunt species.*
2 *Relaxationes quæ lite pendente fieri possint.*

CVm sæpius contingat quod rei pro diuersis criminibus in carceribus deducuntur , ex quibus postea diuersimode relaxantur,ideo cõgruum mihi uisum fuit in hoc tract.de relaxatione catceratorum, & de extremis actis causarũ quædã bř exponere.
1 † Veruntñ quia reorum relaxationes diuersæ sunt,quarũ quędam fiunt post causæ decisione, & sic post latam sñiam, aliæ uero fiunt lite adhuc pendente. Relaxationum uero quæ fiunt post litis decisionẽ, q̃dam est quæ fit ꝑ sñiæ executionem.Quędam alia est q̃ fit per gratiam ex beneficio,& indulgẽtia principis, alia aũt relaxationis est quæ fit per cõpositionem pœnæ factã cum curia,aut fisco.Alia est q̃ fit ꝑꝑ innocẽtiam incarcerati qñ plene de
2 illius innocentia constat. † Relaxationẽ uero quæ fiunt lite pendente,quædam est quæ fit per compositionem pęnæ factam cum curia aut fisco.Alia est quæ fit ꝑꝑ fideiussorem ꝑstitum de se representando,& soluendo pœnam &c. Quædam alia est quæ fit licentiose, & de facto ꝑ fugam incarcerati, & ista qñq; accidit cum fractura,& uiolentia carcerum , qñq; aũt clanculo absq; aliqua fractura, aut uiolẽtia.Breuiter igitur cuiusque relaxatiõis speciem declaremus . Videndum erit primo de relaxatione illa quæ fit per sñiæ, & pœnę executionẽ.Secundo, de illa q̃ fit ex bñficio, & indulgẽtia principis.Tertio, de illa quę fit ex propria innocentia incarcerati.Quarto,de illa

illa q̃ fit ꝑ cõpositionẽ pœnę. Quinto, de illa quæ fit ꝑ fideiussorẽ p̃stitũ de se repr̃itando, & soluendo pœnã, &c. Sexto, de illa quæ est illicita quæ fit ꝑ fugam ipsius rei ut supra dictum est. Septimo, & ultimo post p̃missa breuiter, & succincte uidebimus de calumniatoribus ac de expensis damnatis, & interesse.

1 *Executio quid sit.*
2 *Pœnæ quæ simul, & pro quibus criminibus infligi possint.*
3 *Executio pœnarum corporalium quare publice fieri debeat.*
4 *Iudices ecclesiastici sæpe utuntur carceribus perpetuis.*
5 *Carcer ad custodiam de iure ciuili inuentus est non ad pœnam.*

De sententiæ, & pœnarum executione.

1 QVæro primo, quid est ista executio? †R̃n. qđ est satisfactio q̃dã quæ fit per condẽnatũ opera, & ministerio publici executoris pro sñiæ iã latæ obseruationes ut ꝓbat̃ in l. 4. §. ait p̃tor. ff. de re iud. & l. 2. & fi. C. de cust. reo. Bal. in auth. sed nouo iure. C. de ser fugi. q̃ necesse est qđ fiat post latam sñiam t̃pe rei iudicatæ. Nam si antea fieret non ualeret l. 1. C. de excep. rei iud. ubi Bald. dicit, ꝙ in ordinatis per essentiam rationis posterius præsupponit suum prius inesse, ut not. Ioã. Mona. in c. si cõfirmationẽ, de elec. lib. 6. Item uiden dum esset quid sit reus iudicata, & an sñia ipsa, & res iudicata sint idem uel potius diuersa. Et quæ est d̃ria inter sententiam, & rem iudicatam, sed quia ista requirunt altiorem indaginem, & ampliorem examinationem, ideo ut breuius me expediam hic p̃termito uide Barto. in l. 1. ff. de re iud. Ioan. de Imo. & Panor. in rub. extra eo. tit. Host. in sum. eo. titu. in prin. ubi designat pulchram figuram. † Quo ad mãm nostram
2 dico qđ aut pœna exequenda est corporalis ultimi supplicii, uel circa mortem corporis afflictiuã, aut est deportationis, siue relegationis, aut est pecuniaria aut bonorũ publicationis, licet interdũ istæ possint esse simul unitæ qñ sumus in atrocissimis, sicut ĩ cr m. læsæ maiest. hæresis, falsæ monetę, raptus uirginũ, & similibus. In q̃bus uita, bona, & fama simul pereũt l. q̃q̃s. C. ad leg. Iul. maiest. Arriani. C. de hær. c. ad abolẽdã, & c. urgentis eo. titu. l. 1. & 2. C. de fal. mone. & l. unica. C. de rap. uir. & ibi Cyn. Bal. & Ray. diximus supra lib. 1. & 3. in 4. & 10. q. Primo. n. casu, qñ sumus in pęnis corporalibus, aut exilii relatio prædicta fienda est anteq̃ fiat executio,
3 † q̃a executio pœnarũ corporaliũ debet esse publica, & in locis publicis fieri, & nõ in carceribus, ut unius exemplo ceteri pertimescãt & unius pęna sit metus multorũ l. capitaliũ. §. famosos, & l. aut facta §. fi. ff. de poe. & l. 1. C ad l. Iul. repetũ. & not. in l. 1. ff. de iustit. & iu. & in cle. 1. de poe. Car. in cle. 1. 12. & 14. no. de off ord. 45. dist. disciplina 2. q. 7. qua ꝑ 10. q. 1. quia sacerdotes. de cohabi. cle. & mulie. c. clericos. & de exces. plato. c. 1. cũ similib. eodẽ modo primo relaxandus est ante executionẽ qñ executio ipsa fieri debet ꝑ relaxationẽ aut deportationem, q̃a ad hoc ut sñia, & pœna q̃ in ea cõtinet̃ sortiant̃ effectũ siue executionẽ, necesse est qđ reus exeat de carceribus, & ad loca sibi deputata submigret ut l. fi. C. de cust. reo. & l. custodias. ff. de pub. iud. nisi relegatio ipsi facta fuisset in carceribus, † q̃a reus cõdẽnatus esset ad ꝑpetuos
4 carceres. qua pęna sæpe utunt̃ iudices ecclesiastici, ut 26. q. 5. si q̃s eps, & c. idolorũ. & c. 1. de hær. lib. 6. & est gl. c. excõicatus, el 2. de hæret. in antiq. hoc. n. raro uel nunq̃ faciũt iudices seculares, quia ius ciuile non utitur istis pęnis carceralibus, sed potius relegationis aut deportationis s̃m personarũ cõdõnẽ, & qualitatẽ facti. l. 3. in prin. & §. adiectio. ff. ad l. Corn. de sic. iuncta l. si quis aliquid. §. q̃
5 abortionis. ff. de pen. † carceres. n. ius ciuile inuenit ad custodiam nõ aut ad pœnam l. 2. & l. fin. C de cust. re. aut executio ipsa fienda est in pecunia, uel in bonis, & isto casu reus non erit relaxãdus de carceribus nisi demum secuta solutione dictæ pęnæ uel saltẽ satisfactione, q̃a fisco fuerit satisfactũ aut ꝑ pignorũ traditionẽ, aut ꝑ idoneũ fideiussorẽ, adeo quod plene sic cautum fisco d. l. 4. §. ait prætor. ff. de re iud. l. 1 §. diuus. ff. de iure fisci.

1 *Executio in causis criminalibus an statim fieri debeat post sententiam latam.*
2 *Homicida maleficus ueneficus, & adulter confessi aut testibus conuicti non audiuntur appellantes.*
3 *Appellatio nemini denegatur nisi duobus concurrentibus.*
4 *Defensiones iuris non tolluntur reo etiam facto notorio.*

Confessio

Confessio, & conuicto in ciuilibus an auferatur appellationis remedium.

5 *Appellatio non admittitur in criminib. notorijs.*

1 SEcundo quæro an statim † post latam sententiam in causis criminalibus fienda sit executio, uel potius expectari debeat res iudicata per lapsum 10. dierum. ut in authen. de appel. in princ. col. 4. & dic quod in causis criminalibus iſr non fit executio pœnæ ante quam sñia trãseat in rem iudicatã per lapsũ 10. dierum ut l. addictos. C. de appe. & l. addictos. C. de episc. aud. & in auth. sed hodie. C. de appel. Quæ rĩa fallit qñ sumus in attrocioribus criminib. & reus uoce propria sponte confessus esset, & testibus plene conuictus qa tunc post latam sñiam incontinenti, & immediate fit executio, ut l. 2. C. quo. ap. nõ reci. & d. l. fi. C. de custo. reo. & l. custodias. ff. de pu. iu. imo si reus post latam sñiam incontinenti uellet appellare non audiret, & eius appellatio tanq̃ calumniosa penitus reijceret, ita dr̃ in d. l. 2. C. quor. ap. & c. ubi dr̃ † ꝙ homi
2 cidio, ueneficus, maleficus, adulter, & is qui manifestam uiolentia intulisse probaẽ, si uoce propria cõfessus sit sponte crimen, & testibus plene conuictus reperiẽ non audiaẽ appellans maxime in casibus, & criminibus ibi expressis. Bal. autẽ ibi quærit, quid erit dicendum in alijs minoribus criminibus extra, illa quæ sunt ibi expressa, an si reus reperitur confessus, & conuictus possit interponere appellationem, & an sit audiendus, demũ cõcludit ꝙ appellare non poterit, & si forsan appellauit non erit audiendus, ita tenet gl. in d. l. 2. quam sequiẽ ibi Bal. licet Iac. But. dixerit cõtrarium hac rõne, quia dicit ꝙ reus in causa appellationis poterit confessionem suam reuocare, nihilominus Bald. hoc non obstãte tenet opinionem glo. ibi, & rñdet ad rõnẽ Iac. But quia illud est uerum ꝙ reus posset reuocare confessionem suam qñ illã per errorem aut metu tormentorum fecisset, uel qñ testes non clare probarent. sed aliquantulum appareret dubium illorum dcm̃ tũc posset bene audiri in appellatione, & confessionem suam ut erroneam, uel extortam metu
3 tormentorum reuocare. † Ad hoc igitur ut tollatur remedium appellandi duo principaliter requiruntẽ, primum ꝙ reus sit plene testibus conuictus qui luce clariorem probationem ostendant, sm̃ ꝙ sponte absq; aliquo impedimento cõfessus fuerit d̃ is. n. uel ipsorũ altero deficiente non denegaẽ appellatio ut tenet gl. in d. l. 2. & ibi Bal. & alij. Quidã uero addunt tertium requisitum ad hoc ut tollaẽ remediũ appellationis. s. ꝙ sit unum de illis criminibus expressis in d. l. 2. quãuis Bal. secutus gl. ibi teneat cõtrarium, ut supra pxime diximus. Limita tñ illud ꝙ dr̃ in d. l. 2. nõ procedere qñ reus uellet facere defensiones iuris dicens, ꝙ qdqd fecit id totum fecit ad sui defensionem, uel ꝙ ille quem ipse ostendit erat bannitus, & similia. qa isto casu poterit audiri non obstante sua cõfessione, & tã clara ꝓbatione, ita tenet elegãter Bal. ĩ d.
4 l. 2. † qa reo ẽt notorio in facto nõ tolluntur defensiones iuris sm̃ qđ singlr̃ uoluit Inno. in c. statuimus. de off. dele. Quæro nunc quid in causis ciuilibus an confessio, & cõuicto auferatur remediũ appellationis. gl. in d. l. 2. dicit, ꝙ sic ꝙ auferaẽ ad similitudinẽ causarum criminalium ut supra ꝓxime dcm̃ est. & illã gl. sequiẽ ibi Bal. quam dicit esse notabilẽ. Iterum q̃ro qd si reus non erat cõfessus sed cõuictus dũtaxat. cuius uigore fuit cõdẽnatus, & post sñiam cõfessus fuerit crimẽ an ẽt iste debebit excludi a remedio appellationis, dic, aut confessus fuit in iudicio, & apud actũ, & appellare non poterit ex quo confessio illa cõsonat cũ ueritate ꝓbõnum, & cẽset ac si cõfessus fuisset ante sñiam, ita dicit Bal. ĩ d. l. 2. in 2 col. uers. modo q̃ro, aut fuit cõfessus extra iudicium, & admittiẽ ad appellandũ qa confessio extraiudicialis non facit notoriũ, imo nec plenã probõnem ex qua seq possit cõdemnatio. sed bene facit indiciũ ad torturam l. capite 5. §. fi. ff. de adul. uide bonũ tex.
5 in l. non tm̃. ff. de app. † Idem ẽt dicendum est in notorijs criminibus in qb. non admittiẽ appellatio sm̃ qđ uoluit Abb. in c. super his de pœnis, ubi dicit, ꝙ iudex in notorijs criminibus põt mandare pœnã exeq ẽt absq; aliqua cõdẽnationem. & idem dicit uoluisse Inn. in c. ex parte. el 1. de uerb. sig. uide Abb. in c. ad nram. el. 3. de iureiu. Idem dicendum est de quibusdã ĩterlocutorijs q̃ trahũt secum executionem, sicut est illa q̃ feriẽ cõtra debitorẽ suspectũ de fuga, ut l. sciendũ. ff. q satisd. cog. l. si fideiuſ. §. fi. eo. ti. & ibi Bar. quẽ uide.

1 *Condemnato non ualente pœnam pecuniariam soluere an possit fieri executio in bonis uxoris, aut patris ipsius*

2 Pan-

2 *Paupertas à pœna non excusat, quia qui non potest soluere luere debet in corpore.*

3 *Pœna quæ ex unius delicto oritur quandoque ad non peccantes extenditur.*

3 *Statutum dictans manum uel pedem absque alia specificatione amputari debere, qualiter intelligi debeat.*

1 TErtio quæro si cōdenatus, † ad pœnam pecuniariā illā soluere non potest pp paupertatem, an executio sententiæ fieri possit in bonis uxoris suæ, aut patris si esset filiusfamilias, matris, fratrum uel aliorum de eius familia? tamen quòd non, quia pęna nō debet excedere suum auctorē l. sancimus. C. de poe. ubi ēt in rub. & toto tit. C. ne. fi. pro pa. & ne uxor pro mari. uel ecōtra. & l. ob maritorum eo. tit. quia nemo debet alterius odio uel crimine dampnum sentire l. si quis in suo. §. legis C. de inoff. testa. & l. legē. in prin. l. iii. C. de nat. lib. & l. si pœna, & l. crimen. ff. de poen. & l. si maritus. ff. sol. matr. & l. fi. ff. ad Sylla. & in regula nemo. de reg. iur. libr. 6.

2 † paupertas igit̃ non excusabit illum à pęna, q̃a nō poterit soluere pœnam in ære luet in corpore, ita dicit tex. not. in l. 1. in fin. ff. de pœn. & ibi Bart. ubi singl'r limitat regulā illā de qua in l. in seruorū. ff. de pœn. quē uide, & diximus ēt supra lib. proximo præced. q. 7. an in causa pecunia, &c. & not. etiā ff. de offic. præsi. l. illicitas. § fi. & de iurisd. omn. iud. l. si quis id quod. §. in seruos, & ff. de ser. fug. l. quicunq;. §. q̃d si, & C. de sep. uiol. l. fi. §. fi. sed contra prædicta facit C. ad leg. Iul. maiest. l. q̃squis, & c. uergentis, de hęr. & cap. in quibusdam, de poe. & cum multæ. 15. q. 8. & 1. q. 4. Item peccato Israelitarū, & in c. 1 & 2. de fil. presby. in quibus iuribus ꝓbat̃ † ꝙ pęna quæ

3 orit̃ ex delicto unius extēdit̃ ad alios q̃ nihil peccarunt. Solu. speciale est in crim. læsæ maiest. pp criminis immunitatem, & pp reuerentiā maiestatis principis, idē est in crimine hæresis, & multomagis, q̃a hinc offendit̃ maiestas diuina q̃ maior est tꝑali d. c. uergentis & ibi gl. & c. accusatus. eo. tit. lib. 6. uide ea q̃ diximus supra lib. 1. in tit. de hær. q. 3. ubi posui alios casus in quibus unus non delinquēs punitur ex delicto alterius, & pœna unius delinquentis extenditur ad non peccantes.

1 *Condemnatus ad membri mutilationem an possit puniri in membro iam debilitato.*

2 *Reo carente membro secundum statutum amputando, an possit iudex eum condemnare ad amputationem eius membri quod sibi superest.*

1 QVarto quæro, quid si reus † incarceratus fuit condemnatus ad mutilationem unius membri, puta amputationis manus, pedis, oculi, & similiem, & habeat alterum ex dictis membris debilem uel aridum, an executio pœnæ fiet super membro debili, uel super ualido? tu dic aut pœna reperitur imposita super certo membro puta manu dextra uel pede dextero, & illa uel ille amputandus est qualiscunq; sit, licet dextera sit utilis sinistra uero inutili, ut in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. & ibi gl. not. & Bar. & Ang. & Paul. de Cast. idem dicit Ioan. Andr. in c. in pœnis. de reg. iur. in 6. in mercu. ubi dicit, ꝙ isto casu sola deformitas corporis facit pœnā, & adhoc facit bonus tex. in l. 2. §. quod si q̃s, & §. seq. ff. arbor. furt. ces. & Bart. in l. hos

2 accusare. §. fi. ff. de accus. † Quid si reus caret illa manu, uel pede, aut oculo qui uel quæ ex forma statuti uenit amputandus, nunquid iudex poterit cōdemnare ad amputationem membri illius quod superest, dic quod non, sed debebit illum cōdemnare in alio mēbro q̃d est uerū ꝙ pœna commutari pōt in alio mēbro ante latā s̃niam non aūt post, q̃a si reperit̃ nota s̃nia suꝑ unico illo membro quod amputādū uenit ex forma statuti, aut trāsiuit in rē iudicatā aut nō, si trāsiuit, necesse est ꝙ fiat executio super illo mēbro, alias s̃nia esset nulla, nec potest uariare iudex postq̃ functus est officio suo l. iudex postq̃. ff. de re iud. nisi hoc fieret de mādato principis, ut l. 1. C. de preci. Imp. offe. & l. 1. in fi. ff. de q̃st. aut nō dū trāsiuit in rē iudicatam, & poterit reus ab ea appellare, q̃a maius suppliciū pateret ex amputatione illius mēbri q̃d solū est, quam si duo essent, & interpretatio pęnarū nō debet fieri in duriorē causam, sed in mitiorē, uide

3 Bal. in d. auth. sed nouo iure. in 3. col. † Et q̃d si simpl'r dicat̃ in statuto, uel s̃nia amputet̃ sibi manus, uel pes, nec specificet̃ certū membrū tunc cōcludunt Doct. ꝑdicti ꝙ in mēbro minus potenti fienda erit executio, q̃d est uerum q̃n duas habet, sed si nō habet nisi unā dic, ut supra proxime dixi, uide latius de pꝛædictis Bald. in d. auth. sed nouo iure, & Ang. de Are. in tract. male. in gl. quas si non soluerit intra decem dies amputetur sibi, &c.

1 Iudex

1 *Iudex ecclesiasticus an possit sententiam ferre fustigationis, & mandare exequi per milites, & executores.*

2 *Iudex ecclesiasticus bene potest ferre sententiam ex qua non uenit principaliter sanguinis effusio licet ex post facto, & accidentaliter sequatur.*

1 QVinto quæro, Quid, si pro † crimine reus uenit fustigandus, puta pro uno furto, uel sortilegio, siue aliis similibus minoribus criminibus, & sit in manibus iudicis ecclesiastici an iudex ipse poterit ferre sententiam ad fustigationem, & illam mandare exequi per milites, & executores, & uidetur dicendum, quòd non, quia iudex ecclesiasticus nullã habet iurisdictionẽ sanguinis cap. sentẽtiam sanguinis.ne cler. uel mon. sed in fustigatione ut plurimũ interuenit aliqualis sanguinis effusio, quia cutis humerũ crebris uerberibus sæpius ꝑcussa laceratur, & emittit sanguinem, maxime qñ est longa fustigatio, ut experientia docet. ergo nõ potest qa incurreret irregularitatem ut ibi dr, tu dic, ꝙ iudex ecclesiasticus habet iurisdictionẽ uerberandi, & fustigandi, & sentẽtiam suam super his põt mandare exequi absque scrupulo irregularitatis 26.q.5.contra idolorũ. & 23.q.5 circumcelliones in fin. illa † igr qua
2 lisqualis sanguinis effusio non cõsideratur, nec uenit principaliter ex sententia, sed ex postfacto accidit satis est, ꝙ in sententia clerici non infertur talis pœnẽ, ex qua principaliter, & immediate ueniat sanguis, sicut est in amputatione membri, uel alia simi pœna. unde sanguis humanus immediate debeat effundi, ut d.c.circũcelliones, uide d.Abb. & alios Cano.in c.2.de sortil. Circa mãm iustius executionis non me extendam ulterius uide latius p Doct. in d.auth. sed nouo iure, & in l.capitaliũ.§.famosos, & in l.qui ult.ff.de pœ. & in d.l.eo.tit.& in l sancimus. C. eod tit. & ibi Bal.& Ang.de Are. in d.tract. in commento snïæ super uer. quas si non soluerit, & in uer. & ibi caput a spatulis, &c. Gan. in suo trac.malef.in ti de pœ.reo.& do.Par. de Put. in tract.syn.in tit de exec.sententiarum.f.41.

1 *Iudex ex causa rationabili an possit pœnas à lege statutas augere, uel minuere.*

2 *Iudex facultatem habet à lege ut pœnam pecuniariam ex causa iusta possit in corporalem commutare*

3 *Iudex pœnam unam commutans in aliam non dicitur contra legem uenire.*

Iudex sententiam qua decurionem relegandum pronunciauit mutare non potest

4 *Sententia est nulla cõtra iuris dispositionem lata.*

5 *Sententia libello, seu petitioni difformis est nulla.*

Quæstio facti est stat in arbitrio iudicantis, sed pœna prosecutio legis dispositioni mandatur, et numero seq.

8 *Statuta interpretationem declaratiuam à iure communi recipiunt.*

6 *Iudices ob causis emergẽtes possũt trãsgredi leges.*

10 *Auctoritas legis, aut superioris in omni iuramento censetur excepta.*

17 Bar. & Doct.in l.2.ff.de priua.car.† Sed quæro, qđ si aliqs latitat, & nō apparet in publicum ne capiat̄, ne dicat̄ fugere, dic ꝙ non ita dicit Bal.in l.1.in 3.col C.de ædil. actio. cui cōcordat dcm̄ Bart.in l.1.in fi.ff.de bon.eor. &c.in 2. membro suæ distin.Et qđ si mulier aufugit de carceribus causa euitandæ libidinis? dic ꝙ nō hr̄ ꝓ cōfessa s̄m Bal.in d. l.1.in 3.col.Et qđ si aliqs fuit accusatus ꝙ ꝓduxit falsum instrm̄, & dū cōtra notariū q de illo rogatus fuerat, ꝓcederet̄ de falso, notarius aufugit, an fuga notarii noceat parti, & in quo, uide Io.And.in d.addi.de qua supra. Et no.unum qđ dixit gl.no.in auth de exhi. re. §.si uero ēt qdam, ubi dixit arg. illius text. ꝙ si famulus aut seruitor aufugerit, aut recesserit à dn̄o sine licentia, ꝙ omnia bona q̄ deficiunt in domo patroni, p̄sumūtur à dicto ser

18 uitore fugiente furto fuisse subtracta.† Post hæc q̄ro qđ si unus aufugit ꝓ ꝓ multa debita ꝑ ipsum cōtracta, qa timebat ad instantiam creditorū incarcerari, deinde reuersus cū oībus uel maiori parte cōcordauit, an poterit postea per aliquā ex illis creditoribus, aut ꝑ alios creditores posteriores rōne p̄cedentis fugæ capi, ut suspectus de fuga? Doct.in d.l. admonendi, in gl.magna.in uer s.fuga, tenēt ꝙ sic, uide latius ibi, ꝓ quo facit text.in l.non oēs.§.à Barbaris.ff.de re mil.& ꝑ hęc sum expeditus de ista mā fugæ, de qua uide late per Doct.maxime Mod.in d.l.admō.& quædā ꝑ Alex.ī apo ad Bar.ī d.l.1. ff.de bo. eo. q ante sen.&c.& ī l.in eos, ff.de cust.reo.& Io.An.in addi.ad Spe.ī tit.de p̄sum.§.spēs.uer uiolēta.

De calumniatoribus.

POst carcerum liberationē utile est uidere de calūniatoribus, q falsas uel calumniosas accusationes aut . q̄relas ꝓponūt aduersus innocentes, qualr̄ de ipsorū calumnia cognoscat̄, & qbus p̄enis puniēdi sunt, ꝓ cuius facilior notitia hr̄ figurabo casum. Titius à tribus nocturno t̄pe insulatus fuit, & tribus uulneribus ꝑcussus, Sempronius qui alias ipsius Titii inimicus dicebatur hac de cā, uel ꝑ ꝑ alias suspiciones captus, & īcarceratus fuit, & instigāte Caio cōsanguineo uel amico uulnerati, cōtra Sēproniū processum fuit in causa, ēt usque ad rigorosum examen inclusiue, sed qa d. Sempronius in ueritate istius criminis innocēs erat, institit fortis ad omnem paragonem, quem cum iudex innocentem cognosceret, absoluit, & à carceribus liberauit, nihilominus quia in dictis carceribus ꝑ plures dies stetit inclusus, & magnas expensas fecit, & calumnias d. Sempronius p̄tendit se passum fuisse, & uult proponere cōtra d. Caiū accusationē, aut querelā calūniæ.

1 *Iniuriam carceris, & torturæ passo, quo subueniantur remedio aduersus calumnatorem seu delatorem eius.*

2 *Iudex reo absoluto, de accusatoris falsi consilio inquirere debet.*

3 *Calumniatorum tres sunt species.*

1 QVæritur modo quo † iure, & qua uia succurritur huic Sēpronio contra istū Caiū delatorē siue īstigatorē. Respon. quidam dixerunt, ꝙ contra Caium proced non pōt de calūnia, quia non uenit ut accusator apertus, nec se inscripsit ad pœnam talionis, & nulla acta in causa criminali facta fuerunt noīe suo; ut l.fin.C.de accu.& l.1.in princ.ff.ad Turp.& l.2.C.qui accu. non pos.

In

In contrarium est ueritas, ꝙ imo non solum accusator, sed & q̃relans, instigator, & solicitator causæ criminalis, siue sit publicus, siue secretus quõcunq; ꝓcedat tenet̃ de calũnia, ut est tex. no. in l. 1 §. incidit, & ibi gl. & Bar. ff. ad Turp. & d. l. 1. in princ. §. calumniari, &
2 §. sed non utique. eo. tit. ubi dr̃ † ꝙ iudex reo absolutio, tunc incipit de accusatoris aut delatores cõsilio querere. qua mẽte, & quo aĩo ad accusationem ꝓcesserit, & si inuenerit illum calumniose, & dolose ad accusationem ipsam ꝓcessisse, sufficit, ꝙ pronunciet illum calumniasse, q̃uis pœnam certam non exprimat, lex tñ irrogat pœnam d. §. sed non utique. uers. nam si q̃dem. † Et ꝓ faciliori noti-
3 tia istius materiæ p̃mitte, ꝙ tres sunt species calumniantium principaliter, q̃dam. n. dr̃ calumniator, q̃dam p̃uaricator, alius uero tergiuersator. Calumniator est q̃ scienter, & dolose falsa crimina ꝓponit in accusatione uel inquisitione. Præuaricator uero est qui uera crimina dissimulat. Tergiuersator aut est q̃ in uniuersum ab accusatione recedit ut not. in l. 1. in pri. in uer. calũniatori, ff ad Turp. his sic præsuppositis deuenio ad quæst.

1 *Calumniator an illico presumatur quis eo ipso quod carmen intentatum non probauit.*
Pœna calumniantis est supplicij similitudo.
2 *Pœna senatuscon. Tur est in quinque auri libris fisco applicandis.*
3 *Calumniator in probatione deficiens non puniatur si deferre tenebatur.*
4 *Accusans alium de crimine non auditur, nisi cautione præstita de lite prosequenda, & expensis reficiendis in casu succumbentiæ*
5 *Deficiens in probatione an teneatur de calũnia si per uiam inquisitionis procedatur.*
6 *Accusans ob necessitatem officij, an puniatur ob calumnia si in probatione defecerit.*
7 *Denunciantes qui tenentur, & si in probatione deficiant an puniantur.*
8 *Iudex an incidat in Turpillianum ex mere procedens officio instigante nemine si reus fuerit innocens repertus*
9 *Iudex in dubio præsumitur processisse zelo iustitiæ, non per calumniam aut dolose.*
10 *Accusator calumniosus in extraordinariis puniri potest pro motu iudicis.*

1 Quero an eo ipso ꝙ q̃s † non ꝓbauit crimen q̃d intendit, dicat̃ calumniasse, ita ꝙ de calumnia condemnati possit? quidam dixerunt ꝙ non, quia si iudex pronunciat in causa calumniæ contra accusatorem, & reliquos non ꝓbasti. ꝑ ista uerba non dr̃ esse cõdemnatus de calumnia, sed potius absolutus ibi dum dicit, pepercit ei &c. si uero pronunciauerit calũniatus es, eo ipso incidit in Turpillianum m. d. §. sed nõ utique uers. nã si q̃dẽ. Sed contra prædicta facit tex. in l. 1. §. 1. C. de aduo. diuer. iud. ubi dr̃ ꝙ eo ipso ꝙ quis defecit in ꝓbõne, dr̃ calumniasse, & ut calũniator cõdemnari poterit pœna calumniæ. Quæ calumniantis pœna est similitudo supplicii, ut est gl. in d. l. 1. C. de aduoc. &c. & ibi Bartho.
3 † Pœna uero S. C. Turpilliani est 5. librarum auri fisco applicandarũ, ut l. 3. §. fi. ff. de pr̃uaric. & ibi glo. Ad contrariũ supra formatum ita r̃ndetur, ꝙ reperiuntur quædã personæ, q̃ cõpellunt̃ aliqua iusta de causa ad accusandum, quarũ q̃dam sunt, q̃ rõne sanguinis, ut uendicent necem defuncti, sicut mr̃ q̃ agit̃ d̃ morte filii, ut l. mr̃. C. de cal. & infra dicetur. Itẽ uxor de morte uiri & econtra, pr̃ de morte filii, & econuerso. l. cal. C. eod. tit. & no. in d. l. mr̃, & ꝑ gl. in l. athletas. §. pen. in uer. ex utraque. ff. de iis qui not. inf. quidam sunt q̃ rõne officii cõpellunt̃ ad accusandum, ut sũt tutores, curatores, & similes, ut l. 2. C. q̃ acc. non poss. & infra clarius dicentis. quotiescũque n. sunt hmõi personæ exceptæ q̃ ueniũt ad accusandum ex quadã necessitate, ut diximus, ille accusantur a præsumpta calũnia, & ideo eo ipso ꝙ non probauerint, non dñr calumniasse, sed potius præsumunt̃ errasse, & iusto errore ducti fuisse, nisi expresse probetur cõtrariũ ꝙ dolose, & malitiose uenerunt ad accusandum. Et ideo in istis personis q̃ñ pronunciatum fuit. non probasti, iudex pepercit ei, q̃a iura præsumunt in eis ꝙ potius iusto errore, & iusta de causa moti fuerint ad accusandũ q̃ dolose, ut sup. diximus, & probat̃ in d. l. mr̃. C. de calum. & d. l. 2 C. q̃ accu. non poss. & ita intellr̃. tex. in d. l. 1. §. sed non utique ad Turp. & quod ibi no. Bar. ita ẽt intelligit gl illũ tex. in l. athletas. §. pen. in uer. utraque. ff. de his de qui. no. inf ꝙ tex. in d. l. 1. ff. ad Turp. loquitur ĩ personis exceptis. tex. uero in d. l. 1. C. de aduo. di. iud. loquitur itẽ in personis priuatis, & non exceptis, in quibus procedit alia regula, quòd eo ipso ꝙ quis non probat, uidetur calumniari, & iura præsumunt illum calumniasse, & de calũnia

cōdemnari poterit, nisi euidēter ꝓbauerit ꝙ aliqua iusta de causa motus fuerit ad accusādū. q̄ possetˊ ipsum accusare ab illa p̄sumpta calūnia. Et ideo bene dicit Barto. in d.l.1. in prin. ff. ad Tur. ꝙ iudex debet statuere terminū huic reo, intra quē probet ꝙ habuerit iustā causam agēdi, intra quē nisi ꝓbauerit, poterit merito de calūnia cōdēnari, iuxta terminos d.l.1.C. de aduo. &c. & qđ ibi no. glo. &
3 Bar. Ad ꝓpositū igit̄ qōnis nostrę dico, †Aut iste Sempronius est de ꝑsonis exceptis q ali qua necessitate cōpellunt̄ ad accusandum, & deficiēs in ꝓbōne nō p̄sumit̄ calūniator siue calūniasse, aut non erat de illis ꝑsonis, & in dubio, crimine nō ꝓbato p̄sumit̄ calūniasse, & poterit iudex sibi statuere terminū ad se purgādū aduersus illā p̄sumptionē, ītra quē nisi se purgauerit, poterit ut calūniator cōdēnari, ꝑ ea q̄ supra diximus, uide Bar. in d.l.1. § incidit. & l. in senatus. §. an ad eos. ff. ad Turpil. Et ideo ut clarior habeat̄ notitia de p̄missis, distingue sic, Aut processum fuit in causa criminis ꝑ uiā accusationis uia ordinaria, & accusatus isto casu, si est innocēs, tutus erit, & poterit iure merito uindicare oēm iniuriā q̄ sibi inferret̄ in causa, q̄a accusator nō auditur, nisi prius se inscribat ad pœnā talionis.
4 ut l.fi.C. de acc & l.1. in princ. ff ad Turp. †& nisi p̄stiterit ēt idoneā cautionē de prosequēdo litem usque ad finē, & in euentū succūbētiæ de reficiendis expēsis, ut d.l.3.C. q acc. nō pos. Et utinā ordo iste seruaret̄ hodie in omnibus causis criminalibus, ut isti ēt instigatores, & solicitatores ita facerent, qñ procedit̄ per uiam inquisitionis, quia non orirentur quotidie tot pauperū innocentiū clamores & querelæ, q post multa dāna, & opprobria grauesque iniurias quas sępius patiunt̄, non cogerent̄ multas tollerare, & dāna quāplurimā indebite sustinere, & cautius discerēt uiri maligni aliorū crimina tū falsa tū simulata in iudicio proponere & in alienis calamitatibus gloriari, iuxta illud Prouerb. 17.c. malus obedit lingue inique, & fallax obtēperat labiis mendacib. q despicit pauperem exprobat factori eius, & q in ruina lætat̄ alterius, nō erit impunitus, & 3. dr̄. Risus †dolore mi
5 scebitur, & extrema gaudii luctus occupat. Qñque uero proceditur per uiam inquisitionis, & tūc aut per modū querele, & desistens in ꝓbōne an censeat̄ in dubio calūniasse, recurrendum erit ad illam distōnem de qua supra, aut erat de ꝑsonis exceptis, aut non, & dic ut supra ꝓxime diximus. Quod autem teneat̄ de calumnia qñ constat ipsum calumniasse, uel incidat in pœnam S.C. Turpilliani, nemini dubium est l.1.§ incidit. & ibi gl. & in l. senatus. §. an ad eos, & ibi Barto. ff. ad Turp. & diximus similiter supra eo. Idem dicendum est de instigatore, & illo qui solicitat in causa contra aliquem, ut illo deficiente in ꝓbōne, non euadat calumniantis pęnas ut est casus in d.l.1.§. incidit. & ibi Bar. ff. ad Turp. & in l. in senatus §. an ad eos, eo. titu. ubi proprie loquit̄ qñ proceditur in crimine
6 uia extraordinaria ꝑ inquisitionē † Aut procedit̄ adˊ instantiā fisci uel illius ꝓcuratoris, & q̄dam dixerunt ꝙ ille in dubio excusatur a p̄sumpta calūnia ꝑꝑ necessitatem officii. sicut tutor, & alii similes, de quibus supra in d l.2.C. qui acc. non poss. sed si appareret de illius calumnia ꝙ dolose, & calūniose egit, non euitabit pœnas p̄dictas, ut d.l. in senatus. §. an ad eos, & ibi Bar. ff eo. titu. ubi loqt̄ ēt de iudice q tenet̄ de calūnia, qñ dolose, & calūniose egit cōtra reū, ad q̄ faciūt notata ꝑ Bar. in l. si postulauerit. §. fi. ff. de adult. ubi si ꝓcurator fisci fecit torqueri seruū alienū nullā hn̄s causam, ex qua tortura seruus deterioratus fuit, dr̄ ibi ꝙ fiscus, & procurator tenent̄ ad æstimationem serui ipsi dn̄o, & ad oīa dāna q̄ occasione p̄dicta passus fuerit, uide ibi, & uide Gād. in tract. maleficio. in titu. qualiter cognos. de malef. ꝑ denunc. & inf.
7 ꝓxime dicam. Qñque proceditur ad denunciam officialis publici, prout sunt Bonon. ex forma statutorum in ciuitate officiales, q̄dā qui dn̄t magistrales, & in qualibet capella deputat̄ unus, in comitatu uero sunt massarii, siue siluarii in qualibet uilla siue cōi, & isti tenentur denunciare curiæ oīa maleficia quæ fiunt in sua capella, uel in suo cōi respectiue, quæritur modo si aliqua denunciatio ꝑ officialē facta fuerit cōtra aliquē de crimine nō uero, & sic iniusta & mendosa, an ille denūciator teneat̄ de calamnia, & incidat in Turpillianū. dic, aut cōstat de illius calūnia, & dolo, & nulli dubium est ꝙ tenet̄, ut l.ī senatus. §. an ad eos, & qđ ibi not Barto. ff. ad Turp. aut cōstat de illius innocentia, quia deceptus fuit seu aliqua alia iusta cā, & non tenet̄, ut d.l.1 in princ. & §. sed non utique. ff. ad Turp. aut sumus in dubio, & excusatur ratione officii a p̄sumpta calumnia, q̄a q̄dd facit,

facit, illud agit ex necessitate officii l. 2. C. q accus. nõ pos. l. 2. §. si publico, ꝙ ibi Barto. ff. de adult. & d. l. 1. §. sed non utique, ſm Barto. ibi, & Bar. in l. in senatus. §. an ad eos. in fin. eo. titu. ubi expresse ponit casum, & ita decidit, qđ maxime est uerũ qñ aliqua pcedebãt indicia, secus si nulla, quia tunc non euitaret aliqualem infamiam saltem facti, ut l. ob hęc uerba, & quod ibi not. ff. de infam.
8 † Qñque aũt inquisitio reperitur formata per iudicem ex mero officio, & ex illo mero offõ pcedit in causa, nemine querelante uel instigãte, & isto casu crimen nõ probato, q̃ritur an iudex incidat in Turpillianũ, & teneat ut calũniator, breuiter dicas, aut cõstat ꝙ iudex pcessit nimis animose, & dolose in causa, nullis uel leuissimis, & inanibus iudiciis præcedẽtib. & nulli dubiũ est, ꝙ tenet de calũnia, & incidit in Turpillianũ, & patit oẽs pœnas ac si esset mere priuatus. qñ cõstat đ dolo ipsius, ita dicit expresse Bar. in d. l. in senatus. §. ad eos. ff. ad Turp. aut constat de ius bona iustitia, & ꝙ ex iusta, & rõnabili causa motus fuit ad inquisitionẽ, & pcessum cõtra inq̃situm pp multa indicia q̃ cõtra ipsũ aderãt, & nõ tenebit de calũnia, imo p̄sumptio iuris erit p eo ꝙ motus fuerit ad litẽ zelo iustitiæ put ipse tenet, & nõ pp calũniã d. l. 2. §. si publico. ff de adult. l. 2. C. q accu nõ poss. & l. cõgruit. & l. obseruandum. ff. de off. præs. † aut sumus in dubio, & isto casu silr potius præsumitur p zelo iustitiæ q̃ dolo, & calũnia processerit in causa. & ꝙ fecerit pp necessitatẽ officii d. l. 2. C. q accus. non poss. & l. 2. §. si publico. ff. de adulter. & not. Barto. in d. §. an ad eos. & Bart. & Bal. & Doct. in l. 1. C. de pœna iud. q male iud. Alexan. in l. 1. ff. de iurisd. oĩum iud. qđ maxime p̄sumẽndum est attenta cõdõne personæ ipsius iudicis l. non oẽs. §. a Barbaris. ff. de re mil. & attenta ẽt cõdõne psonę inquisitæ, & nã causæ, & attenta ẽt qualitate iudiciorũ iuxta not. in l. respiciendũ. §. delinquunt. ff. de pœn. & l. aut facta. eo. tit. cũ multis simi. Et not. inquãtũ diximus supra ꝙ calũniæ pœna est similitudo supplici criminis obiecti. d. l. 1. & ibi gl. de aduoc. diuer. iud. hoc est uerũ ĩ iudiciis criminalib. ordinariis. † Secus aũt erit in extraordinariis, qa in illis calũniosus puniẽdus erit p motu iudicis, ita dicit gl. quam sequit Bart. in d. l. 1. §. sed non utique. in fin. ff. ad Turp. Qũo aũt, & qualiter probet calumnia, & qualiter procedat in causa calũniæ, & q̃ probationes requiruntur, & multa alia circa istam mãm, uide late Bart. in d. l. 1. in prin. ff. ad Turp.

1 *Accusator quocunque nomine censeatur de calũnia condemnatus ad expensas etiam damnari debet.*
2 *Condemnatio expensarum fieri debet in causis criminalibus parte petente sicut in ciuilibus.*
3 *Iudex maleficiorum licet principaliter non possit cognoscere de causis ciuilibus, potest tamen inci denter.*
4 *Reus absolutus an ad solas agere possit expensas causa calumniæ omissa.*

De expensis, damnis, & interesse.

Postremo uidendum, est quibus modis prouideatur reo innocenti ut releuetur, indemnis à tot damnis expensis, & interesse quæ passus fuit in dicta incarceratione, & causæ prosecutione usque ad finem, circa quæ repetendus esset casus supra figuratus in tit. proximo procedenti, & successiue omnes distinctiones, & membra quæ ibi posuimus hic inserenda essent, quæ tñ causa breuitatis omitto,
1 † Conclusio ergo sit ista, ꝙ in oĩbus casibus in q̃bus, accusator, delator, instigator, querelãs, procurator fisci aut syndicus, qui denunciauit uel ipsemet iudex notat, & cõdẽnatur de calũnia in omnibus illis casibus instãte reo innocente poterit iudex cõdẽnare reũ calumnię in expẽsis, ut expsse & no. tenet Bart. in d. l. 1. in prin. in fi. cõmenti. ff. ad Turp. q post quorundã Doct. opi. q tenebant cõtrariũ illis cõfutatis cõcludit
2 † ꝙ in oĩbus causis criminalibus siue processum fuerit p accusationẽ siue p inq̃sitionem, aut alio quouis modo fieri debet parte petente cõdemnatio expensarũ, sicut in causis ciuilibus, de q̃bus dicit esse casum in l. fi. ſm unã lec. C. de fru. lit. expen. circa q̃ uide latius ibi per eum. Quæ quidem expensæ peti poterũt, aut offõ iudicis nobili humiliter implorato anteq̃ feratur sñia absolutionis ut unico cõtextu feratur sup utroq; aut iure actiõnis intentando nouũ iudiciũ, ut dicit Bart. in d. l. 1. in prin. ubi uide latius dicta per eũ, & probat tex. in l. 3. C. qui acc. non pos. in fi. & l. interdum. §. q furẽ. ff. de furt. & ibi dicit,
3 † nota qđ licet iudex maleficiorũ nõ possit cognoscere de causis ciuilibus, est uerũ principaliter, incidẽter tñ bene poterit cognoscere causas,

re causas, quæ descēdunt ex crimine sicut est restitutio rei furto subtractæ, Item expensas factas in causa poterit illas cognoscere, & reū in eis condemnare, & taxare, ut dicit ibi Bar. uide Bart. in l. si postulauerit. § fin. ff. de adul. ubi dicit, ꝙ ibi est quasi casus quod in causis criminalibus, uictus uictori cōdēnat in expen. uide Innoc. in c. cū oporteat. in fin. magnæ glo. de accus. & ꝑ Abb. & Cano. in c.
4 calūnia, extra de pœ. †Sed quæro an reus absolutus poterit agere ad expensas duntaxat quas fecit, & omittere causam calumniæ. credo, ꝙ si ꝗa, istæ sunt causæ separatę ſm, ꝙ dicit Bart. in d. l. 1. in princ. ff. ad Turp. tñ ad hoc ut possit obtinere sententiam in causa expensarum oportet, ꝙ probetur calumnia accusatoris, qua probata iudex poterit ex officio suo ipsum punire de calumnia, ut l. 3. C. qui acc. non poss. & hoc idem uidetur esse de mente Bar. in d. l. 1. in ult. q. ff. ad Turp.

PERVTILIS, ET QVOTIDIANUS *tractatus de tormentis, siue de indicijs, & tortura, Per præstantissimum ac eminentissimum ea ætate doctorum dom Guid de Suzaria Mantuanum, cum addit. dom. Ludouici Bolognini Bon n. V. I D. clariss. equitiq; dignis. in almo Bonon stu dio Anno D. 1388. Ad magnificos dominos d præ tores, & eorundem assessores ac iudices ad maleficia deputatos.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex torturus reum iuris & humanitatis meminerit, nec repente ad tormenta procedere debet, si ueritas impositi criminis, alia quauis uia leuiori possit erui.*

2 *Quæstio seu tortura non ex leui causa, aut pro quolibet crimine est indifferenter proponenda.*

Indicia non quælibet sunt ad torturam sufficientia.

3 *Tortura repeti non debet quis, nisi duobus concurrentibus.*

Tormenta reo ea sunt moderatione infrenda ut tortus aut innocentiæ, aut certe supplicio conferuetur saluus.

4 *Quæstio, inquisitio quædam dicitur cum tormētis, & dolore corporis, facta eruendæ ueritatis gratia.*

5 *Quæstio fieri dicitur per tormentum quasi torquem mentem.*

6 *Iudex carcerato, qui torqueri non potest, alimenta denegare non debet.*

7 *Ferula in pueris, censetur quædam tortura.*

8 *Torqueri potest in casu quilibet, cuiuscunque sit conditionis, aut status.*

9 *Torquendi non sunt, qui in dignitate constituti sunt.*

10 *Statu liber improprie dicitur, cui libertas in tempus certum, uel sub conditione certa relinquitur.*

11 *Seruus quando, & contra quē torqueri possit.*

12 *Minor quatuordecim annis non debet torqueri, potest tamen ferula uel corrigia cedi.*

13 *Ferula minoribus datur, ut ueritas sciatur, sed non ut condemnatio sequatur.*

14 *Decrepitus non est torquendus, & quæ dicatur decrepita ætas.*

15 *Decrepitus in crimine læsæ maiestatis, & hæreseos torqueri potest.*

16 *Iudices eminentissimi, milites, decuriones, & eorum filij nequaquam sunt torquendi.*

17 *Torquens in dignitate constitutum in casu non excepto in eo, scilicet quo torqueri nō debebet, capite plectitur.*

18 *Clerici, & presbyteri, an & quando sint torquendi.*

19 *Quæstio qualiter, & quo debebat moderamine fieri.*

20 *Iudicis æqui arbitrio relinquitur, & quando, & qualiter quis torqueatur.*

21 *Iudex in dubio modum torturæ non præsumitur excessisse.*

22 *Tortura quo ordine sit applicanda, si plures torquendi sint.*

Pater, & filius quando torquendi ueniunt, a filio in patris præsentia est inchoandum.

23 *Fœmina quare prius torqueri debeat quam masculus.*

24 *Torqueri debet prius, qui ueritatē nouit melius*

25 *Iudex qualiter, & quo ordine, debeat reum interrogare.*

26 *Reus ex causa ciuili & criminali potest torqueri, si alias ueritas non possit haberi.*

27 *Tortura communiter in ciuilibus causis non est admittenda.*

28 *Indicia sufficientia, & uerisimilia quæstionem præcedere debent, neque enim in omni causa, aut qualibet persona est proponenda.*

29 *Confessio facta in tortura sine indicijs uerisimilibus nulla censetur etiam si extra tormenta ratificetur.*

30 *Indicia qualia ad torturam requirantur, iudicis arbitrio committitur, & num. 35.*

Indican-

Indicantis arbitrio relinquitur quidquid à iure non determinatur.

31 Iudex prudens circa indicia indaganda solerter instare debet contra delatum de crimine.

32 Conuersatio mala est malæ operationis, & conscientiæ deprauatæ indicium.

33 Indicia contra delatum sumi possunt ex constantia, uel trepidatione.

34 Opera hominis attenduntur ex præteritæ gestis.

36 Iuuenis cum puella repertus, uel de domo eius exiens, supposuisse præsumitur.

37 Furtum fecisse an præsumatur is penes quem res subtracta reperitur.

Famæ mala alicuius de præterito, facit eum malũ præsumi, in eodem genere mali.

38 Iudex in quibus delictis ad torturam promptior esse debeat.

39 Mortuus iuxta domum Titii repertus, an præsumatur à Titio occisus.

40 Fuga quando indicium sufficiens præbeat ad torturam.

41 Indicium consurgit, si postquam dominus locutus est in aure famuli, ipse famulus aliquod crimen commiserit.

42 Fama publica à fide dignis orta personis, indicium ad torturam tribuit.

Confessio socii in crimine indicium ad torturam censetur præstare.

43 Quæstionis, seu torturæ effectus quis sit.

Confessio rei statim in causa criminali non præiudicat ei, nec plenam facit probationem.

44 Confessio in ciuilibus, in quibus differens sit a confessione facta in criminalibus.

45 Confessionis in tormentis, uel eorum formidine emanate, non creditur.

46 Confessio rei de crimine, an debeat ratificari, uel reiterari antequam possit condemnatio sequi.

47 Conuictus de crimine non potest appellare, potest tamen confessus confessionem ratificare, aut reuocare.

48 Confessio sponte facta, potest statim ratificari, uel reuocari, sed ea quæ in tormentis fit, non statim ratificari debet.

49 Defensio non est deneganda sponte confessio.

50 Torto contra alium confessio quando credatur.

51 Tortus de confessus, de aliis interrogari non debet.

52 Torqueri contra alios in quibus casib quis possit.

53 Inculpati, seu accusati à torto an ob huiusmodi præsumptionem possit torturæ applicari.

54 Inculpatio sola à torto facta, non facit indicium sufficiens ad torturam.

55 Inculpatus à torto, an saltem possit subiici torturæ, si sit malæ conuersationis, & famæ.

56 Accusatus de furto, si tortus confiteatur, an possit torqueri pro aliis furtis de quibus contra eum non habentur indicia.

57 Quæstio an possit alicui repeti sine nouo indicio.

58 Iudex dolo malo, & sine causa, quæstioni, seu torturæ aliquem applicans, capite punitur.

59 Tortura, & repetitio eiusdem non nisi legime fieri debet.

60 Iudex quid facere debeat, torto dicente se nihil scire, & nil dicturum etiam si per decennium torqueretur.

61 Indicia dicuntur noua quæ à primis differunt specie, uel substantia.

62 Reus petens defensionem contra indicia ad torturã, an sit audiendus.

63 Reo ante torturam aduersus indicia contra eum recepta datur defensio.

64 Princeps post sententiam latam, ad confessionem factam in tormentis, defensionem concedit si de innocentia damnati constiterit.

65 Defensio nullatenus est deneganda reo, etiam sponte aut coacte confesso

66 Testis tortus, & in tortura confessus per errorem an possit ante sententiam suum errorem reuocare.

67 Defensionis facultas ante pœnæ impositionem nemini debet denegari.

Defensio, & probatio usque ad sententiam fieri possunt

68 Confessio in tormentis facta, & statim reuocata, an possit aliquid operari in præiudicium confitentis.

69 Confessio metu tormentorum facta absque perseueratione nullo modo præiudicat.

Tortus confessus per diem naturalem quiescere debet antequam confessionem suam ratificere.

70 Confessio torti nullis, uel non legitimis præcedentibus indiciis, est nullius ualoris.

71 Confessio sponte facta nullis etiam indiciis præcedentibus est uali quam sequi potest condemnatio.

72 Confessio quo in tormentis facta dicatur.

Percutere, & fameam uberando, minari, paria sunt.

73 Confessio quæ fit apud tormenta, in tormentis censetur facta.

74 Quæstio seu tortura etiam dicitur, si in turri reclusio alimenta denegentur.

75 Detentus incarcere ut siti moriatur, torqueri dicitur. et si confiteatur eius confessio nulla erit.

76 Territio seu timor leuis non inualidat confessionem de crimine delati.

77 Confe-

77 *Confessio facta ad uerba iudicis dicentis reo, aut confitere, aut ad tormenta duceris, quando ualeat.*
78 *Reus confessus, ad quem locum duci debeat in confessione perseueraturus.*
79 *Interuallum confessionis, & reductionis rei ad perseuerandum quantum esse debeat.*
80 *Quæstio quibus præsentibus fieri debeat.*
Aduocatus in examinatione non potest presens esse, licet bene in iuramenti delatione
81 *Liber homo in quibus possit torqueri casibus.*
82 *Homo liber, & in se & in alios, ex aliquo crimine delatus, torqueri potest.*
83 *Liber potest torturæ subiici indifferenter.*
84 *Principales personæ sunt etiam ad ueritatem eruendam, quæstioni supponendæ.*
85 *Iudex in tortura modum excedens, & membra delati debilitans an & quo iure teneatur.*
86 *Propinquus propinquum corrigendo modum excedens tenetur.*
87 *Iudex in torquendo modum excedens non tenetur l. Corneliæ de sicarijs.*
88 *Iudex modum in torquendo excedens, non iudex, sed priuatus esse fingitur.*
89 *Torto in tortura deficiente non tenetur iudex, si indicia præcesserint.*
90 *Testis unicus an faciat indicium ad torturam sufficiens.*
91 *Infamis testis indicium ad torturam non facit, debet enim testis famæ esse integræ.*
92 *Testis solus de uno non facit indicium.*
93 *Quæstio, seu tortura an possit dari, maleficio tantũ per famam probato.*
94 *Dictum unius testis cum fama, indicium sufficiens præbet ad torturam.*
95 *Fuga fugientem suspectum monstrat.*
96 *Potestas habens arbitrium procedendi secundum suam conscientiam, an possit supplere defectum probationis indicij.*
97 *Iudex uigore arbitrii sibi dati poterit torquere ad dictum unius testius de uisu deponentis.*
98 *Præsumptio iuris, uiolenta dicitur, & quid operetur.*
99 *Indicia indubitata quæ dicantur, & quando quis torqueri possit, statuto stante quòd nullus sine indicis indubitatis torqueatur.*
100 *Indicia plura probata an, & quando facient unũ indicium indubitatum.*
101 *Præsumptio uiolenta contra aliquem, quod quempiam occidi fecerit, qualiter probetur.*
102 *Causa criminalis præsumptionibus, & argumenti cognosci potest, & terminari.*
103 *Probationes diuersi generis non iunguntur ad condemnandum in criminalibus.*
104 *Milites nostri temporis an possint qõni subiici.*
105 *Milites hodierni per plateas quotidie ociosi, torturæ possunt applicari sicut alii priuati.*
Milites nostri temporis pro debito contractus, uel ultimæ uoluntatis carcerari nequeunt.
106 *Insignia sola militiæ non faciunt quæ militũ gaudere priuilegiis.*
107 *Presbyteri non sunt torturæ supponendi, licet bene clerici de iure ciuili.*
108 *Iudices, & aduocati an possint subiici quæstioni.*
109 *Aduocati nec de iure nec de consuetudine possunt torqueri.*
110 *Consiliarii ciuitatum de iuris solennitate torqueri non debent, decuriones enim dicuntur.*
111 *Iudex consiliarios torquens, seu decuriones capite punitur.*

Guido de Suzaria.

De quæstionibus plenius tractuturus uidendum est quid sit quæstio. Quę personæ possint torqueri, & quæ non. Et quomodo debeat inquisitio, seu quæstio fieri, seu quo moderamine, & quo ordine sint hñda tormenta, seu homines torquendi. Ex quibus causis, & quæ oporteat præcedere quæstionem, & quis sit effectus quæstionis. Denuo formabo quasdam utiles, & quotidianas qõnes super prędictis, & ut iudicibus immodice sæuientibus aliqua tẽperies imponat, ut C. de cust. reo. l. 2. Prænotabis quinque
1 magralia ad hunc tractatum. † Primum, ꝙ iudices q de aliquo hře qõnem intendunt, ante oĩa iuris, & humanitatis cõsideratione habeãt, ut non facile ad tormẽta procedant nec repẽte, quantumcũq; adsint uirisimilia argumẽta, si aliqua leuiori uia põt obiecti criminis, prius ueritas reperiri. ff. de quæst. l. diuus 1. & 2. rñso, & l. edictũ & C. eo. l. quoties. ff. de rei uen. l. si possessor. & not. ff. pro soc. l. si
2 inter § idem rñdit in gl. ord. † Secundum est notãdũ, ꝙ ex qualibet leui causa, nec ꝑ quolibet crimine, nec indifferenter de qualibet ꝑsona hñda est qõ. d. l. edictũ. Tertium notandum est, ꝙ non qlibet indicia sunt sufficiẽtia ad tormẽta hñda, qa tũc torquendus est reus cũ suspectus est, & indicia pceesserint, uerisimilia talia, ꝙ sola quasi torquẽdi cõfessio dẽ esse
3 uideatur. l. 1. & 2 rñso. ff. de quęstio. † Quartũ notandum est, ꝙ in quæstione nõ est aliquis

repeten

repetundus nisi duo concurrant.s.ꝙ noua superuenerint indicia, & ꝙ tortus in fortitudine corporis animiq; durauerit, ut ff de qō.l. unus.§.1. Quintum notandum est, ꝙ iudices hoc temperamentum teneant, ut tormēta nō sumant de aliquo in immensum, nec quāta postulauerit accusator, sed ꝓut moderatę rōnis tēperamēta desiderāt, adeo, ꝙ tortus saluus innocētiæ, uel supplicio cōseruet, ut ff.đ
4 q.l.1.§.qōnis ibi, teneri eū, &c.† Quid est qō? qō est inqsitio, q̄ fit ad eruendā ueritatē per tormēta, & corporis dolorē. Nuda igit interrogatio, uel leuis territio nō pertinet ad hoc edictū. ut ff. de iniur.l. apud labeo.§. adiicitur. uers. qōnem & ff. ad Sylla.l.1.§. quæstionem.

Additio domini Ludouici.

Circa hanc quotidianam, & ultimam materiam tormentorū, non dico utilem tñ pro torquēdis, sed potius quo ad eos horrendam, & inutilē, licet multum practicabilē, ut uides d. auctor fecit quinque principales dubitationes, in quibus uis tota eius cōsistit, cū declarationibus, interpretationibus, & limitationib. per me in unoquoque passu inferius subiiciē
5 dis.† Et primo circa hoc primum, ꝙ qō fit ad eruendam ueritatem ꝑ tormenta, & corporis dolorē, &c. dicas, ꝙ hoc uerū est, sed iudicio meo ēt dr̄ fieri per tormentum, quasi torquēs mentem, a torqueo, torques, ita reperio dixisse dom. Abb. in c. cū in contemplatione in 1.col. in prin. in uer. & pro intellectu materiæ, & c. extra de reg. iur. Plus dico, ꝙ etiā denegatio uictus dr̄ pēs torturæ, tex. est in d.§.
6 qōnum, & ibi glo.† & ideo male facit iudex denegās alimēta carcerato, qui non possit torqueri, ẜm Bart. in l.1.§. diuus ff. de qō. & do. Ang. Aret. in suo libello maleficio. in uerbo, fama publica præced. in 2.col. & adeo requiritur corporis, uel mētis dolor, ꝙ si iudex fecit quem spoliare ut torturæ eum pberet, si confiteatur crimen non dr̄ confessio esse extorta metu tormentorū ẜm Nic. de Neap. in l. nouissime. ff de fal. tut. au. licet Salyc. in hoc ultimo teneat cōtrariū in l.2. C. de custo. reo. & forte melius. nam si denegatio uictus inducit spēm torturæ, idem in subiecto torturæ, & iam spoliato ut torqueat. nam inesse uī.l. lecta. uer. dicebam ff. si cer. pet. & facit l. pen. ff. de testam.
7 mil.† pro quo facit qa ferula dr̄ esse spes torturæ in pueris.l.1.§. impuberes ff. ad Syll. & est glo. quam cōmendat ibi Bal. in l. fi. C. ad Syll. & Bart. in l. ex libero, §. de minore. ff. de qō.

ad idem facit. quia si filius torquetur, prout torqueri debet ante patrem, coram patre, pater dr̄ quasi tortus.§. sed ueteres. Inst. de noxa. act. & infra dicemus post auctorē in §. quo ordine, &c. & tñ corpus eius nō tangit, præterea ductus solū ad locū torturæ, si cōficet dr̄ cōfessus in tormētis.l.2. C. quo. app. in uer. fortitudine tormentorū. & dicet infra post auctorem in uers. quæro quę dr̄ confessio, &c. neq; omnibus istis modis dicitur quæstio habita.

Guido de Suzaria.

8 Quæ autē personæ † pñt torqueri, & quæ non. & certe torqueri pñt tam liberi, q̄ serui, & liberti, & statu liberi.l. edictum. de qō.l. ex libero, & l. diuus. & tā masculi, q̄ fœminæ, nisi sint ꝑgnantes, ut l. prægnantes. ff. de pœ. & q̄uis quidam contrarium dixerit, dic indubitanter liberos hoīes, tam in seipsos principaliter, quam alios posse torqueri ff. de qō.l. ex libero in prin.l. unius.§. testes. & arg. C. ad l. Corn. đ fal. sicut. & l. siqs decurio, & ff. de re mil.l proditores. & in auth. ut iud sine quo. suf.§ oportet. col.2 & C de qō.l. milites, ubi indistincte loquitur, & quo ad crimina. & quo ad perso
9 nas cuiuscunque cōdōnis† exceptis quibusdā in dignitate positos quos torqueri nō permittit, ut. C. de infa.l. nullā ubi de hoc. & C. de ass.l. nullus. ad fin. oīa ꝑdicta iura loquuntur de qōnibus habendis de liberis hominibus.

Additio domini Ludouici.

Circa hanc secundam conclusionem, de ꝑsonis torquendis, seu quæ torqueri dñt. adde ꝙ dictum in liberis ipsemet auctor confirmat infra uers. sed nunqd liber hō, &c. Et idem dicendum est ēt in statuliberis tex. est in l. statu
10 liberū ff de quęst.† & statuliber dr̄ ille cui libertas est relicta in certum tempus, uel certa cōdōne interim l.1. & ꝑ to. ff. de statu. libe. & ita in terminis uoluit do. Abb. in c. cū in contemplatione. in ult. col. circa fi. in uers si uero sunt statuliberi, &c. extra de reg. iur. & uoluit Bart. in l. diuus pius. ff. de quæst. & Ang. Aret. in suo tract. maleficio. in uers. fama pub. præced. in uers. 6. quæro quę personæ, &c. ubi dat regulam generalē, ꝙ omnes pñt torqueri nisi
11 sint excepti a iure. † De seruis autē, dicas tu clarius, ꝙ aut uolumus torquere contra extraneum. & indistincte pñt, aut contra dominū, & non pñt, nisi in subsidium, nisi sit super facto cōi domini, & serui.l. quicunq;. C. de ser. fug. & nisi in criminibus exceptis, ut læsæ maiestatis, & similibus, ita uoluit do. Abb.

ubi

ubi supra in ult.uerbis licet do.Ang.ubi supra simpliciter dicat seruos torquendos.

Guido de Suz.

12 Excipiuntur † quædam personæ quas ius torqueri non sinit.s. quædam ꝑ ꝑ ætatem, ut minores. 14.ann. nam torqueri non pñt, tñ pñt ferula cedi, uel terreri corrigia leuiter ad eruendam ueritatem, ut ff.ad Syll.l. 1.§. imp. & l.excip ff.de qõ.& l.de minore. 1. responso. & l.ex libero.§.de minore.

Additio D.Ludouici.

De hoc supra dixi in 1. cap. ideo non repe 13 to hic.†Sed not.nunc unum ꝙ ferula qua torquent isti minores 14. an datur solum ut ueritas sciatur, non autem cõdẽnetur, ẽm Bart. in d.l.ex libero.§.de min.& Bald.in l.si.C.ad Syll.ubi dixit limitando ꝑdicta, unũ notabile uerbũ, ꝙ hoc ꝓcedit in minore, maiore tñ infante, secus aũt in infante ẽm eum ibidem.

Guido de Suz.

14 Item † ætati decrepitæ subuenitur, & non torquetur. sed quę dr illa ætas decrepita, cui debeat subueniri, respondeo ut ff.ad Syll. l 3. §.ignoscitur.

Additio D.Ludouici.

In hoc de decrepito adde tu, ꝙ idem uoluit Ang.in d.suo tract.maleficiorũ, in uerbo fama publica præcedente, &c.in uer.6.quæro 15 quæ personæ &c. † ubi limitat præterquam in crimine læsæ maiest.& hæresis, & similib. Nã cũ in istis casibus doctor & miles, & oẽs exceptuati possint torqueri puta infra dicemus in locis suis.idẽ & multo magis dicendũ est in decrepito, ut nõ excusetur qn torqueatur, quo uero ad ætatẽ decrepitã quæ dicatur ultra tex.in d.§ ignosc.dicas ꝓut hr in c. ult. 80.dist.& ꝑ Io.And in proœm. 6.lib. & hr in hoc uers.Infans, inde puer, adolescens post iuuenis, uir, Dr inde senex, postea decrepitus.

Guido de Suz.

19 Item in dignitate positi† non torquentur, ut eminentissimi iudices, & milites, & decuriones, & filii, & nepotes ꝑdcõrũ, ne in eis aliqua pudoris macula aspergatur, ut l.mil.& l. diuo Marco, & l.decur. C.de qõ. & l.fin.ff. de decur. sed in quibusdam casib. dignitas nec minor ætas ꝑbet excusationem, qa torquentur, ut in crim læsæ maiest.& proditionis, & qbusdam aliis, ut l.de min.primo rñso.& l.ex lib.§.1.de qõ.& l. desertor. ff. de re mil. & l. his, & l.prodit. Item decuriones in alio casu torquentur.cum tempore decurionatus quę ritur de fid.instr. ꝙ ante decurionatum cõfecerãt, & l. si quis decurio. C ad l. Cor. de fal. Item mulieres quousque sunt prægnãtes torqueri non possunt.l.pręgnantis.ff.de pœn.

Additio D.Ludouici.

Circa has ꝑsonas priuilegiatas, adde tu, ꝙ idem uoluit do.Abb.in cap. cum in contemplatione, in 1.col. in uers. 5.quæro hoĩes &c. & Angel.in d.suo tract.in glo fama publica, 17 6.quæro &c.dicens† ꝙ si quis torqueret aliquem de priorib.uel de ancianis, qui sunt loco decurionum puniretur pœna capitis, nisi essemus in criminib.exceptis alleg. text. in l. fall.C.de abol.& Bald.in l.qõ.C.de decur.

Plus dico, ꝙ cõsuetudo inducens, ꝙ ꝑsonę priuilegiatæ torqueantur, non v3. text.est in l.oẽs iudices.ꝑ quem text. ita determinat ibi 18 Bart.C.de dec.lib.10.†Pręterea scias, ultra ꝑsonas enumeratas per auctorem, idem dicendum est in clericis ẽm quosdam, quos refert do.Abb.in d.c.cũ in contẽplatione ubi tñ ipse postea decidit cõtrariũ, & plus dicit ꝙ etiam si essent ꝑsbyteri pñt torqueri.subdit tamẽ, ꝙ clerici in uno sunt priuilegiati, ꝙ tortura nõ debet esse ita seuera in eis, sicut in laicis.unde nõ debent supponi aculeis, uel funiculis, sed uirgis, seu corrigeatis al.tex.ĩ c.1.in fi.23 q.3.

Guido de Suz.

19 Qualiter inquisitio† seu qõ fieri debeat, & cum quo moderamini sint hñda? dic non esse in immensum tormenta hñda, nec quanta postolauerit accusator, sed ut moderatæ rõnis tẽperamenta desiderãt.l.de minore §. torm.de qõ.& circa hoc non põt certa tradi doctrina, sed iudex cõsideret torquẽdũ; cuius sit fortitudinis, uel debilitatis, cuius ualitudinis, cuius ætatis, & ẽm ueritatẽ personæ uarietatẽ, criminis, seu alterius negocii qualitatẽ, qñq; suꝑiorib.qñq; minorib.tormẽtis utatur, & ꝙ hæc sint cõsiderãda ꝓbat ꝑ iura. ff. de re mil.l.3.§.fi.ff.ad Syll.l.si qs in gratui in prin.sic ergo torqueat, ut innocẽtiæ, uel supplicio, seruet incolumem, ut l.qõnis.ff. de qõ.

Additio D.Ludouici.

Circa modum, seu moderamen tormentorũ, dom auctor recte locutus est cuius dictis adde, ꝙ idem uoluit do. Abb, in d.c.cum in cõtemplatione.in 1.col.in uer. 3.qro qualis debet esse &c. idem uoluit Ang. Aret.in suo tract.maleficio, in uer.fama pub. præcedente &c. in uers. 7. quæro cum quo moderami- 20 ne &c. ubi subdit quod † hoc residet in pe

ctore

ctore boni iudicis, qui cõsiderabit omnia p̄ dicta, adeo ꝙ si indicia præcedant, & in actis appareat de eis, si iudex quẽ torqueat, & tortus moriatur, non tenetur. l. sed an ultro. ff. de neg. gest. & uoluit Cyn. Bald. & Saly. in l. Gracchus. C. de adult. & Bar. in l. qõnis. ff. de qõ. & Ang. in l. 3. C. de adult. & do. auctor. infra in uer an si iudex in tormentando &c. in quibus locis subdunt præfati scrib. ꝙ hoc est uerũ, dũmodo iudex non fuerit egressus terminos torturæ, † & in dubio non præsumitũ egressum fuisse, unde dicenti contrarium incumbit onus probandi. quod dicit ẽt no. dignum Ang. ubi supra, de quo uide ẽt ꝑ do. Gand. in suo tract. malef. in rub. de q. in qõne quæ confessio dicatur facta metu &c. & Ang. in l. 1. de ui pub. Bald. in cap. iud. in tit. de pa. iur. fir. in usi. feu. & Bald. in rub. C. de pœna iudicis qui male iud. & do. Gasp. Cald. in cap. 1. extra de deposito.

Guido de Suz.

22 Quo ordine † sint hñda tormenta, posito ꝙ a pluribus sint hñda, respõdeo sagax iudex cõsiderabit a quo facilius erui possit ueritas, & sic ab illo qõnem incipiat, à timidiori, à magis suspecto, à iuniori, à debiliori, & nõ à fortiori, ut l. 1. §. 1. & l. unus. §. 1. de qõ. Item si torquendi sunt pr̃, & filius, à filio incipiendum est in patris cõspectu, quia per hoc dicet citius pr̃, cũ ipse magis torqueatur, q̃ filius, arg. ff. ꝓ met. caus. l. isti quidem. in fi. & Inst. de nox §. sed ueteres. Item fœmina priusquã homo torqueatur, quia homo tanq̃ maioris cõstantiæ tardus confitetur, & mulier citius. quia momentaneum, & instabile cor habet l. filia in obritate. C. de inoff. test. cap. forus. extra de uerb. sign. l. deferre in prin. de iu. fi.

Additio D. Ludouici.

Circa ordinem torquendi do. auctor recte locutus est, cuius dictis adde, ꝙ idem uoluit Dy. in suo tract. de qõ. in uer. quo ordine &c. & Bar. in l. 1. ff. de qõ & Ang. Are. ubi supra ꝓxime in uer. fama publica præcedẽte. in uers. nunc uideamus &c. ubi alleg. Ang. in l. fin C.

23 de q. † & dum loquitur de fœmina quæ prius torquenda est, q̃ masculus, all. ipse aliã rõne, q̃a fœmina est debilior. all. tex. in l. filia. C. de inoff. test. sed tñ contra hoc facit gl. in l. nihil, de adul. quæ dixit, ꝙ fœmina sustinet grauiora uulnera, q̃ masculus. uñ dicas, ꝙ tutior est rõ do. auctoris, quia fœmina habet cor momentaneum, & instabile, de qua materia uide per Bart. in l. 1. ff. de off. præf. uig. ubi dixit ꝙ de re furata prius torqueri debet. & Bar. in l. diuus. §. reorũ. ff. loc. & Bart. in l. si ita. ff. de fun. inst. & Bald. in l. 1. C. loc. ubi dñt, ꝙ uicinus proximior debet prius torqueri. & Bar. in

24 l. quoties. C. de naufr. lib. 10. ubi dicit † ꝙ ille debet torqueri q prius nouit ueritatem, & facit l. 1. in prin. & l. ex libero. §. 1. de q. ubi probatur ꝙ prius torquendus est iuuenis, quàm senex, tanquàm minus stabilis. Præterea scias circa istum ordinem tormentorũ, ꝙ iudex debet cauere ut non interroget inculpatum, an ꝑcusserit Caium in brachio, cũ ense tali die, & tali loco, qm̃ istud esset instruere ipm̃, & ꝑ suggestionẽ inducere eũ ad sic cõfitẽdum, ut est tex. in l. 1. §. q qõnem. ff. de qõ. & ibi hoc

25 uoluit Bart. † debet ergo interrogare eum in gñe, si cũ aliqua fecit aliquam rixã, & postea descẽdendo ad spẽs, si cum Caio, & postea si Caium uulnerauerit, nõ aũt magis in specie inclinet, uel rectius faciet iudex si solũ interroget, si aliquod maleficiũ cõmiserit, nec ulterius interroget alias forte ille doctus diceret metu tormẽtorũ, ꝙ nunquã si sciret diceret, nec dicere potuisset. ita uoluit Ang. Aret. in d. tract. suo in uerbo fama pub. in uersic. 3. sit bene cautus iudex, &c.

Guido de Suz.

26 Ex quibus causis † torqueantur hoĩes, tñ ex ciuili, & criminali, & tunc cum ueritas hr̃. non põt, ut ff. de qõ. l. diuus. & l. ex libe. & l. quot. C. eo. ti. & no. Az. in sum. eo. tit. §. torq.

Additio D. Lodouici.

Circa causas qõnis hñdæ, optime locutus est do. auctor, cuius dictis adde do. Abb. in d. c. cum in contemplatione, in 1. col. extra de

27 reg. iur. † tamẽ scias ꝙ in causis ciuilibus rr̃c tortura non permittitur, d. l. diuus. & l. ẽt. & ibi Bart. de qõni. & Ang. Are. in d. uerbo fama, nisi pro delicto ciuiliter conueniatur ẽm Bald. in cap. dilectus, extra de appel.

Guido de Suz.

28 Non tamen ex omni cã † quis torquendus est, nec quælibet persona indifferenter, ut ff. de qõ. l. edictum cum oporteat præcedere qõnem indicia sufficientia, & uerisimilia, nec a tormentis est incipiendum. l. prima. 1. respon. ff. de qõ. nam sine indiciis, uel sine præsumptionibus quis torquendus nõ est, ut l. unius. §. in ea. ff. de qõ. l. mar. & l. fin. & C. de fal. l. sicut, in fin. & certe a rectorib. est ualde cõsiderandum, & ponderose, nunq̃d ꝓcedentia

tia indicia sint uerisimilia, & sufficientia ad habendū torturā, cū ad talia restitutio, uel appellatio subsequens ꝓdesse non possit, nā plures dum torquenť perimere solent l aut damna. §. 1. ff de poe. & quod torturam precedere debeāt indicia, probatur per iura in l. milites, & in l. cum cognitio naturalis. C. đ questioni.

Adit. dom. Lud.

In hoc ꝙ indicia oīno praecedere debeant torturam, idem reperio uoluisse do. Abb. in c. cū in contēplatione. in 1. col. circa princ. extra de reg. iur. & do. Ange Are. in suo libello malc. in uers. nunc uideamus, &c. in hoc nemo discrepat. sed plus dicas † ꝙ intm̄ debent praecedere indicia torturam, & etiā sufficien-
29 tia, & legitima q̄ qualia sint infra dicam, ꝙ cōfessio aliter facta, ēt si ex postfacto ratificetur, ēt si extra tormenta non ualet, nec potest illa confessione condēnari. casus est not. in l. qōnis. ſm unam lect. glo. approbata. ff. de q̄st. do. Gan. in tract. malc. in rub. incip. quaero nū quid confessus in tormentis non praecedentibus, &c. & Ang. & Paul. de Cast. & Io. de Imo. in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acquir. haer. & Saly. in l. 2. in ult. col. C. de cust. reo. & Pet. de Ancha. in clem. 1. extra de ho. & in cōs. 22. incip. in Christi nomine uita inquisitione formata in Philippū. &c. & do. me. Alexan. in cōs. 5. in 1. col. incip. in causa inq̄sitionis formatae cōtra Vale. &c. in 1. uol. & in cōs. 53. in 2. uol. per totū incip. uiso themate, &c. & in cōs. 142 in 2. col. in 2. uol incip an ille qui primo fuerat iniuste tortus, &c. q̄a ſm eū postq̄ semel fuit indebite tortus p̄sumiť semper sub esse eadē causae iusti timoris, & ideo nō ualet talis cōfessio, nisi p̄cedant indicia sufficientia & legitima. & idem uoluit auctor infra in uer. sed quid si aliquis tortus est nullus, &c.

Guido de Suz.

Quae, & qualia indicia † requirantur ut q̄s
30 possit poni ad torturam, respondeo nō possunt d ci, uel ostēdi, uel đ eis certa descriptio uel doctrina dari, sed hoc cōmittitur arbitrio iudicātis, ut ff. de testi. l. 3. in princip. ibi tu magis scire potes, & sicut diximus de accessione & mora, ut ff. de diuer. & temp. praescrip. l. de accessionibus, & ff. de usur. l. mora. & generaliter, omne quod non determinatur a iure relinquiť arbitrio iudicantis, ut est uidere in poenis a iure nō determinatis, ut l. hodie. & l. sanctio. ff. de poen. & ff. de effra. l. 1. §. quibus nulla. sic de tēpore dicimus, ꝙ indeterminate ꝓfert, ut ff. de iure đl. l. 1. cū si. possimus tamē
31 in gn̄e talem doctrinam tradere, † ꝙ astutus iudex debet solicitus stare ad indagāda indicia cōtra delatū ex aliquo crimine. nā indicia sunt aliis ꝓbōnib. proxima, & dr̄ quasi demonstratiua ueritatis, & probationum adminicula ut C. de prob. l. instra, & l. fin. sunt enim iudicia pars ꝓbōnis clarae. ut C. qui testa fa. pos. l hac cōsultissima. §. deinde. ibi. indicia, &c. Nam indicium dr̄ ab indicando, unde indicia. i. adminicula demōstratiua ad indicādum ueritatem, ut C de adul. si quis adulterii & l. solent. ff de p̄sc. uerbis Quaerat iudex & instanter indaget, cum quib. & per quae loca cōuersabatur delatus. quem torqueri intendit,
32 † qm̄ mala conuersatio est male operationis indicium, ut ff. de admi. tut. l. si plures. § assidue. nā ex mala cōuersatione q̄s ēt bonus efficit uitiosus, ut ff. de aedi. aedic. l. edilē, §. pedius ibi alleg. fore, uel ueniarius. Ad idē dcm̄ Philosophi. qualis q̄sq; est talium cōsortio delectatur. Itē cōsideret loca in quibus cōuersabať, quia ſm locorum uarietatem uarie colligūtur coniecturae ut C si man. fue. alie. l. fi. ff. de poe. l. aut facta. §. euenit. Item interest q̄rere, si erat inimicus offensi, uel si aliqua offensio interuenerat inter eos. q̄a tūc est p̄sumptio, culpae, quia inimicus de inimico male facere, & male cogitare a iure praesumiť, ut ff. de his quibus ut ind. l. si inimicitiae. ff. de adim. leg. l. 3. §. fi. & de qōnibus l. 1. §. qōni. Item studeat inuenire cuius aestimationis, & famae sit. qualis enim fuerit fama, & opinio cuiuscūq; in ciuitate talē eū esse p̄sumimus. l. de minore. §. tormēta ibi, uel cuius aestimatiōis, &c. de qōnib. & l. si a bonae fidei, primo in. de rei uend.
33 & in auth. testi. §. sancimus, col. 6. † Item poterit iudex indicia sumere ex cōstātia, uel ex trepidatione uocis, uel mēbrorū, uel pallore, ut d. §. tormēta. locutio, uel cōstātia, uel trepiditas, uel aestimatio cuiusq;, attēdēda est, & indagāda, qm̄ multū cōferūt ad illuminandū ueritatē, & in lucē emergētia, ut d. §. tormēta. Itē indaget cuius primo uitae fuit, & an talia & similia de quib. ad p̄sens inculpať, facere cōsueuit. nā de uno quoque bonū, uel malū praesumimus, cōsideratis primo actitatis ab illo, ut ff. de re mil. l. desertorē. §. his qui el 2. ibi, inspecto uitae eius p̄cedēti actu, &c. & l. nō oēs § a Barbaris, eod. titu. & ff. de sus. tut. l. tutor
34 quoque, §. q̄ri pōt. † ex gestis. n. praeteritae uitae p̄sentia me timor, ut C. de agē. in re. l. pe. §. fi. lib. 12.

lib. 12. Item an fuerit ei minatus, qm̄ erit in diciū, ꝙ ipse operibus adimpleuerit illud qđ terrendus uerbis ꝓfudit, cū ex dictis hoīum facta pēsemus, ut C. si qs Imp. ma. dix. l. 1. & ff. de sup. leg. l. Labeo. Itē cōsiderandū est an sit talis q cōsueuerit, & posse habuit talia cōmittēdi qđ est nota dignū ut. ff. ad l. Iul. maiest. l. famosi. ibi, an potuerit facere, & ibi an qd simile fecerit. Itē si aufugit est indiciū cōtra eū, uel si statim se absentauerit post ꝑpetratum maleficiū arg. in auct. de exhib. & introd. reis. §. si uero, & C. de assessor. l. consiliarios. Itē testes recipiat suꝑ maleficio commisso in loco ubi fuit cōmissum. & de uoce publica, & fama cū citra ꝓbata coadiuuant indiciū ad tormenta ut. ff de testi. l. 3. & ff. de fluminis. §. flumen. l. 1. Ex multis aliis poterit curiosus iudex indicia sumere ad informandā cōscientiā ꝓ eruēda ueritate delicti.

Additio D. Ludouici.

Circa hanc mām qualiter. & qūo sumantur indicia, & qualia requirant ut quis possit torqueri d. auctor, ut uides multipliciter exēplificauit & finaliter cōcludit hoc depēdere ex iudicis arbitrio, & ideo possumus dicere in hoc certā doctrina dari non posse, in qua mā primo reperio do. Abb. in c. cum in contēplatione. in 1. col. in uers. & q̄ indicia suffi-

91 dicium. † ubi limitat prædicta procedere si est unus testis integer, quia infamis, uel uilis, nō facere indicium ad torturam. l. 1. §. item Cornelio. & ibi Bart. de qō & uoluit do. me. in cons. de quo supra ꝓx. feci mentionē. Secūdo limita ꝑdictā cōclusio cn̄ testis deponit recte suꝑ maleficio. secus si deponeret super iudicio ad maleficiū ꝓbādū, ita uoluit gl. quā sequit ibi Bar. & Bal. in l. fi. C. fa. ercis. & Barto. in l. fin. ante fin. de qō. & do. Abb. in c 1. in 1. col. extra de cōfes. & in c. suꝑ eo. el 2 in 2. col. extra de testi. Tertio limita prędictā cōclusione ꝓcedere nisi aliæ circunstantię resisterent,
92 † quia tunc unus testis de usu nō facit indiciū s̄m Bald. in d. l. 2. C. quo. app. referens Ioan. And. ita tenentem, quod est notā. s̄m eum, &. idem uoluit dom. Abb. in c. tertio loco. in 5. col. de ꝓb. & in cap. cum in contemplatione

extra de reg.iur.pro quo adduco,quia quando aliqua sunt indicia pro reo excusantia,tūc indicia contra eum debent esse multum urgētia,ut superent illa quæ faciunt pro excusatione rei.ita hr in l.1.§ 1.ff.de qō ita uoluit Ang.Are.in suo tract.malef. in uerbo fama.in uers & prędicta procedunt,&c.

Guido de Suz.

93 Quid si maleficium† probatum est per famam tantum poterit ne ac tormenta ꝓcedi? uī ꝙ sic,quia ꝓbō famæ æquiparatur ꝓbōni unius testis.ff.de test.l.3.§.eiusdem, & in apparatu,& supra prox. qō. dictū est indicium unius testis sufficere ad qōnem hn̄dam. Sed dic.ꝙ non,quia fama per se non probat, sed inducit aliquod indicium, ad confirmandas, seu coadiuuandas, seu comprobandas, alias probōnes,ut d.§.eiusdem ibi confirmat rē de qua agitur &c. i. simul firmat,non tn̄ per se facit ualidum indicium.est.n. fama res fragilis,& perniciosa, ut plurimum per clientelas uoces artificiose transmissa ab ipsis qui desiderant de hoc famam esse,ut. ff.de hær.instit. l.Pacumæuius, & arg.C.de poe.l. decur.& ff. de off.rect proui.l.iustiss.ibi nec ad libidinē. non.n. quælibet indicia sunt sufficientia ad torturam,ut supra dixi in princ. notab.

Addit.D.Ludouici.

De fama non sufficiente pro indicio ad torturam d.auctor recte locutus est.cuius dictis adde quod idem uoluit Bart in l.de minore.§.torm.de qō.& Bal.in l.mil. C.eod.titu.& Salyc.combon.in l.ea quidem. in materia famæ.C.de accus tn̄ limita,nisi fama esset orta a personis fide dignis, uel esset iuncta cum fuga,prout supra dixi in addit.mea.incip circa hanc materiam qualiter,& quomodo sumātur indicia.circa fin. ad quæ me remitto.

Guido de Suz.

94 Sed si præter† famam esset aliquod indiciū, puta dictum unius testis, quod quidem facit indicium,ut d l.Theopompus, uel si constiterit accusatum esse inimicum interfecti, uel alias offensi, alias tunc non sufficeret cū lex de inimico præsumat omne malum, ut ff.de quæst.l.2.§. præterea, & de test.l 3. in princ. Item si se iactasset delatus de malef. cōmittēdo.nam talis iactatio inducit indicium cōtra iactātem,ꝙ maleficium postea cōmiserit, cōsiderata qualitate personæ,argu.C.quod me.cau.l metum.ff.ex qui.cau.ma.l.3. Tu allega meliora iura.ff.ad l.Iul.ma.l.fam.uer. tamen ibi.& ante quid fecerit &c.& C.si quis Imp. maled.l.unica ibi ex dictis,hominum facta pēsemus,& ff.de su. leg.l I abeo.ibi neminem perdicere &c.Item si accusatus uisus est fu-

95 gere de loco maleficii,†nam fuga accusat fugientem,ut in auth.de exhi.re § si uero,& in authen.de san.ep.§.si quis ad ordinationem. Ita si consiliarius deposito officio se absentat pro confesso habetur, ꝙ male fecerit.C.de ass.l.consiliarios.ff.de susp.tut l.impub.ad fi. Item si is contra quem fama laborat, praue sit æstimationis. & homo qui similia facere consueuit.ff.de qō.l.de min.§.torm.ff.de acc. l.si is cui.§.iisdem.Idem si foret aliud indiciū ꝙ qlibet curiosus pōt ꝑpendere, ſm criminū qualitatem,& personarū uarietatē,tūc cum adest aliqđ de prædictis indiciis, uel aliis similib.& fama probetur,poterit ad tormenta ꝓcedi,quia fama ꝓbata, simul cū aliquo ind. facit legitimum,& sufficiens indiciū ad habēdam torturā,quāuis fama per se nō sufficiat.

Additio domini Ludouici.

Quodlibet ex prædictis indiciis, una cum fama,sufficiat ad torturam, prout concludit do.auctor,sed tu dicas,ꝙ multa ex prædictis indiciis,ēt sine fama, sufficiunt sola ad torturā,ꝓut supra dixi circa princ.in add.inc.circa hanc materiā qualiter, & quomodo sumant indicia &c.quæ non repeto, sed uide quæ ibi dixi,ubi posui de inimico,& de fuga, & aliis similibus. Sed unum pro nunc non omitto, an unus testis una cum fama,sint indicia sufficientia ad condemnationem.habes gl.in c. ueniens.el 1. extra de test. & posuit Bar.in c. l.minore.§.tormenta,in ult.col. de quæst.

Guido de Suz.

96 Sed quid si†ptās habet arbitrium,quòd nil aliud est dicere, nisi ꝙ bona fide procedat, ſm ꝙ ei conscientia dictauerit,an possit supplere defectum probōnis indicii uigore arbitrii,dic ꝙ non,quia non uī esse cōmissum arbitrio suo,ꝙ legitima indicia non debeant ꝓcedere,quia iuris auctoritas, sed facti nō est in ptāte iudicium l. ordines.§.1.ff.ad munic.

Additio domini Ludouici.

Pro cōclusione do.auctoris,ꝙ uigore arbitrii iudici cōcessi a lege,uel a statuto,nō possit supplere defectū indiciorū,adduco primo l.si a milite.§.edictum.ff de test. mil. ubi per libertatem arbitrii non intellī cōcessum, qđ non conuenit bonis moribus, & sic ſm bonos mores est interdictum, sed est contra

bonos mores torquere aliquem sine sufficẽti bus indiciis, ergo nõ põt in hoc supplere iu dex uigore arbitrii sui. & ita in terminis repe rio Paul. de Eleaz. in commen. c. grauis. ex tra de deposi. in ult. col. & Gand. in suo tract. malef. in uer. item q̃ro nũquid potestas, &c. Pro quib. facit, nã hoc esset tollere defensio nes, & iura tertii, quæ non põt quis auferre uigore alicuius arbitrii ẽt liberi, & absoluti, ut in cle. sæpe, cum gl. in uerbo, defensiones, extra de uer. sig. & in cle. pastoralis. §. pen. ex tra de re iud. & uoluit Bar. in l. filiusfam. ff. de don. & Bar. in l. 1. ff. de test. mil. & in extraua. ad repri in uer. uidebit, & in uerbo figura, & do. Ant. & Io. de Imo. in c. 1 extra de cõsti. & Pet. de Anch. ĩ cõs. 162. inc. uisis diligẽter, &c.

97 Vnũ† tñ tene mẽti ꝙ uigore talis arbitrii po nit iudex torquere aliquẽ ꝑ dcm̃ unus testis de uisu, ẽt si non sit oĩ exceptione maior. ita singlr̃ uoluit do. Gand. ubi supra prox. in d. uer. item quæro nũquid potestas, &c. & uo luit do me. Alex. in cos 65. in pen. col. 1. uol. incip. si ꝑcedẽtib. indiciis, &c. ubi ẽt plus dixit ꝙ ẽt si ille testis fuisset receptus, parte nõ ci tata, põt torqueri, uigore illius testificatio nis, dũmodo stylus sit, ꝙ nõ citet̃ pars in exa minatione testiũ in ea mã, qđ perpetuo tene menti, ꝓ cõfirmatiõe eorũ q̃ dixit do. auctor hic circa arbitriũ cõcessũ iudici in torquẽdo

Guido de Suz.

Sed quid si continetur in statuto ciuitatis Bononiæ, ꝙ non possit aliquis poni ad tor turã nisi cõtra eũ fuerint habitæ uiolẽtiæ ꝑ sumptiones, respondet, requiruntur magna indicia quæ sint aliquo minus indubitatis, & pluribus indiciis simplicibus ex quibus pro ceditur ad torturam, ut dictum est, nam, & illa uidentur manifesta argumenta.

Additio D. Ludouici.

Pro do. auctore facit circa hoc de uiolẽtis præsumptionibus, illud quod hr̃ in c. afferte. extra de præsum. & ibi do. Abb. in 4. col. & ꝑ Bald. in l. fi. in 1. col. & in l. neque natales. in

98 1. col. C. de ꝓb. hinc est, ꝙ dicimus ꝙ † præ sumptio iuris dr̃ uiolenta. s̃m Paul. de Castr. in 2. cons. inc. acta iudiciaria. &c. Adeo ꝙ præ sumptio iuris operatur. ꝙ potest ferri snia ꝓ actore secundũ Paul. de Cast. in suo cosi. 95. incip. si dico me. &c. & plus dico ꝙ præsum ptio uiolenta sufficit ad condemnandum in terminibus occultis, ut puta, in crimine adul terii l. si quis adulterii. C. de adult. Item dico in omnibus casibus a iure expressus, secundũ Barto. in l. quòd Nerua. in 5 col. ff. depo. de qua materia posuit aliquid Ang. Aret. in suo tract. malef. in uer. fama in 2. col. cum seq.

Guido de Suz.

99 Sed qd † si cõtinet̃ in statuto ꝙ nemo pos sit torqueri, nisi indicia indubitate præcesse rint, ut exẽplũ de indiciis indubitatis ecce n. camera habens unũ aditũ, & exitũ, non plu res, de dicta camera exiuit q̃s pallidus, trepi dans, cũ cultello nudo sanguinolẽto in ma nu & statim post exitũ reperit̃ homo recẽter occisus in dicta camera, certe ista sunt indi cia ad probõnẽ maleficii indubitata, ex q̃bus nõ solũ ad tormẽta, sed ẽt ad cõdẽnationem & pœnæ impositionẽ põt ꝓcedi. Et ita intel ligit̃ l. sciãt. C. de ꝓb. ibi uel indiciis ad proba tionẽ indubitatis, & ho. disiunctiuã uel nam palliditas, uel trepidatio est unũ indiciũ con tra ipsum, ut ff. de q̃õni. l. de minore. §. tormẽ ta Itẽ delatio gladii, ꝑsertim nudi, ẽ aliud in diciũ, nã deportantibus arma lex male præsu mit, ut C. ut armorũ usus l. una. & in auth. đ man. prin. §. ult. colla. 3. Item, ꝙ gladius erat sanguinolentus, erat aliud indiciũ, homine enim occiso, gladius solet ẽẽ sanguinolẽtus, nam ex qualitate facti accipit̃ cõiectura. sic, & alias dr̃ ff. de do. int. uir. & uxor. l. utrum. raro tamen contingunt talia indicia.

Additio D. Ludouici.

In hoc primo exẽplo d. auctor recte locu tus est, in quo exẽplo cõcordat Gãd. in tract. suo malef. in rub. de inst. & ꝑsum. & Barto. in l. 2. ff. de fur. & Ioan. Ant. in addi. Spec. in tit. de ꝓb. §. 3. uer. 13. & do. Ang. Are. in suo tra cta malef. in uerbo fama publica ꝑcedente.

Guido de Suz.

100 Est & aliud† indicium ad ꝓbõnẽ indubita tũ, & istud sæpius cõtingere põt cum occidit Titius in aliqua uinea uel fundo, & de hoc accusatur Seius, sed de uisu nulli testes depo nũt ꝙ uiderint Seiũ hoc homicidiũ cõmitte re, sed ꝓbãt ista cõtra Seiũ, primo, ꝙ ipse Se ius erat inimicus Titii. Item ꝓbãt testes, ꝙ vi derint Seiũ admenãtẽ gladiu contra Titiũ. Itẽ ꝓbãt ꝑ testes, ꝙ Seius aufugit t. pe. ppetrati maleficii. Itẽ ꝓbãt ꝑ famã, & uoce publicã ꝙ Seius dcm̃ Titiũ interfecerit, certe ista qua tuor simul iũcta quãuis singula, ꝑ se nõ suf ficerẽt, sunt sufficiẽta indicia, & ꝑsumptionis indubitatæ, non solũ ad torturã, sed ẽt ad cõ demnationem, & sic põt intelligi d. l. sciant.

Additio

Additio D. Ludouici.

In hoc secundo exẽplo do. auctor ẽt recte locutus est, & cũ eo cõcordat Gand. in tract. malef. in rub. de indiciis, & præsum. & Ang. Are. in suo tract. ẽt malef. in uerbo, fama, & posuit do. Abb. in c. 3 loco. extra de prob.

Guido de Suz.

101 Est uidere † aliud exemplum de præsumptio. dubitatis, Ecce deferẽ Seius, ꝙ Titium fecit occidi, nõ sunt testes ꝗ dicant hoc se uidisse, tñ probanẽ ista indicia. primo, ꝙ Seius erat inimicus Titii Item, ꝙ dictus Seius perpetrato homicidio receptauit homicidã. Itẽ ꝙ homicida erat domesticus, & familiaris Seii. Item ꝙ fama est, ꝙ Seius fecit occidi Titiũ. Item ꝙ Seius se iactauit, ꝙ fecerat occidi Titiũ, & est homo de quo est uerisimile ꝙ talia faceret. Itẽ ꝙ olim aliquæ offensiones interuenerunt inter eos, & ita ꝙ indicia ista simul iuncta uñr nedum ad tormẽta, sed ẽt ad cõdemnationẽ sufficere, & ita põt exemplificari. d. l. sciant, nec mirũ si ex pluribus simul iũctis quorũ quodlibet ꝑ se nõ sufficit ad iudiciũ indubitatũ, uel ad plene probãdũ, sicut indubitatũ iudiciũ uel plena fides, nã hoc iure hẽ expressum, ut in auth. de instr. cau. & fide. §. si uero nullus horũ. colla. 6. duo. n. uel plura imperfecta cõstituunt unũ perfectum l. cũ scimus. in prin. C. de agri. & cẽsi. lib. 11. & q̃ nõ ꝓsunt singula multa iuuant. ut c. pręterea. extra de testib. l. sancimus. ad fin. C. de testa. & uide de hoc ꝑ Azo. in l. 2. in fi. primi

102 rñ. de execusatio. tuto. † Quid plura, reperitur in iure cautũ, ꝙ ipsa causa princ. criminalis per argumẽta, & ꝑ̃sumptiones cognoscit & terminaẽ, q̃q̃ de liquido delicto, probari non possit, ut l. non oẽs. §. à Barbaris, ibi, & si hoc liquide ꝓbari non possit argumentis tñ cognoscendum est, & tñ in capitali causa agitur, ut l. deser. §. his qui. de qõ. & facit in authen. ut li. ma. & aui. §. illud curiosus autem lector multa alia poterit inuenire exempla de iud. ad probationem indubitatis.

Additio D. Ludouici.

In hoc tertio exẽplo ẽt d. auctor recte sensit, de qua materia indiciorũ indubitatorũ, ẽt ad cõdemnationẽ nõ solum ad torturã, posuit Bal. in d. l. sciãt, & in l. neq; natalis. in 1. col. & in l. siue. in 2. col. C. de prob. & Bald in l. qcũq; C. de ser. fug. & Bal. & Ioan. de Imo. in l. si. ff. de hær. inst. & Bald. in l. fin. ff. de off. proc. & Bal. in addit. Spec. in tit. de sen. circa fi. & Io Cald. in c. uestra. extra de coha. cler. & mulie. & do. Abb. in ca. tertio loco, de probatio, & Gãd. in tract. malef. in rub. de ind. & ꝑ̃sum & Ang. Are. in d. uerbo, fama publ. in uers. q̃ro an unũ indicium. & Paul. de Cast. in cons. 196. inc. uisa inquisitione, &c. ubi dixit unum notabile uerbũ, ꝙ in casibus, in quibus quis põt condemnari ex indiciis indubitatis, potest condemnari ad pœnã pecuniariã non aũt corporalẽ, de qua materia posuit ẽt. do. me. Alex. in cõs. 15. in 5. col. in 1. uol. ĩcip. qñ plures, &c. & in consi. 24. in 14. col. in 2. uol.

103 incip. an si qs, &c. in 2. uol. ubi dixit, † ꝙ in criminalibus nõ iunguñẽ ꝓbõnes diuersi generis ad condemnandum, ut ibi ꝑ eũ multũ notabiliter loquentẽ in hac materia, & ibi ponit q̃d in maleficiis cõmissis de nocte, uel q̃ alias difficile pñt probari, quæ probõnes admittuntur, & in consi. 53 in 1. col. & per tot. in eo. 2. uol. inc. qñ probari debet, & in consi. ult. in 3 uol. in 3. col. circa uero illud, quod incidenter dixit d. auctor, ꝙ duæ uel plures ꝓbõnes imꝑfecte iũgunẽ ad faciẽdum unam plenam probõnem, &c. de hoc non dicã tibi nũc, q̃a est extra materiã de qua agimus, sed si de hoc uideret cõtingeret remitto te ad domi. meũ Alex. in cõs. 19. in 2. col. in 1. uol. ĩc. utrum si postfacto, &c. & in consi. 65. in ult. col. in eo. 1. uol. incip. si præcedentibus, & in cons. 13. in 13. col. in eo. 1. uol. inc. an promisso, &c. & in cons. 33. in ult. col. in eo. 1. uol. incip. uiso puncto, &c. & in cons. 54. in eo. 1. uol. incip. in causa uertente, ubi dicit ẽt, ꝙ in criminalibus peruenitur ad diffinitiuam per præsumptiones tam legis quam hominis.

Guido de Suz.

104 An milites nostri † tꝑis pñt subiici quæstioni. dic ꝙ sic, cum nec in assumptione militiæ, nec in uita interueniant in eis, nec obseruent ea q̃ ueros milites decet obseruare, & obseruari expediũt, unde militaribus priuilegiis gaudere nõ debẽt ut ĩ auth. de man. princ. §. fi col. 3. & ibi in apparatu de hoc ibi, & talibus militibus, &c. Nã si quis non seruatis solennitatibus, fabricẽsis efficiaẽ, habeẽ ꝑ nõ fabricẽsi, & sibi fabricensia priuilegia deneganẽ, ut l. si qs consortiũ. C. de fabr. lib. 11. & C. de episc. & cler. l. gñaliter uersi. cos tñ. ubi clericis non seruantibus solennia, clericalia priuilegia deneganẽ seu beneficia clericalia, & facit l. nominationes. C. de app. nam etiam milites in quibusdam etiam criminibus

bus torquentur, & habentur quo ad hoc pro non militibus. de re mil. l. proditores.

Additio D. Ludouici.

Alias promisi tibi examinare, an milites nostri tēporis possint torqueri. in tract. de præcedentia doctoris, & militis, circa fi. in addit.
105 meis ibid. † Nunc igitur scias, uelim ꝙ milites nostri tpis euntes quotidie ꝑ plateas non gaudēt priuilegiis militum prout dixi tibi in loc palleg. pñt torqueri sicut alii priuati, ita uoluit Barto in suo tract. de qō. licet iudicio meo, ille tract nō fuerit Bar. ut uidere poteris ex stylo eius, tñ attribuit Bart. sed ultra Bar. dicas, ꝙ idē uoluit Cyn. in l. 1. C. de iur. & fac. igno. tñ reperio eūdē Bal. in l. 1. in fi. C. qui bo. cedere pos. dicentem ꝙ milites nostri tēporis non pñt carcerari ꝑ debito cōtractus, uel ultimæ uoluntatis, quia ẽm eū ueri milites sunt, alias falso uocabulo uterentur, & licet nō habeant insignia antiquæ obseruātiæ, tñ hñt insignia nouæ obseruātiæ, quę loco ueteris successerūt, & idē cōprobauit Ioan. de Lig in c. quāto, in pe. col. extra de magi. Sed tu nō recedas a prima opinione, qa imo isti nō sunt ueri milites, ꝑut uult expresse do. Abb. in d.
106 c. quanto, pro quib. facit. † Nā insignia sola esse uera, nō sunt illa, q̄ faciūt milites gaudere priuilegiis suis, sed exercitiū, ita ꝓbat in l. pe. C. de testa mil. ubi dr̄, ꝙ miles nō militās, non gaudet priuilegiis militum, ergo multominus debēt gaudere milites nr̄i tpis, qui nō hñt, nec habuerunt uera insignia, nec etiam exercēt militaria, seu non militāt. Ad idem facit qđ dixit Bal ꝑ illū tex. in d. l. pe. & Bart. in l. officiales. C. de episc. & cler. & idem Ioan. de Lig. in cle. cum ex eo, de sen. excō. & Ang. in consil. 197. inc. In Dei nomine, uisa narratione. & do. Cano. in c. 2. extra de fo. compe. ubi dixerūt ꝙ milites, seu fratres gaudentes non gaudēt priuilegiis clericorū. Ergo in proposito nostro, milites nostri tpis nō debēt ēt gaudere priuilegio ueri militis. & in terminis uoluit Dy. in suo tract. de qōni. in uer. q̄ ꝑsonæ pñt torqueri, &c. in uers. modo dictum est. & Cy. & Ang. in l. milites C. de quæst. & Cyn. in l. 3. C. ad l. Iul. maiest in terminis etiam uoluit Ang. Aret. in tract. malef in uerbo, fama. in uers. sexto quæro quæ personæ, &c.

Guido de Suz.

107 Quid de militibus † cœlestibus. & dic, ꝙ presbyteri nō torquentur, clerici aūt sic, de iure ciuili. C. de episco. & cler. l. presbyteri, & in apparatu. l. fallaciter. C. de alio. tamen de iure nouissimo, secus per auth. Federic. ad decus, & honorem §. statuimus. Præterea si militibus terrestribus concessa est immunitas, ut non torqueantur, multo magis cœlestib. arg. l. sacrosan. C. de episc. & cle.

Additio D Ludouici.

De clericis & presbyteris dixi supra in addi inc. circa has personas priuilegiatas, &c. ubi allegaui do. Abb. in c. cum in contemplatione. in 1. col. in fi. extra de reg. iur. & ultra ibi dicta, uide gl. 15. q. 7. in sum. & gl. 3. q. 5. & Inn. in d. c. cum in contemplatione. & d. Ang. Are. in suo tract. malef. in uerbo, fama. in uer. 6. quæro quæ personæ, &c.

Guido de Suz.

108 Quid de iudicibus † siue aduocatis, nūquid possit torqueri, uidetur quod non sicut ueri milites, nā militāt patroni causarū. ut C. de aduo. diuer. iud. l. aduocati. ꝑterea sicut militibus concessum est priuilegium, ut cōdemnati non exigant, nisi inquantū facere possint, ita. & patroni causarum l. miles. 1. īnso. de re iud. in apparatu. econtra uī, quia nulla lege cauetur, ꝙ iudices, siue aduocati, sint immunes a tortura Solutio. ꝙ de iuris subtilitate siue iuris solēnitate nō debent torqueri, ut d. l. aduocati, sed de cōsuetudine, q̄ est optima legum interpres, seruatur contrarium.

Additio D. Ludouici.

Sum propositi qđ nec de iure nec de consuetudine possint aduocati torqueri, nā de iure habeo pro hoc expedito, ꝑut cōclusit ipsemet auctor ꝑ quo faciūt ea q̄ dixi sup. ī addi. meis de ꝑcedentia doctoris, & militis, nam ar
109 gomēta ibi facta manifeste cōcludūt † ꝙ aduocati multominus possunt de iure torqueri quam milites. De consuetudine ēt non pñt torqueri, nam cōsuetudo inducēs ꝙ ꝑsonæ priuilegiatæ torqueant non ualet. tex. est in l. oēs iudices & hoc ibi uoluit Barto. C. de dec. lib. 10. & supra ēt aliquid dixit circa princ. in uers. circa has personas priuilegiatas, &c.

Guido de Suz.

110 An consiliarii † ciuitatum nostri tēporis possint torqueri? dic ꝙ de iuris solennitate non debent torqueri, quia cuiuscunque ciuitatis consiliarii decuriones sunt, ut ff. quod cuiusque uni. no. l. nulli. ff. de uerbo. sign. l. pupillus. §. decuriones. de generali autem consuetudine quæ est optima legum interpres, contrarium semper uidi seruari, & consului.

Additio

Additio D. Ludouici.

Circa consiliarios non torquēdos sum omnino cum dño auctore, nam cōsiliarii successerūt loco decurionum s̄m Barto. in l. 1. ff. de offic. assess. & not. in rub. C. de decu. libr. 10.

11 † Plus dico, ꝙ iudex torquens eos capite punitur s̄m Bald. in l. decuriones. C. de qstio. & dom. Ang. Aret. in suo tract. malef. in uerbo fama. in uers. quæro quæ personæ, &c. ubi dixit hoc nō hr̄e locum in crim. læsæ maiest. & ꝑdōnis populi, alleg. tex. in l. fallaciter. C. de abol. quæ omnia tenementi, q̄a hæc mā tormētorū sæpe numero occurrit, & licet do. auctor ea multū singlr̄, & copiose locutus fuerit, nihilominus in aliquibus deficit, prout ex supra dictis apparet, in quibus addēdo, declarando, & aliqn̄ corrigēdo, ubi opus fuit, si qd in nepte diximus id paruitati ingenii mei attribuēdū est, siqd uero boni, id supremo Deo oium bon. largitori a quo oē bonū, & oē donū ꝑfectū ꝓcedit, ut a pr̄e luminū, attribues.

VTILIS, ET PRACTICA-*bilis tractatus de indicijs, & tortura. Editus in ciuitate senarum, per excellentiss. I. V. D. dom. Franciscum Brunum de S. Seuerino Quæ materia hactenus a plerisque satis truncate, & imperfecte tradita reperitur. In hoc tamen tractatu adeo perficitur ut nullibi usque ad hæc tempora perfectius inueniatur. Habent igitur latrumculatores, id est iudices maleficiorum iter tersum, per quod tutissime incedere ualeant in theorica, & practica.*

Præfatiuncula cum diuisione.

CVM materia Indiciorum, & quæstionis, siue torturæ, sit multum in usu, & non parum periculosa, & officiales in ea quandoque male aduertant, aut cupiditate honoris, aut ignorātia. Ideo decreui in modum tractatus, materiam ipsam colligere, & eam prout potero dilucidare, & ordine aliquo texere, ut legentes, & practicantes facilius capiant, & inueniant casus occurrentes. Et quia indicia debet præcedere, & tortura subsequi, ideo prius dicam de indiciis, secundo subdam de quæstione, siue tortura. Et primo, quid sit indicium, & unde dicatur. Secundo, qualiter indicium probetur. Tertio, qualia debeant esse indicia, per quæ deueniri ualeat ad torturā. Quarto qualia debeant esse indicia, per quę deueniri ualeat ad condemnationem. Quinto, quō, & qualiter indicia elidantur, & tollātur.

SVMMARIVM.

1 *Indicium, maleficij alicuius commissi, uel alterius de qua agitur, rei signum dicitur.*

2 *Indicium est minus quam semiplena probatio.*

3 *Indicium semiplenum quod dicatur, & quod plenum, seu indubitatum.*

4 *Indicium facti, est quo iudex in uiam præsumptionis dirigitur.*

5 *Indicium uariis nominatur modis apud legumlatores.*

Prima pars de Indiciis. Quæst. I.

CIrca primum dum quæritur, quid sit indicium, & unde dicatur. Reperio uarias diffinitiones, & descriptiones. Gand. in suo opere maleficiorum, sub rubrica de præsumptionibus, & indiciis. §. uidimus dicit, † ꝙ in

1 dicium, dicitur signum alicuius maleficii cōmissi, uel alterius rei de qua agitur. quæ diffinitio, s̄m eum colligitur ex legibus tractantibus de indiciis Ioan. And. in addit. Specu. in titu. de prob. §. fin. uer. item per indicia. dicit, quòd indicium est notabile signum maleficii, uel alterius rei ad ipsius ueritatem habēdam. Paul. de Eleaz. in c. grauis. de deposito in ult. char. dicit, ꝙ indicium est demonstratorium adminiculū, ad ueritatem indicandam ꝑ text. in l. si quis adulterium. C. de adult. & cap. pręterea, de testi. & cap. tua. §. adulteriū de homi. Bart. in l. 2. ff. de excu. tut. † diffiniendo quid sit indicium dicit, ꝙ est minus quā

2 semiplena ꝓbatio. & idem dicit Bald. in l. cū probatio. ff. de prob. in additionibus suis dicens nullibi clarius hoc probari quā in illa lege Sed idem Bald. in rubr. C. de prob. dicit ꝙ indicium est minima præsumptio hominis boni, sed distans argm̄ a uera specie probationis, & ꝙ ualet indicium si ponatur in cōsequentiā alterius ꝓbōnis, nō si per se, ut d. l. cū probō. ut in l. ea quidē. C. de accus. in 2. col. dicit maturius loquēs, ꝙ duplex est indicium, uidelicet semiplenum, seu dubitatum,

3 & plenum, seu indubitatum. † Indicium semiplenum est præsumptio fortiter mouens animum

animum ad aliquid credendum, uel discredẽdum, & de isto hr in d. l. cum ꝓbõ. Indicium uero plenum est demonstratio rei per signa sufficientia, per quæ animus in aliquo tanq̃ exñe uero quiescit, & plus inuestigare non curat, quod probatur ẽm eum in l. ind. C de prob. Abb. Sicu. in c. 3. loco, extra de prob. ap prob. diffõnem Io. And. supra relatam. Adde Bald. in l. seruos. C. de test. qui dicit ꝙ indi-
4 cium est duplex. s. facti, & iuris. † Ex indicio facti dirigitur iudex in uiam præsumptiõis, indicium iuris est quod habet aliquem affectum iuris, est ẽt duplex, quoddam est quod dirigit iudicem in uiam hñdę qõnis. i. torturæ, quoddam est qđ instruit iudicem simul cum aliis in uiam cõdẽnationis. Dr aũt indicium ab indicando & demõstrãdo. l. solet. ff. de præscr. uerb. l. adult. C. de adult. & ind. dñr demonstrantia ueritatis, & adminicula ꝓbõnis l. fi. & l. instra domest. C. de ꝓb. Sunt enim indicia pars claræ ꝓbõnis. h. d. Gãd. in dicto opere, in rub. quę debeant ꝑcedere qõnem in uer. q̃ro, q̃, & qualia debent esse ista indicia. Adde ꝙ legũlatores uariis modis no-
5 minãt indicium. † Nam qñq; noiant argm̃ l. 1. in prin. ff. de qõ. & l. mil. §. oportet. C. eo. tit. Interdum noiant simplr indicia, ut communiter nuncupamus. l. 1. §. Antonius. & §. d. And. & l. diuus. §. ex quib. ff. de qõ. Interdũ noiant suspiciones, ut l. fi. ff. de qõ. & l. abñtẽ in princ. ff. de poe. Interdum noiant ꝓbões ut l. 1. C. de q. & l. 1. §. diuus seuerus. ff. eo. ti.

SVMMARIVM

1 *Indicium per unum testem de uisu deponentem probatur.*

2 *Testis unicus, seu singularis semiplenam probationem facit in criminalibus.*

3 *Testis singularis de uisu faciem indicium, debet esse omni exceptione maior.*

4 *Indicium probatur quandoque per duos testes, non de uisu deponentes, sed de quodam signo ad maleficium conferente.*

5 *Testis singularis & indicium non probet, aliqualem tamen facit præsumptionem.*

6 *Probõnes multæ semiplenæ non coniungũtur, ad faciendam unam probationem plenam, licet bene ad indicium faciendum.*

7 *Testes in criminalibus debent esse omni exceptione maiores.*

Indicium probari potest per testes infames, & familiares, & similes omni exceptione non maiores.

8 *Testis ante processus formationem examinatus an faciat indicium.*

9 *Indiciorum copia per testes facta reo dari debet post negationem, & excusationem.*

10 *Iudex ante inquisitionem formatã ex indicijs per testes acceptis non dẽt quẽ qõni subijcere.*

Testes super inquisitione generali examinati non faciũt indiciũ aduersus delatum de crimine.

11 *Testis qui examinari non debuit quando indicium faciat.*

Testis domesticus non faciat indicium.

12 *Testis familiaris indicium faci.*

13 *Testis quandoque non cogitur inuitus testificari. & talis sponte examinatus indicium facit.*

14 *Testes testificari præsumuntur inuiti, nisi de spontaneitate constet.*

15 *Veritatem aliter haberi non posse, qualiter & a quo probari debeat.*

Attinentes usque ad supremum gradum compelli non possunt ad testificandum.

16 *Clerici ad testimonium ferendum non possunt cogi.*

Senes septuagenarij non coguntur testificari.

17 *Minor annis uiginti an possit in criminalibus examinari.*

18 *Impuberes in criminalibus non sunt idonei testes ad probõnẽ plenã sed bene ad indicium.*

19 *Testis qui ob infamiam non debent examinari, examinatus aliqualem facit indicium.*

20 *Testis examinatus post terminum præfixum ad probandum, an faciat indicium.*

21 *Testis qui iure examinari prohibetur, an probet si examinetur.*

22 *Indicium triplex est, & per quem probari possit quodlibet.*

23 *Testis qui non põt interrogari inuitus, uolens respondere potest, sed coactus nõ facit indiciũ.*

Quæstio secunda, primę partis.

1 Circa secundum qualiter probetur indicium. † Rñde ꝙ probatur per unum testem de uisu, hoc est, qui deponat se uidisse maleficium cõmitti, ut not. gl. in l. si qs C. ad l. Iul. maiest. l. maritus. ff. de qõ. ubi ẽt per Bart. & per eundem, & Bald. in l. fi. C. fam. erc. & in l. bonæ fidei. C. de iureiur. & l. admonendi. ff. eod. tit. Quinimo glo. in d. l. si
2 quis, uł uelle ꝙ † in criminalibus, unus testis faciat semiplenã probõnẽ, quod ẽt uł pla-

cere Bald. sed Cyn. tenet contra ibi in quodã suo consilio, quia indicium est minus q̃ semi plena probatio. ut not. in l. cũ ꝓbatio. sup. de
3 ꝓbat. †intellige tñ, ꝙ ad hoc ut unus testis d̃ usu faciat indiciũ, debet esse omni exceptio ne maior. ut dixit Barto. in d. l. maritus. & in d. l. fi. & l. admonendi. ubi ẽt ꝑ Bal. & per eũ dem in suo notabili cõsilio, qđ incipit, statu tũ prouidet. ubi optime docet qũo cognosca tur testis omni exceptione maior. Item intel lige, ꝙ unus testis facit indicium de usu, qñ aliæ circunstantiæ non resistunt, ẽm Bald. in l. 2. C. quo. appel. allegando Ioan. Andr. in c.
4 cũ in contẽplatione. de re. iu. in 6. in nouella quod dicit esse notabiliter †Probat ẽt indiciũ ad minus ꝑ duos testes non probantes de ue ritate maleficii, & sic de uisu, sed probantes aliquod signũ conferens ad maleficium, & sufficiens ad faciendum indiciũ ad torturam, ꝓut dicẽt infra in seq. q. princ. & ꝙ ad probã dũ indiciũ requirantur duos testes, uoluit gl. q̃ reputat̃ singularis. i l. fi. C. fam. ercis. supra allegata, & ita tenent Bart. & Doct. in l. fi. ff. d̃ qõ. ita ẽt uoluit Inn. in c. sicut. de simo. ubi dicit, ꝙ leuia signa sufficiunt ad probandum quem hæreticũ, tñ oportet illa plene proba ri ita refert, Bal. in d. l. fin. & si unus solus te stis probat de aliquo signo, & indicio nihil ꝓ bat, ẽm Bart. in d. l. fin. Sed Raph. Fulgo. in
5 d. l. fin. dicit, †ꝙ licet singula indicia debeant probari per duos testes, tñ negari nequit, qn unicus testis faciat aliqualem ꝓsumptionẽ, & ideo si plures sunt testes singl̃r pe singulis in diciis deponentes, dicentur plures esse ꝓsum ptiones, q̃ faciunt unũ indiciũ ad torturã, arg. l. instra. domestica. C. de prob. & l. 2. §. ætas. ff. de exc. tut. Pone enim ꝙ unus testis dicit se ui disse Seium uulneratum, & in terra postulatũ & interrogatus quis uulnerauit rñdit. Titius hic est unus testis super indicio deponens. Alius dicit se uidisse Titium sanguine asper sum, & cuntẽ euaginato ense, Aliud dicit ui disse hũc Titiũ exeuntem directo tramite, & uoluẽtẽ se uersus nemora, & occulte se latitã tẽ. Certe hi singuli testes de singulis indiciis deponunt, & tñ nemo sanæ mentis negabit, qn hæ ꝓsumptiones facãt sufficiens indiciũ ad torturam, arg. d. l. & illius regulæ, & quæ non ꝓsunt singula multa iuuãt, ita notabil̃r dicit Fulg. in d. l. fi. ad hoc optime adduco ad corroboratiõnẽ huius opin. qđ not. dicit do. meus do. Ioan. de mõte Sperello, de Peru. in l.
6 admonendi. de iureiur. † ꝙ licet plures semi plenæ probõnes nõ cõiungant ad faciẽdam unã plenã, tñ cõiunguntur ad faciendũ indiciũ arg. not. in l. fi. C. de probat & ita refert, & se quitur Caccialuppus in d. l. admonendi. char. 25. in uers. applicat̃, & ego puto tanto fortius hoc esse uerũ, quanto illi singuli testes essent multũ notabiles, & magnæ auctoritatis, qm̃ licet testes singulares nõ probẽt, tñ si sũt ita notabiles, ꝙ adducãt iudicẽ ad indubitatã fi dẽ, iudex nõ debet curare de illa singularita te istud est dcm̃ singulare dom. Paul. de Cast. in l. Locius. ff. de infamib. in recollectis Florẽ tinis & in d. l. admonendi, ubi ẽt cũ refert, & sequitur idem Caccialuppus in char. 8.

Aduerte tñ ꝙ licet qñ unus testis testifica tur de ueritate facti, & sic de uisu, ad hoc ut fa ciat iudiciũ debet esse oĩ exceptione maior,
7 ut superius dictum est, † & silr̃ qñ plena pro bant quo ad condẽnationem, in criminali de bet esse oĩ exceptione maiores, ẽm Bald. & Sal. in d. l. fi. C. de prob. ꝑ illũ text. qui dicit ꝙ in criminalibus debent esse probationes luce clariores, & per text. in l. optimam. C. de cõtra hen. & cõmit. stip. & idem dicit Bal. in l. cun ctos populos. C. de sum. Trinit. col. 6. tñ quo ad probãdũ indiciũ sufficiunt duos testes ẽt nõ omni exceptiõne maiores, & sic admitten tur in fames, ita dicit Bal. in d. l. cunctos popu los. & Barto. in l. 2 §. qõni. ff. de qõ. Item ad mittent̃ familiares, & similes secũdũ Bart. in l. 2 ff. de exc. tut. Itẽ aduerte, ꝙ ꝑꝑ hoc ꝙ duo testes ꝓbent aliqđ indiciũ, tñ non ꝑꝑ hoc iudex indistincte debet torquere reũ, nisi illi duo testes deponant uerisimilia. Pone. n. factũ est furtũ in loco, ꝓbant duo testes, quod uide runt de loco exire Martinũ habẽtem aliquid sub mantello, si iste Martinus esset magnus mercator, aut uir alicuius dignitatis, & aucto ritatis, quem nõ esset uerisimile furtum fecis se, non poterit ex hoc torqueri, ita declarat Ang. in l. milites, ꝑ illũ tex. C. de quæst. & re fert & sequit̃ Aug. de Ari. in addi. ad opus ma leficiorũ sup gl. in uerbo, fama publica sup uer. qro qualr̃, dicit. n. Ang. ibi qđ cõdõ ꝑso næ excludit ꝓsumptionẽ resultãtẽ ex ĩdiciis, & ideo opus ẽ tũc, ꝙ alia ĩdicia concurrant, facit ad hoc qđ supra dictum fuit in præce denti q. ꝙ testis de uisu facit indicium, nisi aliæ circunstantiæ contradicant, & resistant.
8 Quæro an testis †examinatus aň formam processum facit indicium. Ecce commissum

est

est delictum, ptās hoc audito examinat testes super indiciis nullo formato processu. Ex quorum dictis tm̄ percipit, ꝙ sufficeret ad indiciū cōtra aliquē, hoc facto facit illum capi, & torqueri, an possit hoc facere, & si facit, & ille cōfitetur, an p̄iudicet. Rn̄deo, ꝙ non. qm̄ in principio tortura nō est hn̄da. dicit Bart. in l. 1. in prin. ff. de qō. & illa ante litem contesta, non est permissa. Bart. in l. si quis adulterii. in princ. ff. de qō. & similiter non citato illo capto ad uidendum iurare testes, text. est ſm Iac. de Are. & Bart in d. l. si quis adulteriū & l. si maritus. Et silr̄ non publicato processu. ſm Barto. in l. unius. ff. de qō. & dicetur latius inferius, uide ad prędicta Bart. in l. custodias. ff. de pub. iud. & Bald. in l. si tibi. C de cōdi. ob. tut. cau. Sal. n l. fi. C. đ qō. Caccialuppū
9 in l. is apud quē. C. de eden. † q dicit ꝙ indiciorū copia quæ fit ꝑ testes debet dari reo post negationem, & excusationē, ut colligit ex mēte Bar. in l. qō. C. de qō in princ. Ratio est euidens, quia post negatam inq̄sitionem, testes examinari debent, ex quib. fiant indicia, nec ea quæ pro curiæ informatione ante ꝑquisiuit, & inuenit curia debet reo manifestare, ſm Ang. de Peru. qui fuit magnus practicus l. fi. ff. de qō. & qđ recte intuenti sensit ibidē Bart. dum uult testes examinatos ante inq̄sitione specialē, non facere indiciū. Et dum subdit indiciorū copiā esse dandā parti petēti, debet intelligi da indiciis legitime habitis, & tꝑe cōgro. s. post specialem inquisitionem, & excusationē inq̄siti. nā examinati ante, & ipso non citato sibi, nō p̄iudicant, nisi repetantur post lit. conte. & parte p̄sente uel citata, ut ꝑ Bart. in d. l. fi. & ꝑ Bald. in addi. Specu. in tit. de sen. in fi. de quo ēt ꝑ Abb. in c. ad petitionē. de acc. & Ang. in repet. l. si uacātia. C. đ bo. uac. lib. 10. hæc illi, adde Ange. & de Are. idē uelle in suo opere maleficiorū in gl. fama
10 pub. in 2. col. in fi. uers. & aduertas. † ex quib. apparet ꝙ hodie male faciunt officiales, quia anteq̄ formāt inq̄sitionē, ex indiciis habitis ꝑ dictu testiū, ponūt quē ad torturam, & sic possent teneri in sindicatu. & cōfessio quæ sequeretur ex tali tortura non ualeret, ēt si in ea ꝑseueraret, per d. l. maritus. de q̄st. cum sit habita nō p̄cedentibus indiciis legitimis, de quo ēt diceē infra dum tractabitur de tortura. Item q̄ro an testes examinati suꝑ generali inquisitione, faciant indicium contra diffamatū delicto, ut deueniri ualeat ad torturam suꝑ p̄cessu speciali inq̄sitionis, dic ꝙ non, ut ex supra dictis apparet, & tenet Bart. in l. fin. ff. de qō. qm̄ tales testes fuerunt examinati ipso reo nō citato, nec cōtra dictore existēte ergo non p̄iudicant. l. qū. C. de testi. unde debebunt testes examinari post li. cōtest. super speciali inquisitione per l. si quis adulterii. de adul. ita dicit Bal. in l. fi. C. de quæst.

11 Vlterius gn̄aliter quæro. † an testis qui examinari non debuit faciat indicium, referam q̄dq̄d scriptū reperio suꝑ hoc. Cyn. hoc examinat in l. fi. C. de accus. & in l. seruos. & l. liberorum. C. de testi. ex cuius dictis, sume ꝓ conclusione, ꝙ qn̄q; testis non debuit examinari, ꝑꝑ reuerentiā eius cōtra quē examinat, & tunc examinatus non facit indiciū, ut l. 1. §. diuus. Antonius. & §. Antonius. & l. diuus. §. ex quibus. & l. maritus. ff. de qō. Qn̄q; testis nō debet examinari ꝑꝑ timorem, ne deponat pro eo examinatus. ut l. 1. §. ad qōnem. ff. de qō. & l. 2. & l. seruos. C. de testi. & l. testis idoneus. & l. idonei. & l. testes. ff. eo. eiusmodi sunt testes domestici, quorū appellatione, q contineaē. uide in Spec. in tit. de teste. §. 1. uer. itē excipiē ꝙ est domesticus, cum aliis sequentibus. & hoc casu tales testes examinati. nō faciūt indiciū tex. est no. in l. pridē. C. de quæs. ibi, ut nunc pro his, neq; aduersus eos in capitalibus, uel pecuniariis qōnib. ueritatis uim obtinere possit, &c. & hoc tenuit Spec. in titu. de teste. §. 1. uers. quid si testis domesticus. & Bald in l. inuiti. la 2. ff. de testi. si hoc tn̄ forte fallit si testis domesticus, uel familiares, & similes sunt honesti, & bonæ famæ, puta familiares epi uel abbatis uel alicuius nobilis dn̄i, qa isti non retinēt secū nisi familiares discretos, & bonæ opinionis, ꝑ ea q̄ no. Inn. in c. in literis de testi. & Bal. in l. etiā.
12 C. de test. † Aduerte qa Bart. in l. 2. ff. de excus. tut. dicit, ꝙ indiciū fit ꝑ testē familiarem, ꝑ gl. in l. 1. de test. & ſſi ex pluribus testibus familiaribus, pōt iudex deuenire ad sn̄iam, sed Bald. in l. inuiti. la 2. ff. de testi. dicit cōtrariū, ubi uide. Item forte fallit ꝑꝑ difficultatem probonū, & dolū aduersarii, per l. cōsensu. §. suꝑ plagis. C. de repu. & qđ not. Cyn. in l. si qn̄. C. unde ui. in fi. facit l. quot. C. de naufra. lib. 11. Qn̄que testis non debet examinari ꝑꝑ odium præsumptum in ipso teste, ut quia est minatus, & tunc an. examinatus faciat indicium uel non, hoc debet cōsiderare iudex aduertens ad qualitatē inimicitiæ, & qualitatē

personæ examinãdæ, & si adsint uerisimilia dicta, tali testi datur fides, ut not. in l. 1. §. prætera. ff. de qõ. iuncta. l. milites. §. oportet. C.
13 eod. tit. †Qñque quis nõ cogitur inuitus, nec cogi debet testificari, ut d. l. lege Iulia. & l. inuiti. la. 1. ff. de testi. & tunc talis testis examinatus sponte, & uolens facit indicium, & probat, ut d. ll. a contrario sensu, sed si inuitus esset examinatus, nõ probat, ẽm Cyn. in auct. psbyt. la 2 C. de episc. & cle. Et in dubio præsumitur inuitus, nisi appareat ꝙ uolens deposuerit ẽm Cyn. ibi, ut refert Bal. & sequit in d. l. lege Iul. & in d. auth. & in l. si parentes. C. de test. Saluo ꝙ dicit non præsumi inuitũ deponere, nisi in suum priuilegiũ allegauerit, ꝙ non sit cõpellendus, & nihilominus sit coactus deponere, & hoc casu nõ fit indiciũ, ẽm Bart. in l. 1 § si seruus. ff. de qõ. ita ẽt expresse tenet Bald. in l seruos. C. de testi. Adde, ꝙ do. Barto. de Capua in auth. de san. ep. in § Deo amabiles ibi, propria uoluntate susce
14 pisse &c. ubi uide in lect. Bart. †dicit, ꝙ præsumuntur inuiti testificari, ideo producens debet facere apparere in actis ꝙ uolentes testificantur. Hæc tñ personę priuilegiatæ cõpellũtur testificari si aliter ueritas haberi nõ põt ẽm Guid. de Suz. in d. l. lege Iul. & Imol. in c. delictorum, de testi. cog. ratio est, ne ueritas occultetur, quæ occasio ĩducit pctm̃ mortale. Sed stabit difficultas qs habeat probare ueritatẽ aliter hri non posse, in quo articulo Bart. & Imo. in cap. super eo. de testib. cogẽ. concludũt producentem testes dře probare, & est rõ. qa istæ ꝑsonę priuilegiatæ hñt ius pro se. s. ꝙ compelli non possint, & qđ aliter ueritas hři non possit est fundamentum intentionis ꝓducentis, ideo debet probare, qm̃ negatiua posita pro fundamento intẽtionis semꝑ debet ꝓbari per opponentem, ita singulariter dicit Innoc. in c. suꝑ his de accus. & Bar. in l. hoc iure, de uer. obl. & est tex. in l. ergo. ff. ex qui. cau. maio. Aduerte ẽm d. Nic. &
15 Capram. in d. c. super eo. de testib. cog. ꝙ forte hoc. s. †ꝙ aliter ueritas hři non possit, probari poterit iuro ipsius testis, quia sicut ꝓducens submittit se dicto testis super principali, ita debet se submittere super hoc præãbulo, uel ẽm eos põt iudex se de hoc informare sommarie. Sed an in causa criminali possint testes cõpelli testificari, fuerũt octo opi. de quib. uide in d. c. dilect. ubi dicit Imol. ꝙ in hoc attẽdit stylus, ꝙ cõsuetudo iudicioru.

Sed q̃ sint istę ꝑsonæ quæ cõpelli nõ pñt, dic ꝙ sunt attinentes usque ad supremũ gradũ gl. est sing in l. si fœm. C. ad Turp. quam ibi sequitur Ang. & Imo. in d. c. dil. Item affines, soceri, & ceteræ ꝑsonæ, de quib. in d. l. lege Iul. hæc quidem ꝑsonę non coguntur testificari nisi uelint. Sunt ẽt quædam ꝑsonæ quæ non admittunĩ ad testificandum cõtra ẽt si uelint, ob reuerẽtiam eius cõtra quẽ ꝓducũtur, ueluti filius cõtra prem, libertus contra patronũ, arg. l. quos ꝓhibet. ff. de postul. ita tenet Imo. in d. c. dilect. & ceteri Doct. in l.
16 parentes. C. de testib. †Et not. ꝙ inter istas ꝑsonas priuilegiatas, sunt ẽt clerici qui non pñt compelli, nec coram ecclesiastico, nec seculari iudice, nisi aliter ueritas hři nõ possit, gl. in cap. suꝑ eo. de test. cog. & in cap. statuẽdũ. 2. q. 6. & tenet Host. in sum. de test §. 1. & Gof. eo. titu. in sum. & Io. de Imol. in d. c. dil.

Item senes non compelluntur inuiti testificari de iure ciuili, ut l. inuiti. la 1. ff. de test. & 4. q. 2 §. inuiti. Sed de iure canonico secus est, ut hř in c. si qui testium. de test. & ibi per Caprã. & dñr senes quo ad hoc annorũ 70. ut dicit gl. in d. l. inuiti. Qñque testis non dẽt examinari ꝑ ꝑ ætatem, & tunc examinatus non facit indicium plenũ, sed quale quale, ut l. 1 §. imp. ff. ad Syll. & not. gl. in l. talis. C. de his qui. ut ind. ẽm Bart. ibi ubi hoc expresse tenet, sed Bal. ĩ d. l. seruos, dicit ꝙ hoc casu pupillus inciuili, & minor. 20. annis in criminali non facit indicium ad probõnem, uel defensionem negocii de quo agitur, sed ad informationẽ, ut ex eo inquiri, & ꝓcedi possit ꝑ gl. ĩ d. l. talis. Aret. in o pe maleficiorũ. ĩ uerbo, comparuerunt & negauerunt totum, in
17 uer. item minor. dicit, †ꝙ minor 20. annis in criminalib põt examinari, ad aliq̃ intentionem iudicis, & faciat indicium, non autẽ plene probõnem, & hoc si in inquisitione fuerit examinatus ex mero officio, non autẽ super accusatione ad partis instantiã, ita dicit tenere Guid. de Suz. & Flo. in l. in test. ff. de testi d. Aug. de Ari. ĩ suis add. ad dcm̃ opus maleficiorũ suꝑ d. uer. dicit, ꝙ Doct. solent allegare unã gl. ꝓ sing. in l. si C. de his qui. ut indi. ad sil. ꝙ minor facit indicium ad torturã, & dicit ꝙ Lud. solebat allegare consimilem gl. in d. l. 1 §. impubes. uide ẽt de hoc ꝑ Bart. in l. de minore. in prin. ff. de quæst ubi ponit an minor in criminalibus faciat indicium. & limita tu prædicta per gl. in d. l. in testim. &

adde Bar. in l. ex libero, in fi. ff. de quæst. Vide oĩno ꝑ d. Alex. de Imo. in l. fi. C. de his qui.
18 ut indig. † ubi tenet, ꝙ licet in criminalibus impuberes non sint idonei testes, ad plenam ꝓbõnem, tñ sunt idonei ad indicium, & licet gl. ĩ l. inuiti. ff. de teistb. la 2. uelit ꝙ impubes faciat aliqđ indicium, quasi uelit qđ non, ualidum ad torturam, tñ Spec. in tit. de teste. §. 1. uer. item ꝙ est impubes expresse tenet ꝙ faciat indicium ad torturam, & idẽ tenet Bal. in d l. inuiti, & l. seruos. C. de test. & idem uĩ uelle Bal. in l de minore, & l. maritus. ff. de q. & hoc qñ est proximus pubertati, & doli capax, ut dicit gl. in d. l. inuiti.
19 † Qñq; testis nõ debet examinari ꝑꝑ infamiam, ut l. 3. §. lege Iul. ff. de testi & tunc examinatus non facit indicium plenum, sed quale quale, ut l. q ult. ff. de pœ. ita ẽt dicit Bal. in l. 1. C. de sum. Tri. dicendo ꝙ facit indicium ad fundandam intẽtionem iudicis, & inquisitionem, uide ẽt in l. Cassius, ff. de sena. & in c. testimonium, &c. fi. de testi. Qñq; qs nõ debet examinari ratione ordinis, ut qa ante lit cõtest. uel parte nõ citata, & tunc examinatus non facit indiciũ, ut l. si qs adulterium, ff. de adul. & dixi supra in uer. quæro an testis. Qñq; qs examinatur ut principalis in se, & ut testis in aliũ, & tunc aut ponit in alium examinari, aut nõ, quod qñ sit patet ex no ꝑ text. & Doct. in l. fin. C. de accus. & in l. si filium. C. de lib. cau. & per Bar. in l. 1 §. repeti. ff. de quæst. cum si. Primo casu facit indicium sufficiẽs ad torturam, ut
20 tenet Cyn. in d. l. fi. † Qñque testis nõ debet examinari ꝑꝑ lapsum termini statuti ad probandum, & tunc si hẽt locũ purgatio moræ examinatus ꝓbat, ut no. Doc in l. emancipiorum. ff. de ope. leg. Si aũt non hẽt locum purgatio moræ, & tunc ad nihilum ualet eius dictum ẽm Cyn. in l. 1. C. de sepul. uio. Adde Lud. de Vrbe, in rubr. ff. de arbi. in 9. col. in uer. an tñ testes, q in hac. q. dicit, ꝙ aut testes ꝓhibenẽ à limine iudicii, & tunc admissi ẽt indicium non faciunt, ex quo oĩno lex eos inhabilitat, ut ff. de quæst. l. maritus, sed si tm̃ esse testes ꝓhibeanẽ, tunc admissi faciunt indicium, ut not. Bal. C. de testi. l. seruos, ad qđ ẽt, l. maritus. ff. de prob Super hac qõ. qua q̃ritur an testis q non debuit examinari, faciat indicium si examinaẽ Bart. in d. l. maritus, ff.
21 de quæst. † dicit ꝙ testis q non debet examinari ꝑꝑ reuerentiam ꝑsonarum, & tunc examinatus non facit indicium, ut d. l. maritus, & l. diuus, eo. tit. Qñq; testis non debet examinari ꝑꝑ ætatem, tunc examinatus non facit indicium plenum, sed quale quale, ut l. 1. §. impuberes ad Sylla. Idẽ dicit ipse puto de teste qui non debet examinari ꝑꝑ sexum, ut in muliere eadem rõne Qñque testis nõ debet examinari ꝑꝑ infamiã, & tũc examinatus facit indiciũ quale quale, l q ultimo, ff. de pœ. Qñq; non debet examinari ꝑꝑ inimicitias, tunc examinatus facit indicium, uel non facit ẽm qualitatem inimicitiæ, ut ff. de quæst. l. 1. §. ꝑterea. Qñq; testis non debet examinari rõne ordinis qa ante lit. contest. uel parte non citata, & tunc dicit puto ꝙ non facit indiciũ, ut l. si qs, ff. de adul. & C. de test l. si qñ. in fin. Bald. in l. seruos, ff. de testib. super hac
22 qõ. dicit † ꝙ indicium est triplex, unum est qđ dirigit iudicem in uiam perscrutationis, & inquisitionis, & istud põt fieri ꝑ quẽcũq; testem. ut d. l. qui ultimo. Aliud est qđ dirigit in uiam hñdæ qõnis. & aliud qđ dirigit in uiam cõdemnationis simul cũ aliis adminiculis. Et dicit ipse, ꝙ tests non idoneus, & ꝓhibitus à limine depositionis, non facit hoc indicium ad qõnem, & torturam. l libertorũ. C. de testi. Sed si test es q non sunt ꝓhibiti à limine depositionis, nõ tñ sunt idonei ad plenã efficaciam ꝓhibitionis, bene faciunt hoc indiciũ, ut ff. de testib. l. serui. 2. rñso, & ff. de ꝓb. l. cũ probatio. ff. de ędil. edic. l. quæro, in fine. Si uero quærimus quantũ ad efficaciã cõdẽnationis, nullus est testis idoneus ad cõdẽnationem nisi suppleatur ꝑ alias probationes, ut l. solam. C. de test. & arg. ff. de eden. l. si qs ex argentariis. §. 2. & subdit Bal. in d. l. seruos ꝙ testis interrogatus, & examinatus, q nõ debuit interrogari nõ facit indicium, qñ est prohibita interrogatio, ut d. l. maritus. ff. de qõ. aut non est iusta rñsio, qđ est qñ non põt inuitus cogi, & tunc idẽ si allegauit priuilegiũ, ut, ff. de testi. l. lege Iulia: Aut nõ debuit interrogari ad probationẽ, & tunc põt interrogari, ad informationẽ, ut pupillus in ciuili, uel minor 25. annis in criminali, tũc bene facit indicium ad ingrendum nõ ad decidẽdũ, ut no. C. de his qui. ut in d. l. fi. in gl ord. Sal. in d. l. seruos. clarius hoc declarat, dicẽdo super q. dicta ꝙ testis q non debuit examinari, si examinaẽ, ꝙ quantũ ad effectũ cõdẽnationis non facit indiciũ, nisi ꝑ alias probõnes suppeleretur, ut d. l. solã, & ar. d. l. si quis ex argentariis. §. 1. aut quantum

ut, ex eo possit perueneri ad torturā, & tunc, quidam sunt testes qui sunt ꝓhibiti, & interrogari, & rñdere, & isti non faciunt indicium,
23 ut d.l.libert. & d. l. maritus † Quidam sunt qui inuiti prohibentur interrogari, sed uolentes pñt rñdere, & isti ad rñdendum compulsi ēt non faciunt indicium, ut ff. de testi. l. lub & dūr compulsi priuilegio allegato, non aliter, ut l. parentes, & qđ ibi hr. C. de testi parificantur. n. isto casu inuiti, & qui nullo modo uolentes ēt pñt admitti. Quidam sunt qui prohibentur interrogari quantum ad probōnē, sed non prohibentur quantum ad informationem, ut minor 25. ann. in causa criminali, & isti faciunt indicium quo ad inquirendū, ut d. l. si in gl. de his qui. ut ind. Abb. sic. in c. de cetero, de test. dicit, ꝙ licet laicus in criminalib. non possit testificari cōtra clericū, tñ facit indicium ad torturam. Et aduerte ad oīa supradicta ꝙ nullus supradcōrū diceret testis oī exceptione maior, uñ unus solus testificaret de uisu nō faceret indiciū, sed si duo testificarent de uisu, facerēt indiciū, & silr si testificarent de circūstantiis q̄ inducerēt indiciū, ut dixi supra in 2. q. pi inc. in uen aduerte tñ.

1 *Indicium quale esse debeat, ut sufficiens sit ad torturam iudicis committitur arbitrio.*

2 *Indicium est sufficiens contra aliquem de furto, si sit male conditionis, & famae, & solitus talia facere.*

3 *Furtum à familiaribus, & in domo conuersantibus factum praesumitur.*

4 *Furtum praesumitur factum per familiarem fugitiue à domo recedentem.*

5 *Indicium super furto contra aliquem habetur, qui cum antea pauper esset multas pecunias habere reperitur.*

6 *Indicia, & praesumptiones contrarij tolli possunt praesumptionibus & indicijs.*

7 *Fuga sola quando indicium sufficiens praebeat ad torturam.*

8 *Fuga non facit indicium, ut quis possit subijci q̄ñ si possit aliqua probabili causa uelari.*

9 *Fuga sola propter processum initiatum non facit indicium.*

10 *Fugiens de carcere per ostium carceris apertum, non est pro confesso habendus.*

11 *Officialis fugiens tempore syndicatus, pro confesso habetur, de his super quibus inquiritur.*

12 *Fuga quando praesumptionem & indicium inducat, & alios suos effectus producat.*

13 *Statutum dictans in omni casu fugam omnem facere probationem an ualeat.*

14 *Indicium generale in quolibet crimine censetur dum extra iudicium crimen se commisisse aliquis fatetur.*

15 *Confessio extraiudicialis facta parte praesente, indicium facit ad torturam.*

16 *Confessio extra iudicium facta, indicium praebet ad torturam si de tempore & loco deponat cōfitens.*

17 *Confessio facta coram iudice, sed non in figura iudicij, uel coram notario sine iudice, an probet.*

Confessio coram iudice incompetenti facta quando probationem inducat.

18 *Mendacium an praestet quaestioni indicium.*

19 *Confessus de se, non est de socijs interrogandus fallit in quibusdam casibus.*

234 † Aggressio nullis dictis uerbis, ut si plu res aggressi sunt unum uel plures nil dicto. Tūc facit ind ciū, q̄ cōuenerint ꝑ delicto cō mittendo, & iā illud deliberassent, & istud ꝑ indicio tradit Anch. in cōs. 217. Et ꝑ hoc fa cit l. respiciendū. §. delinquūt. infra de pœn. ibi dū dicit, ex ꝓposito latrones delinquūt, q̄a hn̄t factiones, & ibi Bart. in eo capite dū vult, q̄ ex ꝓposito antecedēti sit homicidiū.

235 † Qn̄ fit insultus q̄ est motus de loco ad lo cū & in aliū saltus. l. 1. §. cū arietes, supra si quadr. paup. fecis. dica. & l. is qui. C. de sica.

236 † Assistentia ad delictum facit indicium ad tractatū, ut si unus hominem occiderit, & plures ibi fuerint armati uel ꝓpinqui facto. uel remoti, dūmodo potuissent in casu neces sitatis ipsius delinquētis auxiliū p̄stare, nam tūc ob eorū p̄ntiam, ille q̄ insultū facit effi cit audacior. Et ille in quem delinquitur fit timidior. Ideo de auxilio tenentur, & p̄sum ptio est de tractatu. ut ꝑ Bald. in l. ob hæc uer ba, supra de infam & in l. 1. C. de rapt. uirg. & in l. data opera. C. qui acc. pos. & in l. 1. C. de ser. fug col. 1. uers. ex cōsilio dicēs, q̄ ille q̄ associat t̄pe delicti, dr̄ opem præstare, ēt si ni hil aliud facit, nisi q̄ ex proposito associat eū

237 qđ p̄sumit̄ si secū stat armatus. † Nā ille q̄ armat se p̄sumitur de rixa, uel bello cogita re l. licet inter priuatos, supra de pac. & ꝑ in dicio dat Bru. in trac. de ind. col. 14. uers. item insurgit, & de mā auxilii loquitur late Fe lyn. in c. sicut dignū de homic. & Dec. in c. 1. de off. deleg. Et Aret. in c. tertio loco, col. fi. de ꝓbō. Hoc intellige eo magis ꝓcedere, si tales ibi stātes nulla tn̄ facta demonstratio ne seu armorū euaginatione statim ꝑpetra to delicto insecuti sunt, & associati fuere de linquētē. Bald. in l. nō ideo minus, in fi. C. de acc. à remotis aūt p̄stat̄ auxilium ut ponit Alex. in l. is q̄ opē, in add. ad Bar. ī add. mag. circa mediū supra de fur. dicēs q̄ ille q̄ me cū stat à remotis armatus, si ꝑ eū efficiat au datior, & offensus timidior, dr̄ p̄stare opem mihi. Istud aūt indiciū pōt tolli si ibi stans ꝓbauerit casu uenisse in eū locū, nam tunc nō erit indicatus, ut per Bald. in dictis locis.

238 † Ducens uerbis aliquem sciens malefa ctores esse in certo loco, & ille occidat̄ uel derobet̄, si uerbis suis fidē adhibēdo idē tran sierint, ut puta q̄ dixerit mercatorib. q̄ secu ire d̄rent, q̄a duceret eos ꝑ bonā uiā, & secu rā Et fuerint interfecti uel derobati, indiciū est cōtra illum, q̄ fuerit particeps criminis. & causam delicti p̄buerit, cū ēt teneat̄ pœna l. Corn. de sic. l. 3. §. alio S. C. & arg. l qui occi dit § pen. supra ad l. Aquil. & l. pe §. fi. cum eo, supra ui bon. rap. Et ꝑ indicio dat Gand. in tit. de p̄sump. & ind. dubit. col. fi uer. deci mū colligit̄, subdens quod qōnibus est sub dendus, & sic erit indiciū ad torturā ea rō-

239 ne. † Quia de his est qō hn̄da, qui suspen sione cedis cōsentiētes uidebunt̄ l 1. § occiso rum, & §. si quis in uilla, supra ad Syll. Et ēt pro indicio ad torturā tradit Boni. de uita. in tit. de ind. circa prin. in uer. item si suasit.

Ex persona indicia.

240 INdicia, † si homicidio, si quando aliquis est interfectus, & ignoratur à quo oriunt̄ ex causis infrascriptis. Primo ex uita, & ex persona imputati. Secundo ex uerbis pro latis. Tertio, ex facto. Quarto, ex processu, & testibus examinatis.

141 Vita hominis, † ex antea factis spectat̄ ut ait Cic. in lib. 2. ad Heren. in causa conie cturali. & Doct. considerant istud pro indi cio, ut si quis fuerit malæ conditionis, & so litus similia facere habeat indicia cōtra se, ut

242 præsumat̄ deliquisse. † Nam ex consuetudi ne delinquēdi ꝑ legem p̄sumitur contra ho minē l. si cui. §. 1. ibi, qui semel calumniatur sit. supra de accus. & l. de minore §. 1. hoc ti. l. non omnis. §. a Barbaris. infra de re mil.

243 † Et ex præterito presumit̄ in presens l. iubemus, & ibi no. C. de ꝓb. & Gand. in tit. de p̄sump. col. 1. uer. al qn̄, & uer. fi. & cōsue tudo patrisfamilias siue in bonis siue in ma lis est attēdēda. l. siue negocia, supra de neg. gest. l. Olympico, supra de ser. urb. p̄di. & si delictū fuerit reiteratū magis p̄sumit̄, nam ex ea geminatione ostendi determinata uo-

244 luntas ad malum agendū. † Cū actuū ge minatio demōstret aptam uoluntatē not. in §. de cōstituta, inst. de act. & in l. 1. C. de plus petit. & in c. & si Christus, de iureiur. Vnde statutum q̄ pro crimine imponatur pœna pecuniaria nō habet locum, si secundo deli querit, ut ꝑ Hip. in l. 1. C. de sica. nu. 47. addu cit tex. in l. C. de superex. lib. 10. & ibi Bar.

245 Bal. Ang. & Io. de plat. † Sed aduerte, q̄ in eo casu ex geminatione sola nō prodit̄ benefi cium

tiū legis nec crimen magis grauať. Sed requiritur, ꝙ saltem per tres uices deliquerit. ita declarat Luc. de Pen. ibi per tex. in §. uerum tn̄, in auth. ut immob. ante nup. donat. & l. seruos C. ad l. Iul. de ui pub. & per Inn. in 1. de
246 fideiuſ. † Difficultas fit, an ex eo, ꝙ quis solitus sit delinquere, & sit malæ uitæ, habeat indiciū cōtra se, ut possit poni ad torturam. Hipp. in § diligenter, nu. 99 mouet istā q. & dicit, ꝙ Doc. fere oēs post Bar. hic dn̄t ꝙ hēt indiciū ad torturā, ut per Saly. in l. fi. C. eo. & Guid. de Suz. in tract. de torm. in 4. colum. Et Alex. in conſ. 77. in causa accusationis in 4. col. & in conſ. l. uisis, & opportune in primo uol. adducit istam, ꝙ semel malus sem p p̄ſumiť malus. Et dicit multum facere dcm̄ Saly. in d. l fi. ꝙ si plures fuerint ī rixa, & mortuus nō hēt nisi unicum uulnus, & ignorať, à quo sit illatū, & oēs torqueri nō possint, si tn̄ fuerit unus malæ uitæ is torquebiť, & multa adducit ad ꝓbādū illud, ꝙ p̄ſumať cōtra solitū delinquere. Contrarium tn̄ post multa tenet Hipp. in d. loco dicens malā qualitatē persone non facere indicium legitimū ad torturā, moueť, ꝙ qn̄ sumus in aliqua dispositione.
247 † Verba illius dispōnis multū sunt attendēda c. porrò. de priuil. & ibi gl. Sed in hac dispōne hr̄ id, ꝙ semel malus semper præsumitur malus, & sic ex mala qualitate ꝑsone oritur
248 præsump. Sed sic est. † qđ præsump. est minus q̄ indicium, ut ꝑ Bal. in l. ea quidē. C. de acc. & ꝑ Iaſ. in l. 1. supra de eo per quem fact. erit. Adducit ēt Bal. in l. 1. de excuſ. tut. ubi p̄ſump. dr̄ esse ad probandum, indicium uero est probatum, & sic minus est præsump. q̄ indicium, adducit ēt gl. in l. absentem, in uerb. damnari, infra de pœn. & glo. in c. literas, de præsump. Item quia est præsumptione oritur argm̄, sed indicium est idem ꝙ semiplena probatio. l. fi. & ibi Bar. supra de in lit. iura. l. 1. §. si absens, supra si ex nox. cau. aga. & sic cōcludit nouam esse opinionem, ꝙ non oriatur indicium. Adductis aliis ꝑmultis, q̄ lon-
249 gum esset referre. † Aduerte, ꝙ qualitas ꝑsonæ dupliciter est cōsiderabilis, ꝙ qs dicať bonus, uel malus in gn̄e, uel ꝙ dicatur bonus, uel malus in specie. De bonitate, & malitia in gn̄e est tex. in l. nō oēs. §. à Barbaris infra de re mil. & l. de minore. §. fin. hoc titu. de qualitate ꝑsonæ in specie, & de consuetud. rei uel imputati est in d. l. si cui. §. 1. & in l. si seruus pluriū. §. fin. supra de lega. 1. & in d. l. uel uniuersorum, supra dē pig. act. Bar. ita distinguit in fama in d. l. de minore §. plu inū col. 1. uerſ. pro declaratione, ut sit in gn̄e, uel in specie, & de his duobus loquitur Cic. in præallegato loco, ꝙ si accusatus est de occiso reperiať per cauſam, ut qn̄q; in suspicione fuerit homicidii, & si nō pōt reperiri par causa, reperiatur dispar, & sic gn̄alis obiectio circa mores accusati. In utroq; casu si fuerit facta ꝓbō. ꝙ ille sit malus uel in specie uel in gn̄e oriť indicium contra reum, & maius erit indicium contra eum qui hēt præsump. malitiæ in specie, & sic in eod gn̄e mali ut in regula semel malus de regul. iur. lib. 6. & ibi Dyn. Frāc. & alii, & dicā infra in indiciis fur-
250 ti in uerbo uicinis. † Attn̄ ex tali indicio solo non poterit torqueri, quia Bart. in hac l. & Saly in fi. C. de q. dn̄t post omnes Docto. ꝙ qn̄ est indicium remotum à maleficio, ut est mala fama, & similia, de quibus diximus supra in præmissis, ex hoc solo non poterit reus to queri. Sed requiruntalia indicia pœnes istud. Ex quibus eius iudicis deduci possit in suspicionē contra reū, & sic ſuꝑflua est disputatio Hippolyti in hac mā, quia Doct. oēs distinguūt inter indicia, ut dixi supra in 6. ꝑmisso. Dictum Saly. allegatum per ipsum in d. §. diligenter nu. 99. & in rub. C. de prob. non dicit id. ad quod deduciť, ꝙ si plures fuerint in rixa, & ignoreť per quē fuerit factum homicidium, ꝙ torquebať ille, qui est peioris uitæ inter imputatos. Nā si plures fuerint imputati, & ignoreť qs interfecerit, & oēs fuerunt in rixa, oēs torquebunť ad hn̄dam ueritatem, ita est practica. ita determinat Dyn. & Rom. post eū, & Mod. in l. 1. §. hoc rescriptum supra ad Sylla. Sed Saly. in d. l. fin. dicit, ꝙ si fuerit suspicio cōtra plures, qa facilr̄ potuissent delictū cōmittere. Tunc stante ista uerisimilitudine, & suspicione malæ uitæ poterit is torqueri, nō aūt alii torquebunť ob illam simplicem suspicionē, ꝙ potuerint delinquere. Nō ob. quod cōsiderat p̄ſumptionem mi-
251 nus q̄ indicium, quia dico. † Quod præsumptio est genus quo ad indicium, uult Bald. in rub. C. de ꝓb. diffiniendo indiciū dicit, ꝙ indicium est præsump. minima hoīs boni, seu
252 distans argm̄ à specie probationis. † Imò præsumptio hēt plures gradus, cū alia fit iudicis, & cōtumaciæ, ut si iudex citat Clericū, ꝙ reddeat ad ecclesiā, & nisi reuersus sit p̄ſumit iudex, ꝙ habet ecclesiam pro derelicta.

Alia famę per quam proceditur ad inquisitionem, ut in c. qualiter, & q̄n. el 2. de accus. Alia sit naturæ ut si pr̄ exhæredat filium, pręsumit ꝙ iniuste agat, q͞a non ꝑmittit nã p̄sumere, qđ filius patrem offendat, uel econtra l. oĩmodo. C. de inoff. l. ult. C. de curat. fur. & de his, & seq loquit̄. Host. in tit. de pręsump. in §. quot eius spés. Alia sit iuris cõtra quam admittit̄ ꝓbõ, ut in possidente, qđ p̄sumatur dñs l. siue possideris. C de prob. & qđ Chyrographum laceratum præsumatur solutum l. si Chyrographũ, supra de ꝓb. Alia sit iuris, & de iure cõtra quam non admittit̄ ꝓbõ. l. si q͞s adulterii. C. ad l. Iul. de adult. & ponit Bar. in d. l. siue possidetis. ideo id, qđ dicit Ias. quod præsumptio sit minor indicio in d. l. 1. supra de eo per quem fac. erit, illud est uerum in terminis, in quibus loquit̄ Ias. quod est in indicio oriente ex dicto mortui uel iniurianti. Nã illud est indicium uile, & de eo loquitur gl. in d. l. si mr̄. C. de calum. & sic in eo casu est minus indicium quã p̄sumptio, quia uille, & tenue, ut dicã infra in uers mortui depositio.

253 † Conuersatio malorũ, & ista facit ĩdiciũ cõtra imputatum arg. tex. in l. 3 § nullus putat, supra de excus. tut. & l. item apud Labeonē. §. adduxisse, in fi. supra de iniur. l. nullus. § 1 supra de act empt. Nam ex mala cõuersatione bonus efficitur malus. & uitiosus l. ædiles. § pedius, supra de ædil edic. Nam similis similem sibi q̄rit c. recollentes de stat. mona. & s͠m Phil. talis qualis quisq; est, taliũ cõsortio delectat̄. & dicit tex. in c. sæpe. 28. q. 1. ꝙ maiorũ cõsortia sępe ẽt bonos corrumpũt, & tãto magis eos, q͞ ad uicia ꝓni sunt. istud pro indicio tradit Gand. in tit. de p̄sumptio. & ĩdic. dubita. col. 1. uers. itẽ hẽt indagare, & Guid. de Suz. in trac. de tort. col. 6. uers q̄ at iudex. & Are. in tract. malef. in uerb. ꝙ fama publ.

254 col. 6. num. 19. † Istud aũt extendit Iac. de Belui. q͞ malos famulus tenet, ut sit indicium cõtra ipm in sua prac. tit. de qõ. col. 5. uer. item crimen, allegat text. in § hos aũt, in auth. de non alien. & in c. licet heli. in princ de simo.

255 † Qualitas personæ põt indicium facere, ut cognoscat̄, si respectiue ad eius cõdõnem, & qualitatem sit causa aliqua, q̄ ipm induxerit ad maleficium committendum, ut si commodum aliqđ ex maleficio acquisierit ut honorem, pecuniam, dñationem, aut aliq̄ cupiditatem amoris, aut uoluntatem libidinis explendæ. Aut ꝙ uoluerit incommodum uitare, utputa inimicitias, infamiam, dolorem, & supplicium, q̄ oĩa ꝑ cõiecturalis tradit Cic. in d lib. 2. ad Heren in prin. in c. causę cõiecturalis in parte probabili. Et hæc à legibus com-

256 probant̄. † Nam spes commodi assequendi aut incõmodi euitandi probatur in l. cum ratio infra de bon. dam. ubi pater interficiens eum, q͞ filium instituerat, ꝑ ꝑ istud cõmodũ fecisse ur̄, & ideo filius non succedit, & hr̄ in l. 1. §. si dñs, supra si q͞s ali. testa. & prohib. & in to. tit. ubi succedens ab intestato si prohibuerit agnatũ testari priuat̄ successione, & ẽt filius ob ꝓhibitionem patris, & ẽt demõstratur in l. si ab hostibus. § 1. supra sol. matr. in quo priuat̄ maritus dote, si non adhibuit diligentiam in curanda uxore infirmitate, uel non adhibuit medicos peritos. & multomagis si interficeret eã, & istud est qđ dicit Bar. in hac l. Item ꝙ res cedebat ad commodum suũ, non alterius, & dicã infra in indiciis furti in uerbo cõmodum. Item uerificat̄ id, quod dixit de honore q̄n ꝑ simoniam, seu ambitũ uult cõsequi honorem ut in to. tit. de simo. & supra ad l. Iul. de ambit. & exẽplificari posset in duobus ambientibus eũdem honorẽ, ut si aliter fuerit interfectus oriat̄ indicium cõtra alium ad idem aspirantem, qđ idem dici põt in duobus riualibus, ut uno interfecto pręsumat̄ ab altero factum, & uerificet̄ illud, quod dr̄ de cupiditate amoris explenda, & probat̄ in l. idem si ad stuprũ supra de cõd. ob Turp. cau. Et quod dictum est de pecunia, declarat̄ in l. 3. supra de his quib. ut ind. & in d. l. 1 §. si dñs, & in d. l. si ab hostibus, & quod dr̄ de incommodo uitãdo uidelicet infamia, inimicitia, dolore, & supplicio probatur hæc in l. 1 in §. præterea, & in §. cum quis. supra eod. ubi præsentãs latrones iudici q̄nq; facit, ne infamiam, dolorem, & supplicium subeat, & ne de his accusetur, ideo illos iudici tradidit.

257 A cõiter accidentibus oritur indicium. vt si ꝓbet̄ ꝙ hoĩes certæ nationis cõiter hoĩes interficiunt pro parua causa, uel ꝙ cõiter cõtingit aliquem deferre genus armorum, ex quo reperitur ille talis interfectus, uel aliud simile, nam ex hoc oriatur indicium ut per Bal. in l fi. in fi supra de hæred. instit. exẽplificãs post Iac. But. in l. neq; natales. C. de prob. in muliere, ex cuius domo uisus est exire iuuenis, uel qđ passim eos admittebat. ex quo existimat̄ meretrix, idẽ Bald. hoc determinat in add. Spe. in ti de sen. & de his. q̄ ips. seq. in

§ 8. in

§ 8. in add. Magna circa fin. in uers. ad mortē
258 facit illud qđ. † Argm̄ à cōiter accn̄tibus ualidū est in iure, ut ꝑ Alex. Ias. Dec & alios q accumulta te ponūt in l nō hoc. C. und. leg. & per Fely. in c. quia uerisim. de præs. in fin.

De verbis indicia.

259 TRepidatio, † incōstantia, uarietas, uox balbutiēs, loquella timida pallor, hæc oīa si concurrant in ꝑsonā rei, uel aliqua ip sorū, erit indicium ad torturam text. est in l. de minore. §. plurimum, supra eo. & ibi Bart. & Mod. q dicit, iudicem dr̄e operari, hæc oīa scribi, qđ loquendo trepide, pauendo, uarian do, reus rn̄dit ad hoc ut possit ostendere ꝙ p̄ cedentibus indiciis præcessit ad torturā, istud idem uoluit Bal. in l. presbyteri. in prin. C. de epis. & cle. dicens ꝙ trepidatio, mutatio colo ris in faciem sunt signa in teste qđ falsum di cat, sed an exinde possit torqueri, istud relin quit arbitrio iudicis, qđ est ēt ex mente Bar.
260 hic. † Vt unum ex istis indiciis nō sufficiat ad torturam sed plura, & talia, q̄ ex dispōne iuris moueant iudicem, & hoc magis est dicē dū quia hæc indicia sunt remota à malefico, ex quo unumquodq; de ꝑ se non debet esse sufficiens ad torturā, ut dixi supra in 6. p̄mis so post Bart. hic, qđ aūt hæc oīa describi de beant in actis. Bar. adducit Inn. in c. qm̄ con tra de prob. & Spe. in ti. de testi. §. nūc tractan dum, uers. hoc aūt scias. Ista facere indicium ad torturam ponit Guid. de Suz. in tract. de tormen. col. 5 uer. item poterit iudex, & Ia co. de Belui. in pract. crim. in tit. de qō. col. 4. qui ēt ponit inter p̄missa declinationē oculo
261 rum uersus terram, & rōnem reddit. † Quia uacillans testis qōnat. l. super statu C. eod. & Par. de Put. de synd in uerb. uiso de indiciis, & seq. uer. & Are. in tract. malef. in uerbo qđ fama publ. num. 105. & Bun. in tract. de indi. col. 12. Hipp. in sua pract. in uerbo diligenter num. 74. q multas quotas adducit in hac mā.
262 † Intellige p̄dicta procedere qn̄ is q torquet hēt legitima indicia cōtra se, anteq̄ duceret ad torturam alias aūt si reus iniuste torque retur indicia ex his non orirentur, cum etiam ratificatio non ualeret, ita determinat Aug. de Ari. in addi ad Ang. in d. loco, & eum seq tur Brun. in d. loco, & Hippol. in d. §. diligen ter. num. 75. Sed aduerte qđ Bart. alr uīr senti re in hac nostra lege dum uult, quod iudex facit adducere ad se illum de quo suspicatur & interroget de circunstantiis ubi stetit illa nocte. cum quo comedit, uel cenauit, & simi lia, & tūc ex sermonibus, ex uoce, ex trepida tione, seu cōscientia poterit contra eum aliq̄ præsumptionem hr̄e ex quo Bar. demonstrat ibi ꝙ iudex recipit eas præsumptiones, & ex illis (si ipsi uidebitur) ꝓcedere poterit ad tor turam, & tn̄ nulla indicia præcedebant, erat simplex suspicio contra illum interrogatū, id eo hæc limitatio non pōt adaptari ad casum Bar. & de ea uidebimus infra in uerbo cōfes
263 sio in tortura. † Intellige secundo prædicta procedere, qn̄ uariatio esset circa negocium principales, uel circa circunstantias negocii principalis, alias aūt non faceret indicium cōtra uariantem, utputa, si esset uarius circa locū delicti, ut tp̄s ipsius delicti, ista. n. uaria tio noceret. Secus si esset circa nomen, agno mē, loci originis uel q d aliud sile, aut uoluit Bar in l. eos. col. 2. uer. q̄ro quæ dicantur, su pra de fals. & Spe. in tit. de teste § 1. uer. Item quod est uarius, & uers. item per aliqđ Bald. Imo. in l. his uerbis. §. fin. supra de hære. inst. Ioan. And. & Inno. in c. fraternitatis de testi. & Pau. de Cast. in l. si ex falsis C. de trans. & ibi Ias. col. fi. qui dicit istud esse no. in æternū ad practicam in teste qn̄ dicatur uarius, qđ etiam uoluit Tind. in trac. de testi in 7. q. 3. q. prin. & Paris de Put. in mā nostra in tract. de
264 synd. in uerbo de uiso de indiciis in fi † Intellige præmissa, ꝙ uarius dicitur is, qui pri mo dicit unum postea dicit contrarium nul lam uariationis causām assignans. Contradi cens uero qui primo dicit duo incompatibi lia, ut si dixit interfuisse contractui tali die, & loco, & postea dicit tali die, se alibi fuisse, ua cillans autem dr̄, qui dubitando, & tremendo loquitur. item, & qui uarie loquitur, de uario ponit Bald. in d. l. eos, & de his omnibus dat doctrinā Ant de Butr. in c. præterea uers. sed dubium, de test. cog. & Dec. multos adducit in d. c. qm̄ contra, num. 93. de prob. intellige etiam prędicta ut dicam infra in seq. indicio.
265 † Mendacium an faciat indicium ad tor turā Bart. hic in 1. col. dicit, ꝙ si repertus fue rit in mendacio, erit maxima præsump. cōtra eum per tex. in l. unius §. testes supra eo. & in c. lr̄as. de præsum. idem uoluit Rom. in cons.
266 8. uiso facto, & Bart. in tract. de qō. † Et rō est, q a mendacium est falsa sign̄atio uocis, cū intentione fallendi gl. in l. de ætate. in princ. supra de interrog. act. in §. qui tacuit gl. dicit

quòd

ꝙ mendax uidetur uelle decipere iudicem, id eo punit̃ l. & debuit, supra de infam. & rõne mendacii q̃s ur̃ esse in dolo. l. seruus § si per suaserit ff. de dol. & sequitur hæc Brun. de indic. col. 9. uer. quæro an mendacium. Aduerte quod in hac mã mendacii, & uarietatis ipsius rei adducitur in contrarium dcm̃ Andr. de Iser. in const. incip. in damna. col. 10 uer. itẽ no. qui dicit, ꝙ si reus interrogatur à iudice neget, seu fateat̃, & postea dicat contrarium.
267 † licet assertio eius dicat̃ testimoniũ large l. gña f. in fi C. de non. nu. pecu. non torquebit̃ q̃a licet cõtraria dicere, & ponere ꝑ ꝑ salutem l. nemo supra de excep. l. 1. infra de bo. cor. & Matth. de Afflict. in d. const. si damna, in 14. no. in 1. q. sequit̃ hoc dcm̃ And. de Ise. Luc. de Pen. in l quoties col. 7. uer. sed q̃d si reus tenet contrariũ cum Bart. hic, ꝙ ꝑ ꝑ cõtrarietatem, torqueat̃ reus q̃uis loquat̃ ipse Luc. in reo, cui delatũ erat iurm̃. Par. de Put. in d. tract. de synd. in uerbo, uiso de indiciis relatis his opinionibus dicit magnã esse auctoritatem. And. de Iser. tñ q̃d utraq; opinio posset saluari, ut dicta per Bart. non habeant hoc, ꝙ ex uariatione q̃s torqueat̃, & male ad hoc allegat̃ Si bene uerum esset, q̃d facit præsumptionem, & sic ꝙ uterq; dicat nõ torqueri ipm̃ reum ob contrarietatem licet præsumptio insurgat. Sed ista saluatio non põt stare q̃a Iser. in dicto loco dicit ꝙ tm̃ non est torquendus. Sed licite poterit dicere, & cõtraria ponere ob eius salutem, ex quo nulla p̃sumptio debet oriri ex actu licito, Vnde existimo, ꝙ And. de Iser. nõ contradicat Bar. ex alio. Si eorũ dicta recte cõsiderentur. Nã habemus eam cõclusionem cõiter approbatam.
268 † Q̃d accusatus de homicidio, põt opponere negando se commisisse homicidium, & si probetur põt dicere se illud fecisse ad sui defensionem, ut ꝑ Bar. in l. cum de indebito, supra de prob. & in auth. cõtra q ꝓpriam. C. de non nu. pec. & ibi Bal. col. pe. Abb. in c. is qui, in prin. de sol. uoluit Soz. in l. nemo ꝓhibet̃, in fi. supra de excep. qui dicit istam esse cõem opinionem, ut uoluit Ias. in l. 1. col. fi. uer. q̃d in criminalibus C. de fur. & Dec. in l. nemo ex his, de reg. iur. unde ista uarietas, & cõtrarietas cõcessa est ipso reo à iure, ex quo p̃sumptio nulla esse põt cõtra ipm̃, nec in casu isto loq̃tur Bar. in l. nr̃a, & ƒm hanc conclusionẽ debet intelligi id q̃d dicit And. de Iser. in d.
269 const. ne damna. † Ideo distinguerem quod aut reus est cõtrarius in his q̃ spectãt ad eius defensionẽ, ut contrarietate constita, & ꝓbata posset conseq̃ liberationem uel minorem pœnam, ut si primo negauerat postea dicat ad sui defensionem fecisse, uel se putasse ꝙ esset bannitus, & iustus esset eius error, uel ꝙ esset ebrius, uel ꝙ à casu ꝑcussit, & sic de similibus, tunc hoc casu non tenet p̃sumptio, q̃a à iure cõceditur, & ꝓbõ offeret̃. Aut iste reus est cõtrarius in his q̃ non spectant ad eius defensionem, ut dicat, in die delicti locutum esse cum Petro. & postea dicat eum non uidisse, & similia, uel ꝙ dicat tali die fuisse Venetiis, & postea dicat eo die fuisse Mediolani, ista.n. non respiciunt eius defensionẽ immediate, ideo faciũt p̃sumi cõtra reum, cum ista sint in facto incompatibilia, & nulla exinde utilitas oritur ad beneficiũ rei, quo casu est credendũ ꝙ illa cõtrarietas oriat̃. q̃a ueritas aľr se hẽt, & ꝙ incompatibilia non admittitur tenet Soz. post Cuma. in d. l. nemo ꝓhibet̃. in fi secus si utilitas daret̃ reo ob eius cõtrarietatem nam tunc p̃sum t̃, ꝙ dicat ꝑ ueri
270 tate, ut se defendat. † Cum habeat necesse ꝓbare, id, q̃d dicit asserendo fecisse ad sui defensionẽ, uel similia ut not. in l ut uim. supra de iust. & iur. & in l. 1. C. und. ui. & in c. auditis, de p̃sum cũ eodẽ tꝑe non ꝓposuerit confessionem. cum exceptione defensionis, ut ꝑ Abb. in d. c. auditis, & Soz. in l nõ utiq; supra de exc. & sic exceptio illa cõtraria admittit̃, qñ reus uult eã ꝓbare ut loq̃tur Iser. secus in mẽdacio, & uariatione, de qua loq̃t̃ Bar. hic.
271 † Non r̃ndens interrogationi hẽt indicium cõtra se. ut si interrogatus si sit reus, nollit iudici r̃ndere, indicium est ꝙ deliquerit. & ex inde torqueri poterit, ut r̃ndeat ita pro indicio dat Iac. de Beluis. in sua pract in tit. de q̃õ. col. 5. uers. 6 est, adducit tex. in l. de aetate § q̃ tacuit. supra de interrog. actio. ibi, nã q̃ oĩno non r̃ndet, cõtumax est. Et ex hoc di-
272 cas, ꝙ qñ non r̃ndens sit cõtumax. † habemus, q̃d cõtumacia facit indicium ad torturã. ut ꝑ Bal in l. 1. col. 5. uer. seq̃t̃ uidere. C. de hæred. instit. & uidebimus infra in uerbo cõtumacia. Et aduerte ad ea, quæ dicit Bart. in
273 d. §. qui tacuit, in fin. † Quod non r̃ndens ad hoc ut dicatur contumax. requiritur ꝙ sit præsens. & iussus r̃ndere recuset absq; rõnabili causa. c. 2. de conf. lib. 6. & ideo sit cautus tu, qui defendis reos, ut postquam iudex accepit constitutum, à reo de plano, si dicitur

tur ad torturam instruas eum,ut respondeat iudici & replicet ea,q̄ dixit in constituto de plano,s̄m interrogabit à iudice, & non faciat ea,q̄ sunt in ore rusticorū, Si qñ interrogant ad torturā qd sciant de tali re, q ipsi rñdent dixisse, interrogati qd dixerint, rñdent esse scriptum,nec aliud rñsum uolunt dare, ex quo si indicia erunt leuia poterit optime torqueri,usq; quo rñdeant iudici,& istud ob leuitatem præsentatorū,& istructionem malam,quam habuerant à carceratis, cōtingit bis mihi in his mēsibus elapsis, & rei fuerūt optime torti.Confessio, an, & qñ faciat indiciū dixi supra in parte pēsamēti post delictū.

274 † Taciturnitas domestici facit indicium ad torturā, ut puta marito interfecto,& existente in domo uxor taceat p aliquot dies, nam ex taciturnitate p̄sumit cōscia delicti,& particeps ita Bal. in l.excipiunt. supra ad Sylla.q simplr dicit hoc nulla data distōne, an psona sit honesta,uel non,istud idem uoluit Rom. ibi in fin. & Par.de put. de synd.in uerbo.tortura.lo.1.col.3.sequitur hanc cōclusionem,& dicit in facto cōtingisse, ꝙ q̄dam mulier diuturnitate de morte uiri qui non reperiebat,q̄ quadam die clamauit plorando dicens reperisse uirum mortuum in stabulo iā fetentē,accurrerunt uicini,& capta muliere, & torta,cōfessa est interfici fecisse maritū,ꝙ ēt uoluit in eo.tract.in uerbo.mandauit,col. 7.uers.an si reperiat,& Aug.in addi ad Ang. in tract.malef.col.20.in uer. tu aūt ī hoc mā adde de ista qō.quam posuit Ioan.Andr. nu. 53.in uerbo fama publ.& Hipp.in prac.in §. expedita,in fi.dicit qđ non hēt hanc doctrinam p expedita p ea q̄ dixit in §.dilig. num. 150.in eo q se ingerit pquirendo malefactorem.& q solicitat.Sed aduertite ꝙ illa dispō nō tollit haud cōclonem,nam hæ duę cōclones hñt extremitatem in se,quod in hoc casu nil dicit domesticus, & tacet p multum tps in alio aūt multum solicitat, ut dicam infra in sequenti indicio ex quo istæ duæ extremitates nil dicere,& multū dicere gñant suspicionem, & indiciū cōtra agentē, uel tacētē. Sed si seruet in his causa media nō erit suspicio,ut si domesticus denūciet mortē domestici statim,& non solicitet.Si ad eū nō spectat res,& hoc mō n̄ erit suspicio cōtra ipm ut īf.

275 †Solicitans,multum petens,ꝙ inquiratur, cum res ad eū non ptineat dici debet suspectus,& hēt indicium contra se ut uult Par.de Put.in tract.synd.in uerbo torturæ in fine dicens,ꝙ indicium aliqñ sumit cōtra aliquem, q primo dicit occisum inuenisse,& cōtra aliquem q primo dr̄ uidisse homicidium,& contra aliquem qui ualde solicitat in curia,ꝙ de maleficio inquirat, de quo ad eum nihil spectat.& ꝙ uidit bis occurrisse de quodam, q dixit inuenisse occisum,& hoc curiæ nunciauerat,& ipse occiderat. Qđ sequitur Hipp.in prac.in §.diligenter nu.150.& addit rōnem.

276 † Quia qui se ingerit suspectus est l. unius. §.seruo q ultro.supra hoc tit.& in l.quæ oīa. supra de pc.cū aliis.Nec sunt multi anni, ꝙ cum fuisset captus qdam p furto qa reperta fuerunt q̄dā bona furto subtraxisse,& uendidisse,q̄dā eius socius de quo nil habebat ueniebat ad offm̄ maleficiorū assidue, & īportūe solicitabat pro socio carcerato.& eo modo ut uenerit in suspicionē, cur hæc ageret, & ob id captus fuit, & positus ad torturā cōfessus ē se fuisse sociū ad furta, & fuit causa, ꝙ alter socius q negabat.ad tormēta cōtenebat,cōfessus ē,& ambo uidi suspensus, unde iudex in his debet esse multū circūspectus.

Ex facto indicia.

277 FVga an faciat † indicium?sciendum est

278 quod fuga.† Multipliciter consideratur. uno modo ut per eam oriatur delictum, & probata fuga probatum sit delictum ut in l desertorem. infra de re mil. & in l. quis sit fugitiuus. supra de ędil. edic. & in tit. de ser. fugi.& monachus fugiēs ex monasterio pbat apostata c.fi.de regular.c fi.de renunt & captus fugiens in bello iusto peccat. ca.iuris gentium.1.dist.Alia est fuga, quæ facit suspicionē,& illa pbata orit delictum in l. impuberibus,supra de susp.tu. Alia est fuga ut in casu nr̄o,ut si qs post homicidiū aufugiat à ciuitate,uel loco,in quo delictū est cōmissū. Bar. in l. lege Corn. supra ad Syll. dicit ꝙ oritur indiciū seu semiplena pbō, idē Bar. in l. admon supra de iureiur. dicit ꝙ oritur præsumptio.Doct. cōiter post ipsum dñt in d.l. admon.ꝙ oritur indicium ex fuga, & cano. cōiter in c.nullus,de psump. & ibi Fely. late. Sed an oriat indicium sufficiēs ad torturam Ias.in d.l.admon.nu.169. dicit oriri indiciū sufficiens ad torturam,p ea, q̄ dicit Bart. in hac l. nostra.& Bal.in l.cum probatio. supra de pb. in lectu.antiq.Old.& Ioan. And. post ipsum in addi.ad Spec. in tit.de præsump. in

addi. magna circa finem dicunt indicium ut ad torturam arg. text. in l. 3. §. de is qui. supra ad Syl Et dñt ibi q ita seruat, & Ias. dicit q ita est cõis opi. cõtrariũ tenet Iac. de Belui in auth. de exhib. re. in §. si uero, & Gand. in tract. malef in tit. de qõ. in ca. q quæ debent pcedere, ut qs torqueatur & Guid. de Suz. in tract. de qõ. in rubr. qual rei subiici. torment. mouet Iac. de Beluis. ex eo qm lex ad hoc ut pcedat ad torturam uult plura argumenta, plures suspiciones, & sic plura indicia dari l. 1. in princ. hoc tit. l. milites. C. eod. & hanc opin. dicit de iure ueriorē. Curt. in d l. admonendi, nu. 131. p dicti Guid. & Gand. qui in lib. meo contrariũ dñt. Sed aduerte q ēt Bar. in hac l. nra sensit hoc, qa coniunxit fugã cũ aliis indiciis, & sic ostendit nõ esse indicium sufficiens de p se ad torturam. Itē ex alio qa illud indicium est à remotis ideo de p se non est sufficiens ad torturam ut Bart. in hac l. & Sal. in l. fi. C. eo & dixi supra in 6 pmisso. Item ex alio, qa iudex uolens pcedere ad torturam
279 debet formare inquisitionem. † Quæ inquisitio hre debet famam præcedentem alias non ualeret. Ang. in l. si uacantia. C. de bon. uacan. lib. 10. Cano. in c. qualr, & qñ de accus. Ang. in tract. malefic. in uerbo fama publica, & Raph. Ful. consi 107. sup eo. formata inquisitione super fama q̃ causam habeat ab ipsa fuga, si ultra famam pbata sit fuga, hoc modo erit indicium sufficiens ad torturam, quia erit fama, & fuga pbata ut in pcedenti indicio, & hoc modo poterit stare utraq; opin. q fuga sit sola p indicio, & causa, & habeat famam adiacentem. & his cõcurrētibus pcedi possit ad torturam, & ita se hēt practica cõis. Et aduertendum est ad illud q dicit Ioan. Andr. in add. ad Spec. in d. ti. de psum. q eius qõ est super famulo, q aufugit à dño cõquerēti de subtractione bonorũ, nam tunc penes fugam est qualitas psonæ, qa famulus, q hēt indicium
280 furis, ut dicã infra in indic. furti. † Intellige fugã eo magis indicium facere qñ qs aufugit per loca inuia, & non solita. ita not. Ioan de Plat. in l. 2. & ibi text. C. de curs. publ. lib. 10.
281 † Hæc cõclusio restringit, ut fuga non faciat indiciũ, qñ post accusationē institutã, & post inquisitionē ipse inculpatus fugam arripuit ut p Bart. in l. 1. C. de bon. eo. & per Rom. & alios in d. l. lege Corn. supra ad Sylla. & per
282 Doct. cõiter in d. l. admonēdi. † Istud q non det indicium post accusationē, & inquisitionem ex fuga. extendit in eo casu, in quo quis hēt suspicionē de accusatione, & inquisitione ut eo tunc liceat illi aufugere. ut p Rom. in d. l. lege Corn. & per Dec. in cons. 234. in effectu.
283 † Extenditur, & hoc, ut si qñ aliquis aufugerit. & reuersus dicat ex suspicione aufugisse, & iuret. q p tale iurm remoueat ois imputatio fugæ ex doctrina Cy in fi. in l. fin. C. de requi. re. & ex dicto Franc. Bru. in tract. de indi. col. 5. ita decidit Hippo. & dicit singulare in sua pract. in §. diligenter, col. 4. & hoc modo si erimus post accusationē seu inquisitionem fuga non faciet indicium, si antea, eodem modo non faciet indicium, qñ reus iurauerit se habuisse suspicionem, ne accusaretur, & q nõ causa delicti aufugit. Aduerte q Cyn. nil dicit in l. fin sed est in l. 1. & iurm de quo loquitur Cy. in l. 1. non est iurm excusationis per qd possit tolli indicium, seu psumptio fugę quia criminalia non diminuunt iuro, no. Doc. in d. l. admonendi, & dixi supra in princ. Sed iurm de quo loquit Cy. est iurm purgationis, & tale iurm purgationis datur reo quoties non hēt cõtra se psumptionem, aut indicium, sed tñmodo ob imputationem delicti est diffamatus apud bonos, & probos uiros. & super
284 illa imputatione non est aliqua pbõ. † Nã hoc casu ut se expurget ab illa infamia facti, defert iurm, qd appellat iurm purgationis. Et de hoc iuro loquit Cyn. in d. l. 1. & Bar. in l. maritus, in fi. hoc tit. & Cano. præcipue Io. de Ana. in c. excõicamus, de hæret. & dixi supra in prin. huius l. p p quod non debet intelligi, ut per iurm tollat fuga, quia nullo casu fuga
285 operaretur cõtra reũ, qd est absonum. † Limita secundo, ut si qs aufugisset ex loco ob causam rõnabilem, puta rõne partialitatis, uel factionis existentis in ciuitate, uel quia locus non esset sibi securus. uel qa officialis esset ualde crudelis, uel simil ib. ex causis. Tunc ex fuga nulla causat, suspicio, quia ex quo inculpatus de homicidio, seu delicto ibi secure, & tute stare non possit, sibi fuga imputari nõ põt. c. accedens, el 1. extra ut lit. non contest. ita decidit p Bal. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. in pen. col. alle. cle. pastor de sen. & re iud. gl. in c. statutum, §. 1. de rescr. lib. 6. ex quo si iusta causa fugiēdi, & iniusta posset cõsiderari, psumēdum est potius iustam causam adesse.
286 se. l. merito. supra p socio. † Limita tertio in eo, q aufugit à familia ptãtis, & citatus post uenit statim, & redit ad ptãtē. Tũc fuga nullã facit

facit suspicionem, ut est tex. in l. quis sit fugitiuus § 1. & ibi Bar. supra de ædil. edic. & per eundem Barth. in l. aut facta § tps, col. 1. infra de pœn. & per Bald. in l. 1. in 4. col. C. de ædil.
287 actio. & in l. 2. de ser. fug. uolens, † qđ si sta tutum puniat fugientes carceribus non includit eos qui exierūt aio redeundi, & statim redierūt, dūmodo cito reuertant, secus si nō tā cito, ut ꝓ Bal. ibi, & tex. in c. uulg §. diuortium, de pœ. dist. 1. & in c. pñti, de præb. in 6.
288 † Fuga officialis, dum syndicatur inducit plenam ꝓbōnem, quia hr ꝓ confesso, ut per Bar. in l. consiliarios. C. de off. assess. & in l. lego Corn. supra ad Syll. Imol. & Fel. in c. nullus, col. 1. uers. fallit primo, de præsump. ubi multa adducit, & per Ias. in l. admonendi, nu. 177. ubi insistit in demonstrando, ꝙ tex. in d. l. consiliarios, non probat intentionem Bart. & alii Mod. post ipsum, & hoc ẜm eum locū habet in ciuilibus. Sed in criminalibus dicit Ias. ibi ꝙ talis fuga facit indicium ad torturā per dcm̄ Ang. post gl. in §. oportet in auth. ut iud. sine quo suff col 2. qui dicit, ꝙ per fugā reditus est suspectus, ut no gl. in l. bonæ fidei. C. de iure ur. adeo quòd potest ad torturam perueniri, ut per tex. in §. super hoc, in auth. de coll. istud dcm̄ sequitur Rip. ibi num. 175.
289 † Fugatus cum clamore, seu rumore à loco maleficii habet indiciū cōtra se l. itaq; supra ad l. Aql. facit tex. & q̄ ibi no. in c. si perfodiēs de homi. ita pro indicio dat Brun. in tract. de ind. col. 12. uers. aliud erit indiciū ad delictū: alleg. Bar. hic, & in l. de min. §. plurimum hoc ti. qui nil dicit de hoc. Sed facit illud qđ uult And. de Iser. in cōst de uiol. mul. ipric. q dicit.
290 † Quod uociferatio, & acclamatio in muliere q dr uim passa, facit indiciū, & ēt fuga ꝓpe domū, & Iac. de Belui. in pract. in tit. de qō. col. 9 in prin. dicit, ꝙ uisus fugere à loco malefic i. habet indicium contra se, ca rōne.
291 † Quia fuga accusat fugiētem, ut in auth. de exhib. & intro rei §. si uero, & in auth. de sanctiss. epis. §. si quis aūt ad ordinationem.
292 † Fugiens cum gladio euaginato, & reperto mortuo in loco, à quo aufugit, habet indicium ad torturam cōtra se, quia est homicidium manifestum ita Bar in l. fur est manifestus, supra de fur. Quē locum Bar. ut faciat indicium ad torturam adducit Ang. in tract. mal. in uer. fama pub. col. 6. uers. qro an unū indiciū in princ. & dicā infra, & ꝓ tali indicio ponit Gand. in tit. de ps. & ind. indub. in fi. Ex hoc dico, ꝙ Abb. in c. tertio loco, col. fi. male sensit dū uult, ꝙ ex isto solo indicio homicidium sit ꝓbatū ꝑ dcm̄ Bart. in d. l. fur. & Are. in d. c. tertio loco, col fi. improbat dcm̄ Abb. dicens, ꝙ reum est ex mente Bar. maleficium ꝓbari p̄sumptiue per tex. in l. 3 §. interdū, supra de his qui deie. uel effu. Quē sic intelligit gl. in l. 1. § fi. supra de prob. inducendo ut ibi, subdens ꝙ tutior ur cōis opin. ꝙ ad minus requirat alia qualitas, v3, ꝙ gladius esset sanguinolentus, cū ēt tex. in l. fin. C. de ꝓb. requirat indicium indubitatum, de quo non dicit Bar. nec ur esse tale, nisi cōcurrant inimicitia minæ, uel alia, qa posset esse ꝙ aliquis euaginauit gladium uidens alium insultari, timēs forte de seipso. unde hæc ꝓbō est æquoca, fatetur tn̄ ꝙ istud est urgens indiciū ad torturā adducēs multa ex indiciis infra positis, de qb. u debim & sensit hoc Ang. i l. 2. C de q.
293 † Contumacia an faciat indicium, ut si qs citatus ẜm quòd hodie per totam fere Italiam seruatur, exñs contumax bannitur ad inquirendum cui datu biennium ex lege domini nri ad purgandum contumaciā, & sic pñtandum, si pñtauerit se, uel ꝙ infra illud tps fuit captus, an ex eo solo quod fuit cōtumax, possit torqueri. Hipp. in sua pract. in §. diligenter, nu. 126. tenet quòd facit indicium ad torturā ꝑ doctr. Bal. in l. 1. col. 5. uer. sequitur uidere. C. de hæred. inst. & Brun. in tract. de ind. col. mihi 27. uers. addo alium notabilem casum. idem uult Alciat. in ti. de p̄sump. in reg. 3. p̄sumpt. 22. in fi. dicens, ꝙ sine alio indicio ille cōtumax poterit torqueri ar. l. milites. C. de qō. & l. 1. & 2. supra de req. rei. Iac. de Beluis. in prac. in ti. de crim. remiss. in prin. dicit quod criminosus remissus est talis bannitus audietur plene sup crimine, & bonis si infra annum uenerit, post annum sup crimine duntaxat, & ex sua fuga orta est uiolenta p̄sumptio cōtra ipm, ex quo est carcerandus. ēt ꝙ alias ꝓ crimine illo carcerari nō debuit. Itē onus ꝓbandi innocentiam inducit cōtra eū. Et ex tali fuga poterit qōnari, cū sit suspectus. Aduerte, ꝙ Bal. in d. l. 1. simplr non dicit ꝙ cōtumax possit torqueri. Sed ꝙ ex qualitate ꝑsonæ poterit subiici tormētis. Ideo cōclo supra facta non hēt fundamentū indistincte ex dicto Bal. & dura est decisio ita gnālis. nā si qs abñs principio ex cā legitima, uel ex cā necessaria pœnitus ignorans ꝙ cōtra ipm ꝓcedat, si bāniť, ut multoties euenit, & sit persona.

sona bonæ qualitatis, iniquũ esset ꝙ contra ipm esset indicium ad torturã, ideo ẽm Bal. est considerãda qualitas personę, & modus absentię ex mente Iac. de Bel. Ideo distingue rem in hoc casu, ꝙ aut talis bãnitus aufugit post delictum, siue ante inqsitionẽ, siue post Et hoc casu si fuerit bãnitus, fuga & cõtumacia insimul gñant ꝑsumptionẽ grauẽ cõtra eũ, ex qua poterit torqueri. & ita procedat, ꝙ dicit Iac. de Belui ꝙ ex tali absentia, & fuga possit qõnari, & habeat onus probandi innocentiam, & hoc qñ fuit remissus, siue spõte uenerit, siue captus fuerit infra tps datum ad se pñtandũ, Aut iste non aufugit, sed post delictũ ex aliqua legitima causa cõtulit se ad aliam ciuitatẽ, ut quia hr̃e ibi domicilium, ut in scholarib. q recedunt a studio, & conferũt se in suas p̃rias. & illis absentib. iudex procedit citando in ualuis, & ad domũ suæ solitę habitationis, & tunc si iste absens potuit hr̃e uerisimiliter ignorantiam de his, q̃ gerebañ & sit ꝑsona bonæ cõdõnis in qua nõ possit cõsiderari ꝙ ꝑ malitiã se absentauerit, & fuerit bãnitus. Tunc dicerẽ, non esse indiciũ ad torturã contra eũ ex tali cõtumacia sola, & ita intelligerẽ qualitatẽ ꝑsonæ consideratã ꝑ Bal. in d. l. 1. Aut hic abñs potuit scire uerisilr̃ se esse citatũ, & ꝙ ꝓceditur cõtra eũ, nec curauit cõparere, sed ex cõtumacia fuit bãnitus, & hoc casu dicerẽ oriri indiciũ ad torturã. Cũ ex culpa sua id processerit. & ideo si se spõte pñtauerit, uel infra tps ad purgandam cõtumaciã fuerit captus, ꝙ isto in casu ex sola cõtumacia possit qõnari, & ita ꝓcedat, qđ supra dcm̃ est ex opinione Alc. Brun. & Hip.

294 † Prohibens ne quis capiatur habet indicium contra se, ut si qs prohibuerit ne delinquens, uel imputatus caperet, uel duceretur ad iudicẽ. Ex eo n. ur̃ conscius criminis, & ꝙ in delicto illo dolũ cõmiserit arg. l fin. supra de cust. & exhi. reo. & in l. 1. in prin. supra de eo ꝑ quẽ fac. erit. l. eos. C. de fur. & ꝑ indicio tradit Gui. de Suz. in tit. de ꝑsum. & ind. dub. col. pen. uer. quartũ indiciũ. & Bonif. de Vit. in tract. mal. in tit. de ind. in princ. dicẽs, ꝙ si ꝓcurasti, ꝙ qs fugeret, uel euadaret, uel non ꝑmisisti eum capi, & ad ptãtem duci, tũc orit̃ indicium, arg. l. 2. §. 2. supra de crim pecul.

295 † Prope mortuum cũ coltello habet indicium cõtra se, ex quo poterit torqueri, ita dicit Ang. in uer. fama pub. in 4. col. in uers. q̃ro an unũ indiciũ in princ. all. Bar. in l. fur. manif. supra de fur. in prin. Sed Bart. loquitur de indicio, de quo supra ideo melius facit id quo dicit Bar. hic in uers. sed q̃ro utiũ, in fi.

296 dum dicit, uel captus ibi. † Et sic reꝑtus in loco delicti hẽt indiciũ ad torturam, qa est indiciũ ꝓpinquũ, ut ꝑ Bart. hic, & dicã infra. & ꝙ sit indiciũ ꝓpinquũ dixi supra ĩ. 6 ꝑmisso.

297 † Gladium sanguinolentum hñs exiens domum, in qua reperitur hõ mortuus, facit indicium ad torturam arg. l. fi. supra de hær. inst. ita determinat Bal. in d. l. fi. per locum à cõiter accñtib. ꝑ not. in l. neq; natales. C. de ꝓb. quod est ut cõiter contingat hoc, quod exiens eo modo domũ interficiat aliquẽ nõ tñ cõcludit necessario, qa posset esse, ꝙ alter hoĩem interfecisset, non aũt is q exiit cũ gladio istud idem uoluit Imo. ibi col. fi. & Ioan. And. in tit. de ꝓb. §. fin. in uers. 13. in add. ad Spec. uolens ẽt ꝙ si cõcurrerẽt alia indicia cũ prædicto ꝙ nihilominus est torquendus, nõ cõdemnandus. Et idem uoluit Guid. de Suz. ĩ tit. de ꝑsum. & ind. indub. col 5. uers. sextũ indiciũ. Et clarius, ꝙ de se nõ probet, sed alia reqrantur in tit. de ꝑsum. & ind. dub. col. fi. uers. ponit̃ supremũ. Et hoc indiciũ facere ad torturã determinat Ar. ĩ c. 3. loco co fi. de ꝓ.

298 † Mortuus prope. domũ alicuius inuentus facit aliq̃ præsumptionẽ contra dñm domus, uoluit Bart. in l. ædil supra de uia publ. Rom. in l. 1. §. si qs in uilla, in princ. ff. ad S. C. Syl. dicit ꝙ dubitabilis est hæc decisio Barth. quã saluat, & ueram esse dicit si ille, cuius est domus, alia cõsuetus esset facere homicidiũ, arg. eius quod not. in l. in ciuile. C. de furt. in gl. Aduerte, ꝙ puto Bar. in d. l. ædiles, sensisse ꝙ faciat ꝑsumptionẽ non habilem ad torturã Sed dicit aliquã, ut de per se non sufficiat ad qõnem. Sed bñ ut ꝑ eam possit iudex ꝓcedere, & inquirere cõtra dñm domus, ut in teste q alias non debebat examinari, q facit aliquã ꝑsumptionem, per q̃ iudex inquirit, ut not. Saly. in l. seruos. C. de test. Et dicam infra in uers. testis, qui non debebat examinari. Hoc aũt puto uerũ, ut si dñs domus solitus sit homicidia cõmittere, ut sit indiciũ ad torturam, ut uoluit Alex. in d. l. ædiles, post Ro. istud eo magis putarẽ urgere, si dñs domus esset inimicus defuncti, uel ꝙ minæ ꝓcessissent, uel ꝙ esset aliquod aliud simile indicium iunctũ cũ ꝑdicto, ꝙ sit reꝑtus mortuus añ domũ, & aliquo exñte habebit indiciũ habile ad torturã.

299 † Mortuus in domo facit indicium cõtra existen-

existentes in ea, ut præsumatur interfectus ab his, qui in ea erant, & ex eo poterūt torqueri, non aūt condemnari, quia posset esse qđ aliqs alius ibi eum portasset, seu interfecisset, ita determinat Dy. per illum tex. in l. 1. §. si qs in uilla, supra ad Syll. & Rom. ibi, qui sequtur. Dyn. & ēt Mod. ibi idem tenent, arg. tex. in l. 1. §. fin. supra de exerc. & in l. 1. in fi. supra de his q deiec. per quę iura idē uoluit Par. de Put. in tract. de synd. circa fi. in uerb. mād. col. 5. uers. si reperiatur corpus, & Ang. in tract. malef. in uerb. fama pub. num. 53.

300 † Inuentus in loco delicti habet indiciū contra se l. 1. §. quid ergo, & §. hoc aūt, supra

301 ad Syll. † Idē est, si reperiatur in loco propinquo, uř ex eo ac si reperiretur in loco ipso ar. l. ædiles, in princ supra de ui pub. & l. pen. §. 1. supra de flum. & l. fi §. si qs, supra de mu. & ho. & l. si locus §. cū uia. supra quéad. ser. amit. & cap. si ciuitas, de sent. excō. lib. 6. ita pro indicio tradit Paris de Put. in tract. de synd. in uers. si quis est inuentus. intelligēs qñ est nimis propinquus, ut quasi cōtiguus uideatur, cap. 1. de cons. lib. 6. Indicium hoc, ut dixi in præced putarē de per se nō habile ad torturā, nisi repertus sit cum armis, ut uerificetur id qđ dicit Bar. hic, dū uult indiciū propinquum esse si captus est ibi, & dř ꝙ est ꝑꝑ hæc, ut dixi supra in uer. ꝓpe mortuum, uel quod cum ista inuentione cōcurreret ali. qđ aliud indicium, ut supra proxime. Hanc aūt inuentionē id operari existimarē, ut iudex posset inqrere, & ad capturā ꝓcedere, cum quælibet suspicio sit sufficiēs ad capturam, seu inquisitionem, ut dixi supra in not.

302 † Visus admenare gladium, seu uibrare, licet non fuerit uisus ꝑcutere, & reperiatur homo interfectus, erit indicium ad torturā, qa ꝓpinquum est delicto, ita uult Io. And. in add. ad Spec. in tit. de ꝓb. in §. 3. uer. 13. dicens, quod, & si concurrerent aliqua alia, nihilominus ꝓcedi debeat ad torturam nō tñ ad condēnationem contra opin. Th. de Pip. in tract. de fam. de quo ēt facit mentionem Ang. in trac. malef. in uerb. fama pub. col. 6. uers. quæro an unum indicium, princ.

303 † Prohibere potens si non prohibuit, habet indicium contra se, puta si delictū est cōmissum in conspectu alicuius q armatus erat. & sine periculo eius uitæ impedire poterat, ne homicidium cōmitteretur, & nō interposuit se, indicatus est ꝙ sit particeps, & socius facinoris. Nam carere culpa eius criminis non uideris, l. culpa, infra de reg. iur. c. 1.

304 de off. deleg. † Et si potuit prohibere, & hominem à morte liberare, & nō liberauit, occidisse uř l. sciam, in prin. supra ad l. Aql. & l. in oīb. & l. in delictis, supra de noxa, & l. 3. §. is cui. supra ad l. Corn. de sicar. nec carere uř scrupulo societatis occultæ, q manifesto facinori desinit obuiare, cap. sicut dignū, & c. quanto de sent. excōm. & l. 2. C. de commer. merc. ita pro indicio ponit Gand. in ti. de pš. & ind. dub. col. fi uer. nonū pōt. Et Ioā. Igne. in l. 1. §. si qs in uilla num. 8. supra ad Syllā.

305 † Aduerte, ꝙ ꝓcedēs indicium uř esse dubium, si qñ nulla alia coniectura cōcurrat nisi hoc ꝙ fuerit pñs, & non ꝓhibuerit, cum de iure ciuili quis non tenetur obuiare delicto ꝑ gl. in d. l. culpa, & ꝑ Bar. in l. 1. §. sed in eos. supra ad Syll. & l. metū. §. sed licet supra qđ met. cau per illum tex. ubi. qs licite accipit pecuniā, ut aliū defendat, & sic licite accipit pecuniā ꝑ defendendo, & licite pōt negare defensionē. Idem uoluit Bald. & Ang. ibi, & Saly. in l. quisqs. C. ad l. Iul. maiest. & Ias. in l. ut uim. supra de iust. & iu. col. pen. Et ibi Claud. num. 168 q multos adducūt tenētes hanc opin. quam dicit cōem. Dec. in c. 1. col. 3. num. 7. de off. deleg. & in d. l. culpa caret.

Si itaq; nō tenetur quis alium defendere iŕr, & nullam culpam incurrit, non est dicendum ꝙ ex eo ꝙ nō defendit, habeat indiciū contra se, qa lege ꝑmittente fm̄ non est punibile. l. Gracchus. C. de adul. & l. nemo damnū, infra de reg. iur. Et sic non indicium, nec suspicio oriri debet ex hoc, nisi aliquod aliud adiungeret, ut puta, si post delictū fecit se sociū cū delinquente. Nam tūc bñ erit indiciū participatiōis ut dixi supra, in uer. assistētia.

Item p̄dicta non ꝓcedere in casibus, in qb' qs tenetur defendere, ut in crimine parricidii, & in alio, q subditus est aliqua rōne. ex qua defensionē pštare obligatus est ut ꝑ Dec. in d. c. 1. & Claud. in d. l. ut uim, qđ ēt extēdūt in clerico, ut laicus teneatur eū defendere.

306 † Pax. seu transactio de crimine, an faciat indicium, puto in hoc artic. non esse difficultatem, ꝙ fm distōnem traditā in l. trāsigere. C. de transact. ut secuta pace, uel transactione non oriatur indicium. Nam aut qs transigit, aut paciscitur in casu concesso à iure, ut in crimine, in quo ingeritur pœna sanguinis, & tunc qa illud ius permittit, non dř crimen

crimen cõfiteri, ut per Bar. Bald. Alb. & alios in d.l. transig. & Alex. ibi in princ. qui dicit, ꝙ reus transigens in casu cõcesso nõ uř cõfiteri crimẽ. de quo est accusatus, ex quo lege ꝑmittente transegit, ut in d.l. & in l. 1. infra de bon. eor. & siccum transactio sit cõcessa, non oritur cõfessio, nec successiue ĩdiciũ qđ est eius pars, cum remoto ꝗñe fit remota q̃libet eius species, ut dixi supra ĩ uerbo cõfessio coram iudice penitus incõpetente. Aut transactio, seu pactũ est fcm̃ in casu, in quo nõ ingeritur pœna sanguinis, uel qđ à iure non cõceditur, ut in adulterio, & tunc transigens intellř tacite cõfiteri, & ho● modo intellř. l. qm̃, supra de his qui no. inf. Et not. Bar. Bal. Ias. & alii oẽs in d.l. transigere. Dantur aũt in hoc casu multæ cautelę, ꝑ quas trãsigens non dicatur cõfiteri delictum ut ꝑ Ias. in d.l. transig. in fi. Et ꝑ Bru. in tract. de ind. col. 11. & Hipp. in § diligenter. in pract. num. 178.

307 † Sed difficultas est, si pax, seu transactio fuit tractata ꝑ cões amicos, & nõ fuit cõclusa, an oriatur indiciũ ut si illi tractantes pacem fuerint adducti in testes dicerẽ, ut supra ꝙ in casu licito non oriař indicium, q̃a sit cõclusio pacis nõ ꝓiudicat, multo minus, & eiꝰ tractatus. Aut sumus in casu in quo licet trãsigere, & tunc ꝑ tractatũ fcm̃ oriař indicium cõtra ipm̃ reũ, q̃a si plena cõfessio orif ex cõclusione. Indiciũ oriri debet ex ipso tractatu.

370 faciat indiciũ ad torturã, pro eius cognitione præmitto.† Quod reus non põt interrogari de consociis nisi in certis casib.pro vt distinguit Bar.in l.rep.§.1.hoc ti.dicens,ꝙ quædã sunt delicta,quæ non committuntur principaliter i offensam alicuius,seu odiũ, sed p p cõmodũ committẽtiũ,vt falsare monetã seu fabricare falsam monetã.Itẽ latrocinia facere.Nã latrones non odiunt aliquẽ, sed diligunt ea alterius, & isto casu pñt interrogari de sociis,& probatur in l.diuus,supra de cus. reo.& l.prouinciarũ,C.de fer.& l.fi. C.de malef.& mathe.ita intelligo l.qui vlt.infra ti.1. Et ita intelligit,l.fi.supra ad exhib. quædam sunt delicta quæ committuntur principaliter in alterius iniuriã,& odiũ, & in istis cõfessus de se non debet interrogari de aliis,vt hic, & l.fi.C.de accus.fallit in casu d.l.si prius,supra ad Sylla.ex pdictis dico ꝙ fures pñt interrogari de sociis, & de receptatorib. & similib. arg.d.l.diuus,supra de cust. reo. Rõ pdictorũ est qñ committitur delictũ in alicuius iniuriã,q a alios delinquẽtes pñt accusare, sed nõ est ita in delictis,quæ nõ cõmittunt principaliter in alterius iniuriã.Iõ magis permittitur iudici inquirere,Dictũ hoc Bar.sequitur Bur. Abb.in c.1.de conf.Alex in add.in d.l.repe.dicit,ꝙ Saly.distinguit in alia materia, & idem Ale.sequitur opinionẽ Bar.in cons.69.visa facti narratione,vol.2.Et Dec.in c. qm̃,in fi.de test.Sal.in l.fi.col.2.vers.sed Bart.C.de accus. dicit hanc distõnem Bar.sibi non videri verã. Nã,& si latro affectet res,& non personã nisi propter res,tamẽ hȩc affectio fit cum iniuria domini.Ideo est,qui eos accusare potest. Et sic eius diuersitate attenta non deberet de sociis interrogari, quod tamen est falsum. Item maleficus in alienum odium sua facit maleficia, & tamen de sociis interrogatur

vt

vt infra de malef.& math.l.fi. Item crim.læsæ ma e.contra principem cõmittitur,& tamen de socijs interrogatur, vt infr.ad l.Iul. maie.l.pen.& fi. Quinimò in crimine homicidij fuit interrogatus seruus de cõsocijs,& probatur in l.1 §.fi.hoc tit.vnde dicit Saly.
372 &aliter distinguendũ esse. †Et hoc mõ,ꝙ aut persona inquisita,vel accusata est seruilis condõnis,& tũc de mãdatorib. vel cõsocijs interrogari põt ea rõne, quia vt plurimũ tales personæ vti meticulosæ sine socij instigatu,vel mãdato non consueuerũt grãdia delicta cõmittere, vel attentare,ad hoc accedat.l.cuicunq;.circa med.sup.de ser.fug.l.fi. inf.ad l.Iul.maie.& sup.ad exhib.l.fi.Ad Sylla.l.si certus.& l.prius. & d.l.1.in fi. hoc tit. quæ oẽs in seruis loquuntur,aut persona accusata,vel inquisita est libere cõdõnis,& est vtilis,& tunc in criminib. quæ sine socijs regulariter nõ cõmittuntur,credi de socijs interrogari posse,vt prouincia purgetur eis.argu.l.congruit sup.de offi.p̃sid.& ad hoc accedãt l.q̃ dñt latrones interrogari,de socijs, vt l.pronunciarũ.C de feri.& l.diuus.sup.de cu
373 sto.re. †Cũ.n.latrones sint.qui stratas aggrediũtur publicas,vt l.capitaliũ.§.famosos. inf.de pœn.& hi soli nõ sunt,sed plures,nec sine receptatorib.ideo faciliter lex permisit de eis interrogari,cũ vt plurimũ sint ignoti, & occulti. Idẽ põt dici de falsificãtib.monetã,vt l.1.C.de fal.mon. cũ regulariter plures in eo ministerio sint necessarij, idẽ de eo q̃ cõtra Principẽ mollitur, quia talia nõ cõsueuerũt sine socijs attẽtari, in criminib.vero,q̃ sine socijs plurib.cõmitti solẽt, tũc aut delictũ est cõtra salutẽ cõem omniũ,& tũc de socijs põt interrogari,vt l.fi. C.de malef. & est rõ, quia etiã cõtra socios inquirere intendit ad cõem salutẽ omniũ, nisi radicitus tale vitiũ extirpetur, salus cõis non hẽbitur,dictũ hoc Saly.sequitur Baib.in add.ad Abb.in d. c.1.de confess.Et Ang. in tract.malef.in verbo.fama pub.col.4.ver.quæro an particeps, trãsit cũ opi.Saly.Imo.in d.c.1.de cõfess.dicit,ꝙ hæc rõ Bart.de qua sup. forte non est multũ gñalis,quia ẽt passus furtũ, vel robariã verisimiliter ꝓcurabit punitionẽ,&ideo vr̃,ꝙ rõ sit odiũ ipsorũ latronũ, vt l.prouinciarũ.C.de feri. Itẽ maleficus in alienũ odiũ sua maleficia facit,&tñ interrogat̃ de socijs. l.fi.C.de malef. Itẽ crim.læsæ maiest. contra Principẽ cõmittitur,& tamẽ de socijs interrogatur, vt hic,& in l.1. in fi.C.ad l.Iul.maiest. Itẽ in crimine homicidij seruus interrogatur de consocijs. l.1. §.fi.hoc tit. Si volumus verba Bartol.ita simpliciter intelligere, prout intelligit Saly. fuisset crassa deductio ꝑ Bar.si p̃sumeremus,ꝙ ignoraret hoc,ꝙ ex furto rei alienæ non fiat iniuria dño.vñ põt saluari Bar.ꝙ bene intellexit distinguẽdo,ꝙ principaliter fiat ad cõmodũ propriũ,&non principaliter ad iniuriã. Nã Bar.in l.ambitiosa. inf. de dec. ab ord. facien. in cognitione principalitatis distinguit,ꝙ aut est principale ordine,naturæ,vt est iniuria facta filio, vt principali.& sic ipsius filij est post fit patris, cui cõpetit actio iniuriarũ,&iste est ordo naturæ demõstrãs iniuriã p̃ricipaliter in filiũ. Alio mõ cõsiderari, secundũ ordinẽ intellectus, vt p̃ricipaliter dicatur respectu finis, vt est in fideiussore, vel mãdatore q̃ obligatur respectu rei principalis. Nã dato q̃d primo obligeẽ fideiussor, & mãdator, attamẽ finis est, vt obligatio sit facta post reũ debitorẽ, & istud est principaliter i facto,vt reus obligetur,& postea fideiussores. vñ in casu nr̃o possumus dicere Bar.cõsiderasse principalitatẽ respectu ordinis naturæ,vt q̃ furto subtrahit q̃ falsam monetã fabricat, istud agit principaliter ꝓ eius vtilitate,& comodo dato, q̃d postea oriatur iniuria in ꝑsonã principis,vel in ꝑsonã domini,& iste est ordo naturæ considerati ꝑ Bar. in secũdo ẽt capite datur iniuria ẽt principaliter respectu ai iniuriãtis, & hoc mõ posset saluari decis.Bar. vt ꝑsona domini, & principis sit secũdario,
374 nõ aũt p̃ricipaliter. †Aduerte ꝙ possumus attẽta ea dispõne,q̃d ex cõsuetudine fiat interrogatio in oĩ casu,vt dicit Gand.siue Bar. in trac.de q.in 4.col.& Iac.de Bel.in sua practi.crim.in tit.de q.col.11 ver.iuxta hoc q̃ritur,& attẽta ea cõsuetudine q̃ est in tota Italia,ꝙ iudices de quocũq; casu possunt inq̃rere,& inquirũt,vt ꝑ Gãd.in tract.malef. in rub qũo de malef.cog.ꝑ inquisi. col.1.vers. sed hodie,& Alb.in l.ex q̃ dẽ.col.3 ver.de cõ
375 sue.tamẽ C.de accus. †Distinguerẽ in hac materia, ꝙ aut sumus in accusatione, & in alijs casib. in quib.proceditur virtute accusationis, & tũc interrogatio nõ possit fieri de cõsocio,& ita loquatur tex.in l.fi.C.de accu. eo maxime q̃ a oĩa,q̃ gerũtur per iudicẽ procedendo super accusatione,fiunt ad instãtiã
376 accusatoris. †Nec põt iudex procedere ad

torturam

torturam in iudicio accusatorio, nisi sit facta instantia p accusatorem, gl. in l. quicunque in verbo oportet. C. de ser. fug. Bal. in c. 1. in §. iudices, de pac. tenen. & ēt nimis graue esset ꝙ plures psonæ interponeretur i eo iudicio accusatorio, & onus non debet imponi nisi volenti, & sic in casu accusationis nō dabitur īterrogatio de cōsocijs ne fiat iniuria, & grauamē ipsi accusatori. Aut sumus in casu, i quo iudex pcedit ex inqsitione, vel ī eo iudicio, ex quo nullū grauamē infert accusatori, sed totū pendet ab offō iudicis, & tunc īterrogatio fieri possit d cōsocio, qa ad offū iudicis spectat expurgare ciuitatē malis hominibus. l. cōgruit. supra de off. præsi. & ideo pcedendo ex offō poterit interogare de cōsocijs. & ad hoc faciunt oīa iura q adducūtur p ista parte, & eo casu, in quo interrogatio de socio fit. primo tex. in l. diuus, la 2. supra de cust. & exhiben. reo. loquit in casu inquisitionis, dū vult, ꝙ Irerenarchiæ debēt captis latronibus eos interrogare de socijs, & receptatoribus, & sic ibi non pcedit p accusationem, sed ex offō, eodē modo in l. puinciarū. C. de feri. dicit pcedi cōtra latrones diebus festiuis, & sic ordine iuris non seruato ob id, quia pcedit ex offō text. in l. fi. C. de malef. & math. admittit interrogationem de socio eo qm̄ in eo crimine dato ꝙ in eo casu sit instituta accusatio, non pcedit sup accusatione ob id, ꝙ accusator teneat ī aliquo, neq; ī eo delicto pōt grauari ex noiatione sociorū, qa nō tenet de calūnia accusator, neq; hr tanq delator, sed pmium conseqtur, vt est text. in l. nullitas. C. de malef. & math. & in simili est tex. l. nulli. C. de episc. & cler. in fin. tex. in l. q vltimo, infra de pœn. loquens de eo, q dānatus fuit ad bestias, intelligi pōt ī eo casu, in quo iudex vult pcedere ex offō inquirendo, non aūt ad accusationē. Sed aduerte, ꝙ Bart. in l. maritus. eo. tit. dicit, ꝙ deponēs in casu illius l. nō facit indicium, sed qualēqualem psumptionem, vt dicam infra, & intelligendus est qn pceditur ex offō. Eodē modo tex. in l. fi. supra ad exhiben. Item, & tex. in l. 1. C. d fal. mo. loquūtur, ꝙ, & si detur accusator, non tn̄ tenet i aliquo virtute accusationis, sed hēt pmium, neq; tenetur ex calūniatore, nec pęnam patitur, iō fit interrogatio de socio, ita est tex. in d. l. 1. de fal. mon. tex. in l 1. §. 1. hoc tit. loquens de seruo, q finxit crimen ī se, & mentitus est, pōt intelligi dupliciter in eo, ꝙ dicit, interrogationem fuisse factā de socio primo, quia ibi interrogatio erat facta pro liberando ipm seruū, quia dubitabitur, ꝙ delictū imputatum nō esset verum. & ideo interrogatio fit ad liberationem, & sic ad finem bonum, & exinde admittitur. ita intelligit illū tex. Alb. in d. l. fi. C. de acc. vel alr possumus ītelligere, qd ibi pcedebatur inqrēdo cōtra seruū, nec erat accusator, cū ipsemet crimē finxisset. tex. ī l. prius. supra ad Syll. intelligi debet ꝙ fiat interrogatio d cōsocijs p p naturā criminis, & S. C. Syl. p qd pceditur cōtra oēs seruos, d q b. ē suspicio. & prius īterrogatur d eorū criminib. & postea de cōsocijs, & possumus dicere put dicit Bar. in d. l. repeti. ꝙ istud est speciale, vt serui īterrogētur de cōsocijs, vt hz ī

377 to. tit. ff. & C. ad Syl. † In ea qōne. An dictū socij faciat indicium ad torturam, quia doc. cōiter cōfundunt isto casu, ideo videbimus.

378 † Primo, an noiatio facta per reum in tortura faciat indiciū contra noiatum in illis casibus, in qbus de iure pmissa est noiatio. Secūdo, an faciat indicium in illis casibus, in quibus non cōceditur noiatio. Tertio, an socius tanq testis, assumptus non vti reus faciat indiciū contra noiatum. In primo casu Saly. in l. fin. C. de accus. dicebat ꝙ talis depositio, & noiatio socij nō faceret indiciū, eo, quoniam est criminosus, ideo repellendus, cū ēt sit particeps criminis Ideo eius dicto non fit standum, l. si filius. C. de lib. cau. & ibi not. Item quia militat rō de qua in d. l. fin. Contrarium tamē determinat dicēs, ꝙ ex eo dicto solo, & noiatione non oritur indicium ad torturam, sed oritur iuncta psumptione, seu indicijs, q erāt cōtra ipm reum. Ex qbus indicijs oritur verosimilitudo cōtra ipm noiatum, nā si nō fuissent indicia existētia contra reum, is non fuisset positus ad torturam, nec interrogatio subsecuta, & hoc modo intelligi dēt dictum Saly. in d. l. fi. versi. qro nūc, dum dicit, ꝙ non debet torqueri reus sup socijs, nisi cū socios negaret, & legitima præsumptio esset contra eum, ꝙ socios sciret, & vbi de eius sciētia nō est psumptio iusta, torqueri non debet, & eodem modo non fit interrogatio specialis, nisi cōtra eū, cōtra quē interrogatur cōtra pcedat legitima psumptio. vnde si fur, seu latro cōtra quē erāt indicia de spoliatione, subtratione, & furto, q delicta verisilr non pnt fieri in eo casu, nec fiūt ab vno solo, & hic talis indiciatus

diciatus de his delictis, si ponitur ad torturã, & nominat sociũ, coniũgitur verisimilitudo oriẽs ex primis indicijs insimul cũ dicto rei qõnati, & ex tali cõiunctione oritur indiciũ ad torturã contra nominatũ, non ãt intelligi debet dictũ Saly. vt nominatus habeat indicium ad torturã existentib. alijs præsumptionib. contra ipsum, sed sufficit nominatio facta, præsupponendo, ꝙ ille, qui est tortus, sit legitime tortus, & infra positi Doc. tenẽt indistincte dictũ correi in pdictis casib. facere indiciũ ad torturã, & istud tenuit Cyn. in d. l. fi. But. Abb. Imo. in c. 1. de cõf. Bar. in trac. de q. col. 4. verſ. sed nunquid, quod ẽt positũ est in operib. Gan. de malefic. in tit. de qõ. d. ver. sed nunquid, sensit Alex. in conſ. 89, viso themate col. 2. verſ. quinimò, vol. 3. quamuis Hipp in d. §. dilig. nu. 60. adducens multos ꝓ ea opinione, ꝙ requirantur præsumptiones vltra confessionẽ, & præcipue Imol. in d. c. 1. de confessis, qui tamen indistincte tenet opinionem iã dictã, ꝙ nominatio sola faciat indicium ad torturã, & Ang. de Ari. in addi ad Ang. de malef. in verb. fama pub. nu. 31. male allegat Gand. & Guid. de Suz. in suo tract. quod requiratur alia indicia penes dictũ torti, quia simpliciter loquũtur indiciũ facere, quod tamen intelligo vt supra. Rõ põt esse, quia videmus ll. concedere in casib. iã dictis, interrogationem posse fieri de socijs legitime, tamen vt supra si indiciũ nõ orietur habile ad torturã, frustra lex voluisset ꝙ interrogatio fieret, & iõ ad hoc (vt talis dispõ effectum habeat, necesse est dicere oriri indiciũ
379 ad torturã. † Cũ lex, & eius verba intelligi debent cũ effectu, l. pen. § pen. supra ne quis eum qui. l. 1. supra quod quisq; iur. gl. in c. fi. de sponſ. sed aduerte ꝙ vltimo allegatur per Bar. & Bal. & Rom. ꝙ faciat quale quale indiciũ, iõ in hoc casu distinguerẽ, ꝙ aut reus legitime interrogatur, quia præcedunt indicia de cõsocijs in generali, vel spãli interrogatione, & tunc oriatur indiciũ, aut nõ præcedunt alia indicia, & tunc faciat qualẽ qualẽ præsumptionẽ hoc modo intelligatur d. l. qui vltimo, & quod dicit Bart. in l. maritus, hoc tit. & Bal. in l. seruos, C. de test. & Rom. in l. & si certus, supra ad Syll. volentes ꝙ ex d. l. qui vltimo oriatur qualequale indicium.
380 † Requiritur hoc tamen primò, ꝙ talis cõfessio sit facta, seu nominatio in tortura, aut statim deposito reo de tortura, alias nõ valeret arg. text. in l. petens, C. de pact. Ita tenet Alb. in d. l. fi. C. de accuſ. Ea ratione, quiá.
381 † Personæ turpes, cum in testimonium recipiantur eorũ dicto sine tormentis non creditur, l. ob carmẽ. §. si ea rei cõditio. supra de test. Et per hanc rõnem idẽ tenet cõsulendo Raph. Fulg. in conſ. 173. in causa inquisitionis, col. 1. verſ. quidã Doct. allegat tex. in § si vero ignoti, in auth. de testi. & Hipp. in §. diligẽter, in sua pract. nu. 6[illegible]. similem rationem adducit per text. in c illi qui. 5. q. 5. & in c. in primis, 2. q. 1 gl. in c. cum p. de acc. Alexan. in consi. 11. circa primum, col. 2. vol. 1.
382 † Secũdo requiritur, ꝙ interrogatio fiat generaliter per iudicẽ de cõsocijs, nã si particularis fieret interrogatio, diceretur suggestio. l. 1. §. q qõnẽ, supra hoc ti. gl. ĩ l. prius, & in l. si certus supra ad Syll. Dy in d. l. fi. C. de acc. & Sal. ibi col. fi. q dicit nõ deueniri ad ĩterrogationẽ particularẽ, nec ad spẽm nisi contra aliquẽ ĩ spẽ sit legitima ꝓsũptio, vt dixi sup.
383 † Qõ, & difficultas oritur, an reus facta nominatio in torturia de [illegible]cio debeat iurare dicta per eũ esse vera. Hip. in sua prac. in § dil. nu 62. dicit iurare debere. & ꝙ assessores erãt ĩ hoc in nõ deferẽdo iuramẽtũ reo. mouetur
384 † Quia depositio sine iuramento est nulla, l. iusiurãdũ. C. de test. c. tuis, eo. tit. idem etiã, ꝙ vtraq; pars velit, non põt testis deponere sine iuramento. Ang. in l. si vacãtia, C de bo. vac. li. 10. Fel. in c. significasti de homic. item q a ẽt ꝙ sit cõmissa cã alicui, secũdũ eius conſciam terminãda, requiritur iuramẽtũ ex mẽte Ang & Pau. de Caſ. ĩ l. de pupillo. §. q apud supra de ope. no. nun. Itẽ summus Pont. non põt tollere, nec dispẽsare cũ iuramẽto, ut testis sine eo deponat, c. cõstitutus, & ibi no. de rescrip. & cũ reus existens in tortura habeat manus ligatas nõ põt iurare, iõ eius dictũ nõ valebit. In hac q. existimo reũ nõ debere iurare, & eius dicto stãdũ esse de nominatione facta cõsocij in tortura in casib. cõcessis ad interrogãdũ, nã Abb. in c. 1. de cõfeſ. vt Alb. de Roſ in d. l. fi. C. de acc. dicunt magnã esse differentiã, ꝙ deponat tãquã testis, vel ꝙ deponat tãquã reus, & iõ cum reus deponat non ut testis, requisita necessario in teste nõ adhibenda sunt in personam rei, & sic iuramẽtũ nõ erit necessariũ, cũ lex statuat in teste iuramẽtũ dari in reo ãt nihil aliud dicat, nisi interrogari nec de iuramento aliqua fit determinatio, & exinde cum diuersitas sit

inter ipsos, diuersum ius statui debet nec de vno ad aliud licita erit argumentatio l. Pap. exuli, supra de minori. Demōstratur ēt hoc verū qa depositio in tortura excedit dictum testis in aliquo, & dictum testis excedit dictū rei in tortura: nā si plures fuerūt cōsocij, qui deponāt de altero socio in tortura ex dicto pluriū noīatus nō habebitur ꝓ cōuicto, & ex dicto vnius contra se habet indiciū ad torturā. sensit Bar. & ibi gl. in l. 1. §. idē Corn. hoc tit. Et Bal. in l. quoniam, C. de test. vol.

383 †Quod ex quatuor cōsocijs tres nō ꝓbēt cōtra quartū delictū cōmisisse, determinat ēt Alb. post Gab. de Offel. in trac. de fam. in l. fi. 2. col. C. de acc. & in hoc casu si plures testes deposuerūt de visu, probāt plene, & habebitur reus pro cōuicto, iō est, quia quādo sunt plures correi, est vna tātū qualitas indicij, & ad hoc vt īdicia dicātur plura, reqritur diuersitas inter vnū & aliud, nō aūt ꝙ sint eiusdē generis, ꝓut sūt plures socij q̄ faciūt vnū, & idē indiciū, secus in plurib. testib. quia vnusq; deponit ex sensu suo, & si bonus fuerit, quilibet parū minus semiplena probōne dicitur facere d. l. cū probatio, supra de probat.

386 †Quod āt indicia debeant esse diuersi generis, sensit Bar. in l. vnius, §, 1. hoc ti. & Par. de Put. in tra. syn. circa fi. in ver. viso de repetitione, ꝑterea videmus ꝙ maior virtus est in eo, qui deponit in tortura q̄ ꝙ sit in illo, q̄ deponit tanq̄ testis. Nā deponēs in tortura non est bonus, quia socius criminis nō ē idoneus, quia deliquit, pōt repelli, quia infamis saltē de facto, & ipse solus facit indicium ad torturā, vt dictū est supra. & tamē testis vnus de visu, nisi habuerit qualitates ꝑdictas, vt sit bonus, idoneus, nec repellatur, nō facit indiciū ad torturā, vt vidimus supra ī indicio de teste de visu, & sic ista duo reus, & testis habēt se vti excedētia, & excessa. Præterea reus pōt dicere cōtraria in eius dicto, & toleratur. l. nemo, supra de exc. & dixi supra in ver. mēdaciū, qđ nō est in teste, vt ibi. Nō obst. q̄ adducūtur in cōtrariū, quia loquūtur in teste, in quo de sub̄a requiritur iuramētū, secus in dicto rei, quia hoc tātū cōceditur à iure, vt interrogetur per iura iā dicta. Istud ꝙ iuramētū nō requiratur sensit Ale. in cōs. 89. ī 3. vo.

387 †Tertius casus est, quādo interrogatio fit in ea persona, q̄ de iure interrogari nō pōt, difficultas est, an faciat saltē ꝑsumptionē, ꝑ q̄ iudex possit inquirere. Dec. in cōs. 189. inc. Letatus sum, tenet, ꝙ si reus fuerit interrogatus in illis casib. in quib. iure interrogari nō pōt ꝙ nō faciat ꝑsumptionē vt inquiratur. alleg at multa cōsilia Ful. idē voluit Hip. ī sua prac. in § dilig. nu. 67. Cōtrariū puto verius, quia cōiter Doc. tenēt iudicē per talē dispōnē posse inquirere, vt voluit Host. Io. And. But. Abb. Anc. in d. c. 1. de cōf. per illū tex. & hoc si depositio sit facta in tortura, vel post torturā statim, idē voluit Sal. ī d. l. fi. C. de acc. Ang. & Ro. qui dicit hanc esse cōem in l. & si certus. supra ad Syll. quod idē voluit Imo. in d. c. 1. de conf. subdens, ꝙ si fama contra nominatum insimul cum dicto correi, sufficiens erit indicium ad torturam.

388 †Tertio casu quādo aliquis deponit tanq̄ testis, & noīat aliquē in sociū, vel deponit cōtra ipsum sociū, eius attestatio vti à delinquēte facta inducit qualēqualē ꝑsumptionē, ita no. Abb. in d. c. 1. de cōf. dicēs æquiuocū esse in hac materia socij criminis. idē velle disponere in reo, quod in teste: quē sequitur Dec. in c. quoniā, in fi. de testi. vbi multa adducit, & pro eadē snīa est tex. in c. 1. de test. li. 6. & in l. quoniā, C. de test. nec in hoc casu facerē eā differētiā, quā multi faciūt, & de qua supra distinguēdo ꝙ aut deponit in eo casu, in quo non possit interrogari, vt tūc sit verū, qui iā dixi, aut si posset interrogari de cōsocio tūc faceret indiciū, q̄ dico Abb. optime hūc casum vti separatū à ꝑcedēti posuisse: nā si deponit taquā testis, & extra torturā, non debet facere indiciū, cū requiratur tortura, vt dixi, nec aliter ei credatur, nisi dicamus,

389 †quod ēt quādo talis socius assumitur tanq̄ testis, debeat torqri, iuxta l. ob carmē. sup. de test. & gl. in l. 3. §. l. Iul. in ver. palā. eo. ti. de test. tūc n. si ponetur ad torturā optime distinguetur, an sit casus, ī quo possit inter. nec ne.

390 †Mortui depositio an faciat indiciū ad torturā Bar. Bal. & Ro. in l. si quis in graui. §. si quis moriēs, supra ad Syll. dicūt per illū tex. indiciū nō oriri, adducitur gl. in l. mater, C. de cal. q̄ appellat dictum defuncti vilē præsumptionē. & gl. in c. literas, de præsum. in prin. dicens dicto morientis nō esse credēdū, & Bal. in ver. vasalli in ti. de pa. conf. dicit moriētē non esse S. Io. Baptistā, & ratio redditur quia si dictum morientis probaret, esset testis in causa propria, quod à iure prohibetur, l. nullus, supra de test. l. omnem, C. de test. in contrarium, ꝙ imò eius dicto sit credendum.

† Quòd

391 †Quod quis nō dēt esse immemor, nec præsumitur salutis æternæ. l. fi. C. ad l. Iul. rel. pe. c. sanc. 1 q 7. adducitur gl. in l. 1. C. de san. cau. adie. itē & rō, cōfessio sine cā facta nou. valet, secundū Butin c. si caut. de fid. instru. cū ēt à cōiter accidētib. ꝙ de breui moritu rus nō vult esse mēdax, & tenētes hāc partē respondent ad tex. in d. §. si quis moriens ꝙ ista verba intelligātur nō esse credendū quo ad condēnationē, & sic in potiori significatu. §. sed quoties. Insti. de iur. nat. l. 1. § qui in perpetuū. supra si ager vecti. vnde Hip. in §. dilig. in sua pract. distinguit, ꝙ aut ille, qui moritur grauat aliquē eius dictū & tūc si cognoscitur, ꝙ non est boni sensus, aut sinceri intellectus, dictū eius non attenditur per tex. in l. hac cōsultis. §. at cum humana fragil. C. qui test fac. poss. in l. iub. C. de testa. Aut est boni sensus, & tūc, aut aliter pōt probari delictum, quàm per eius dictum, & tunc dicto decedentis non statur, & ita procedat tex. in d. §. si quis moriens, aut non potest fieri probatio de delicto, nisi ex dicto decedentis, & tunc faciet indicium, ea ratione.

392 †Quia multa concedūtur, & testes inhabiles admittuntur ad hoc, vt veritas hēatur, l. quoniā. C. de hær. Saly in l. ea quidē. C. de accus. Itē multa conceduntur ne delicta remaneant impunita iu. l. vulner. sup. ad l. Aquil.

393 †Item asserenti de gestis à se plene creditur Paul. de Cast. in l. q̄ro. sup. de ædil. edic. & in l. quicūq;. C. de ser. fug. & q̄ ponit la in l. . §. si absens. sup. si ex nox. cau. aga. In hac q. credo indiciū nō oriri ex dicto defuncti, quia tex. in d. §. si quis moriēs nō videtur hoc probare, vt dicā indistincte. Nec obst. rō Hip. ꝙ cōfessio p̄iudicet, quia verū est, vt dicunt oēs doct. in d. §. si quis moriēs, ꝙ ad sui præiudiciū statur cōfessioni morietis, sed nō in alterius dānū, & ita cōcludūt oēs ibi, nec est verū, ꝙ tex ille debeat intelligi, ꝙ nō credatur quo ad diffinitiuā, nō aūt quo ad indicium, quia indiciū est pars probōnis minus tamen semiplena, si nō creditur, & remota est probatio generaliter, ergo & indiciū, qđ est spēs probōnis. cū remoto genere remoueatur & q̄libet eius spēs. l. fundi. §. fi. sup. de fun. instr. cū alijs. Nec ob. rōnes, ꝙ multa concedātur, vt delicta puniātur, & veritas hēatur q̄a hoc nunquā cōceditur à iure ꝙ quis possit deponere in facto proprio, & pro exequēda eius opi. vt sibi aliqualiter credatur, & testis deponēs de gestis à se deponit ad beneficiū, & cōmoditatē alterius, nō suijpsius, vt in casu nostro. & falsum est, ꝙ plene probat q̄a requirūtur alia indicia, & adminicula, vt per Paul. de Ca. ī d. l. q̄cūq;. & per Ias. in d. § si absens.

394 †Aduerte ꝙ text. in l. si quis in graui. § si quis moriēs, pōt intelligi in eo, ꝙ dicit non esse credendū si moriēs dixerit, vt illa dictio, si moriens, stet cōdōnaliter, quāuis gl. aliter ibi sentiat. vt si in art. mortis excedēs dixerit hoc ꝙ sit vim passus à seruo, nō credatur ea rōne, quia existēs in eo statu mortis p̄sumitur nō sanæ mētis, nec sinceri intellectus, & ideo eius dicto nō statur iux. d. l. hac cōsultissima §. at cū humana fragilitas, & d. l. iub. & hoc suadēt verba tex. nā sufficiebat, ꝙ I. C. dixisset, si quis moriēs semel, & ī prin. sed quia noluit demōstrare quo tp̄e in particulari nō sit credēdū, domino, explicit ip̄s dicēs, si moriēs. q. d. si nō moriēs. & sic in art. mortis nō existēs hoc dixerit, sibi credatur, vt dicā infra, & expositio gl. in hoc casu nō pōt stare, vt dicamus secundū eā, ꝙ quāuis sit in artic. mortis, non credatur, quia nec crederetur, si nō eēt in art. mortis, vt ipsa innuit, quia hoc nō est verū cū sit credendū domino vulnerato, & nō morienti de seruis ipsis, & ideo per contrariū si vulneratus mortifere superuixerit per aliquod tp̄s, & fuerit conquestus de seruis, & dixerit à seruis interemptū sibi credatur, vt ī l. 1 §. fi. eo. tit. ad Syl ea rōne, quia super viuendo post vulnera p̄sumitur in bono sensu, & quod dicat veritatem, & ei est credendū nā si habetur suppliciū ex S. C. Sylla. contra seruos ex eo solo ꝙ fuerint sub eodē tecto, l. 1. §. q̄rē, cū §. seq. & §. si quis ī villa, & hoc ex eo solo, ꝙ est sinistra suspicio contra seruos de morte domini, tāto magis dicendū est, si ipse dominus dicat se fuisse vulneratū à seruis. quia hoc casu cum agatur de re propria, & de seruis proprijs, ipsi erit credendū, cū nāliter quis non præsumatur velle consumere suū. l. cū de īdebito, sup. de prob. Sed aduerte, ꝙ mihi videtur ꝙ ista argumentatio, quàm faciunt doct. ex dispositis in tit. ad Sylla. ꝙ decidatur contra liberam personam illud idem non sit bona.

395 †Quia facilius proceditur contra seruum, maxime proprij conquerentis & occisi, q̄ ꝙ procedatur contra liberū, quo ad torturā, & quo ad alia, vt est text. in l. si quis. & in l. ex lib. hoc tit. no. Bar. in l. 1. §. si ser. in prin. hoc tit. &

tit. & ideo arguere de seruo ad liberum non videtur bonum, quia non est par ratio.

396 †Denunciatio decani, seu centenarij An faciāt indiciū ex eorū denūciatione, quādoque proponūtur isti denūciatores ad manifestandū maleficia q̄ fiūt in ciuitate, & in villis, vt quotidie seruatur, & tūc istorū denunciatio facit qualequale indiciū, ex quo pōt iudex procedere ad inquisitionē, ita intelligitur l. diuus la 2. sup de cust. & exhib. re. & hoc determinat Bar. ibi in 3. q. idē voluit Saly. in l. ea quidē. in prin. in 10. q. C. de accus. adducens pro hoc tex. ibi & tex. in l. 1. C. de dec. li. 10. & Alex. in cons. in cā inquisitionis formatæ. col 2. ver. accedat, vol. 3. & pro p̄sumptione innocētiæ ponit eā Cœp. in cons. 31. super homicidio. col. . ver prima est. & Ang. in trac. malef. in verb. necnon ad denūciatione. col. 6. ver. quæro an denūciatori, & Hip. in prac. in prin. nu. 19. & in cons. 6. n. 9. Qn̄q; p̄ponūtur ad inueniēdū delicta, & tūc īgrauib. ipsis nō credit, nisi vti testib. aut in leuib. & si p̄positi fuerint p formā statuti ad inueniēdū arma. & tūc ipsis cred. ē. vt p Bar. ī d. l. diuus, & p Ang. addemus ī loco p̄dicto, vbi videas.

397 †Incātationes, seu diuinationes q̄ fiūt per astrologos, geomātes, & p istas mulierculas ex inspectione aquæ benedictæ, vel speculi, vel cū forcipe, & cribro, vel simi. sortilegijs, an faciāt indiciū, vt si dixerīt Titiū fuisse furē, vel homicidā, Bru. in d. trac. in d. col. 13. ver. q̄ro an diuinatio dicit, q̄ talib. non est adhibenda fides. l. itē apud Labeonem. §. si quis astrolo. sup. de iniur. & ibi Ang. hoc tenet, q̄ indiciū non faciūt ad torturā, subdens, q̄ iudices caueant, vt non errent moti ex diuinationib. l. verbū p̄cib. C. de if. dicit tamen Bru. q̄ Bal. in quodam suo cons. tenet, q̄ licet ars maleficiorū sit reprobata. l. nemo. C. de malef. & math. tamen quādoq; permittitur, q̄ maleficiū tollatur per aliud maleficiū, si alio mō non pōt, q̄ per incātationē Dæmonū, vt no. per Io. And. de Rip. in sū confess. in rub. de imp. ligam. tamen non dēmus recedere à Deo quidquid ore proferatur, cū licitū est aliquādo de aqua turbida viuere, vbi deficit clara, & medicinæ sumūtur rōne sanitatis non delectationis, concludens, q̄ quāuis ars diuinādi sit reprobata, tamen vbi magnū scandalū immineret nec Deo, nec hoīb. reprehēsibile videtur, si fieret, & operabitur ad inquisitionē non ad torturā, & si diuinator aliquē inculpat, poterit iudex pro illo mittere, & videre qua cum cōstātia, aut trepidatione, aut quo pallore, aut rubore loquatur, & exinde sumere indicium veritatis, & istud sequitur Hip. in sua prac. in §. dilig. n. 181. ponens exēplū de cadauere emittente sanguinē ob supuenientiā homicidæ, qđ dicit vidisse, & practicasse. Aduerte q̄ p̄cedens decisio non videtur aliquo mō mihi vera, vt non tātū indiciū non oriatur, sed nec suspicio, p q̄ iudex possit moueri ad inquirendū, seu alio mō procedendū, cum sortilegia sint oīno prohibita.

398 †Nec pro inueniendo furto Ecclesiæ pōt fieri incātatio aliqua, ēt sine dæmonū inuocatione, prout est tex, in c. 1. & 2. de sort. Et Abb. & Io. And. in d. c. 2. qui dn̄t nō esse licitū cōsulere istos diuinatores, seu sortilegos, ēt si hoc fiat sine īuocatione Dæm. ea rōne.

399 †Quia occulta solus Deus scit, & est secretorū cognitor, & iudex c. erubescā. 32. dis. vnde dicimus, q̄ ecclesia nō iudicat de occultis & cū nō possit probari, discretus iudex se nō intromittit, sed diuino iudicio relinquit l. & si restituātur. §. fi. sup. de iud. vbi Bal. dicit p illū tex. q̄ iudex dēt iudicare, secundùm conscīam, q̄ cadit in hoīe ipso tanquā iudice, & licet Deus oīa nouerit, nō tn̄ si euenit ī hoīe.

400 †Præterea sortilegi sunt infames, & repellūtur à testimonio, & ab accusatione, & puniūtur faciēdo sortilegia, & grauiter peccāt vt in d. c. 1. & 2 de sortil. & in d. l. item apud Labeonē. §. si quis astro. sup. de iniu. vbi post illud, q̄ iniuriā faciat & cū eo agi possit subdit tex. q̄ cōtōnes eū tenēt & ibi gl. in verb. constōnes dicit vltore gladio puniēdus, vt d.

401 l. nemo. † Quo itaq; pōt iudex admittere sortilegū, & ex eo accipe fundamentū ad inquirendū, cū non tm̄ eos reijcere dēat, sed ēt punire, & sic vn̄ pœna dēret dari p iudicē, ide iudex accipe dēat fundamentū, arg. eorū q̄ hn̄t in l. nō dubiū. C. de legi. & l. memin. C. vn vi, ibi. ne inde iniuriarū nascāt occasio, vnde

402 iura nascūtur. †Eo maxime: quia vterq; iudex, tā secularis, q̄ ecclesiasticus pōt cognoscere de tali crimine, & acerrime punitur p ius ciuile & locus est p̄uentioni inter eos, ita no. Abb. ī d. c. 1. de sortil. in ver credo ēt allegat to. tit. C. de malef. & math. vbi puniūtur vlt. supplicio, de iure vero canonico si sūt viles fustigātur, si liberi, & honesti dānātur ad p̄petuos carc. c. contra idol. 26. q. 5. Rom. in sing. 660. incip. Tu scis, ex q̄b. cōcludo, q̄ ex tali

tali re ꝓhibita,& punibili nõ põt,nec debet iudex sumere fundamẽtũ ad inqrendũ. Non obst.exẽplũ traditũ per Hip ꝙ sanguis exijt ex cadauere superueniẽte interfectore, quia illud non ꝓuenit ex incãtatione,aut sortilegio,sed est quoddã miraculũ, & ab occulto ꝓcedens,de quo dicã infra in indicio signi.

403 †Iudex si vidit,an si sit indiciũ ad torturã, vt puta si interfectus fuit hõ in platea,& iudex vidit nullis alijs existentibus ꝓbationibus,dicas ꝙ nõ, ꝓut voluit Spec.in tit.de sen.& his q̃ ipsi sequun.§.qualiter.ver.itẽ de

404 bet ferri, dicẽs. †Quod iudex debet procedere secundũ allegata,& ꝓbata, & nõ secundũ consciam.c.iudices.3.q.7.l.illicitas.§.veritas supra de off.præsi.& per illũ tex.dicit ĩ casu p̃misso,qñ iudex vidit occidentẽ.Spec. d.§.item debet, ꝙ Azo. & Accur. cõsulti respõderũt,ꝙ potestas non potuit ponere illũ ad q̃õnem,qđ dictum sequitur Bal.in l.fi.in prin.ver.itẽ q̃ro.C.de appellatio. Quod intellige secundũ qđ ipsemet Spe.in tit.de noto. crim.§.fi.ver.Petrus de Samia, vt procedat quãdo est notũ iudici,quia in faciẽ eius solũ homicidiũ perpetratũ sit,secus si alij cum ipso iudice fuerint q̃ possint delictũ ꝓbare, & tũc secundũ qualitatẽ probõnum orietur indiciũ,vel plena ꝓbõ, & ita ĩtelligitur tex. in §.quãdo.2.q.1.Puto tamen, quod iudex ex ea visione poterit inquirere, super delicto, & procedere contra eum.quem vidit.

405 †Nomen malum facit indicium in gñe contra illud hñtem, vt est tex. in c.1.& ibi Ioan. And. Card.& Imol.in verb.Bellial.de d epo.& dicit Io.And.in c. cũ secũdũ,de p̃b. ꝙ si nomina dr̃ent emi, bona essent emenda magno precio.& dicit Abb.in ꝓœ.decr. col. 2.ver. ideo quæro, ꝙ ex turpi nomine, qñque oritur sinistra suspicio.credentes non nulli illud nomen fuisse impositũ ab euẽtu, & ibi Felin. nu.32.dicit post Doct.ꝙ ex malo noĩe orit̃ sinistra suspicio per ea, quę hñr in tex.& gl. in l.facta.§.si in danda. supra ad Treb.vbi multas auctoritates adducit & Ias. in rub. sol.matr. num. 16. Et Par. de Put. in tract. de synd. in verb.mãdauit.col.8.ver.qñ delictum, dicit verum esse malum nomen facere suspicionem,& indicium,si cum eo cõcurreret mala fama (vt puta) ꝙ esset homo malæ famæ,& vocaretur rampinus

406 †Physionomia mala. Et hæc gñat suspicionem in gñe, & oritur præsumptione mala natura,& vitiata, non quantũ ad p̃sumendũ in specie de sp̃ãli, & determinato delicto, bona autem physionomia prodest,vt voluit Bal.in l.2.in ver.q̃ aũt. C.quor.appel.non recip.& dicit Par.de Put. in d.tract.in verb.mãdauit.col.8.ver. quãdo delictũ,bis indiciũ fecisse ꝓ physionomiã,vt vnũ hñtẽ bonã physionomiã iudicauerit innocentẽ, & aliũ habentẽ malã physionomiã iudicauerit nocentem, & furem, & ita reperit veritatem esse.

407 †Signũ facit,quãdoq; indiciũ(prout voluit Cic.lib.2.ad Hæren. in c. in cã coniecturali in verb.argm̃ dicens)num qui strepitus, clamor,crepitus exauditus sit,& Par.de Put. in d.tract.synd in d.verb.mãdauit,in fin.volens, ꝙ si reperiatur occisus puer in vna domo,& vicinus dicat, ꝙ per dies ante audiuit vnũ puerũ ibi plorantẽ, & hæc ꝓbõ valet ꝑ viã signi,per ea q̃ no. ꝑ Bar.in l.de pupillo. §. si q̃s ipsi p̃tori, supra de no.ope.nun.& ꝑ Bal.in c.cum terra. in fi. de elect. & ꝙ de eo fuit tractatũ Romæ in quodã puero,quẽ Iudæi in die Iouis sancta subtraxerunt,iugulauerũt, & in secrete sanguinẽ eius biberunt.

408 †Itẽ si exhibeatur cadauer ante occisores,& ex vulneribus sanguis exibit, erit magnũ indiciũ,à qua experiẽtia nõ erit per iudicẽ recedẽdũ,cũ sit rerũ oĩum magistra. c. cũ sit.de elect.in 6.& clem.1.de æta.& quali.Et istud dicit Par.de Put.admisisse ꝑ vero Hẽr. de Gand. in suo collib.7.& c.Thad. med. & Ang.in tit.de homic q̃ dicit hoc accidisse in quodã Aegyptiaco,subdẽs ipse Par.hoc fuisse exp̃tũ Romæ tp̃e, eo quo occisus fuit Cardinalis S.Marci,& Hyp.in sua pract.in § diligenter. nu.181 dicit se expertũ esse istud in ciuitate Albiganæ,& vidisse per p̃sentiã occisoris cadauer effluere,& emittere sanguinẽ, & istud hẽt cõis hoĩum sermo,ꝙ per p̃sentiã occisoris cadauer emittat sanguinẽ, ex quo dixi supra in verb.incantationes, ꝙ ista emissio sanguinis nõ prouenit ob incantationẽ, seu sortilegium, sed est quoddam à natura insitum, de quo ratio reddi non potest.

409 †Furti indicia possunt ẽt assumi ex indicijs diuersis cõcurrẽtibus in homicidio, ꝓut est trãsitus insolitus, frequẽtatio viæ,tp̃s, vt noctis locus,vt ante domũ maleficij confessio,cõuersatio cũ malis,& alia per multa respicientia testiũ depositiones,loquella timida,palor,trepidatio,mẽdaciũ,dictũ socij, & alia cõplura,q̃ diligens quilibet poterit col-

ligere ex iam dictis, & quia in diuersis locis doct. vt ponũt indicia furti, ideo de his sub
410 nectemus, & primo. † Solitus furari, & sic mala fama facit indicium cõtra imputatũ, ꝙ rẽ furto subtraxerit, vt est gl. in l. in ciuilẽ, &
411 ibi Bal. & Salyc. C de fur. † Volentes ꝙ ex cõsuetudine oriatur ꝑsumptio, & Saly. in l. si fugitiui. C. de ser. fug. facit gl. in l. cũ allegat. C. de vsur. Et qđ dicit Bar. in l. Cassius, supra de sena. ꝙ malus sẽper ꝑsumitur malus ĩ alia re simili, & dicit Bar. hic loquẽs de indicio furti, ꝙ mala fama facit qualequale ĩdiciũ. Ex quo dico, ꝙ de ꝑ se non sufficeret ad torturã, nisi alia cõcurrerẽt, vt dixi supra in
412 verb. vita. † Vicinus domui, in qua factum est furtũ, si eã domũ notã habeat, ĩdiciatur, ꝙ furtũ cõmiserit, ita est tex. in l dominus horreorũ, supra locati, ꝓꝓ ædificiorũ notitiã in qõnẽ peti possũt, & super eo tex. & Bart. dicit, ꝙ ꝗ hẽnt notitiã domus sunt suspecti, quãdo domus frãgitur, & hoc ꝓꝓ ædificiorũ notitiã, & ideo tales ꝑsonæ de facili possunt torqueri ad inuestigationẽ veritatis, vt in eo tex. & ideo officiales, quãdo cõmittũtur maleficia occulta, cõsueuerũt cãpe vicinos, à ꝗbus verisimiliter põt declarari veritas. l. si ita, in fi. supra de fund. instr. & instru. leg. Idẽ voluit Bal. ibi ꝑ illũ tex. dicẽs, ꝙ si ĩ aliqua contrata cõmittitur aliqđ maleficiũ debẽt ad tormenta citius poni vicini, & domestici, & ꝗ habẽt notã domũ, ꝗ̃ illi, ꝗ non sunt vicini, nec domestici, subdens, arg. sumi ex eo tex. ꝙ furtũ ꝑsumitur factũ à conuersantibus in domo, vel saltẽ, ꝙ illi sciãt, ꝗs fecit, qđ ẽt voluit Saly ibi, ꝗ dicit, ꝙ habẽs notitiã rei põt de facili ad qõnẽ torturæ deduci, qđ sæpius vidit seruari ꝑ iudices ad maleficia. Et ꝙ ꝑsumatur cõtra vicinos de delicto hẽtur Deute. c. 21. qđ idẽ voluit Bar. hic in 2. col. & Ang. & Salyc. in l. fi. C. de quæst.
413 † Limitatur ista conclusio, vt non habeat locum in vicino, qui sit bonæ famæ, nã tũc ꝓꝓ qualitatem personæ cessat indicium, vt ita voluit Bald. in l. 1. in fi. C. loca. & istud est de mente Bar. in d. l. dominus horreorũ, dũ dicit, à ꝗbus verisimiliter sciri põt, & ista verisimilitudo est cõtra malos hoĩes, nõ cõtra bonos, quod idẽ voluit Bru. in d. tract. de indi. in 3. q. prin. circa prin. Aduerte, qđ vnum qđ dicit Hypp. in sua pract. in §. diligenter, num. 97. post Ias. in l. in actionibus. col. pen. de in lit. iur. dicẽs, ꝙ Bal. in d. l. dominus horreorũ, ponat limitationẽ ꝑdictã de hoĩe bonæ cõdõnis, ꝗa Bal. ibi nihil dicit, & si cõclusio sit vera in se, vt bonitas ammoueat indiciũ, & illud diminuat, ẽt in maiori, vt dicã in
414 seq. † Infero ex hoc ad hospitẽ, penes quẽ bona sunt depositata ꝑ viatorẽ, vt si fuerint subtracta, sit indiciũ cõtra hospitẽ, & eius familiã, vt possint torqueri ob ꝑsumptionẽ in genere ex mente Nic. de Mat. in d. l. 1. & ibi Bal. C. loc. & ꝑ Bar. in l. 1. §. fi. supra fur. aduer. nau. caup. in fi. nisi sit bonæ condõnis, vt per Bal. in d. l. 1. Et voluit Aug. de Arim. in addi. ad Ang. in verbo. fama publ. num. 107.
415 † Debet ẽt hẽri cõsideratio personæ viatoris, si verisimiliter hẽre potuit bona, quæ dicebat subtracta, vt per Bar. in d. l. 1. §. fi supra fur. aduer. nau. caup. & sic verificatur dictũ Bar. in d. l. dñs horreorum, vt attendatᷣ verisimile, ꝙ multum operatur in indicis. vt dixi supra in 5. præmisso, ẽt est. glo. not. in l. si qñ in uerbo qualitate, vbi in rebus inuasis attenditur qualitas personæ, & an sit talis, qui verisimiliter tot res teneat, vt petit.
416 † Furtiua res si reperiatur penes aliquẽ indicium est ipsum esse furẽ, l. in ciuilẽ. & l. ciuile. C. de fur. ita Bart. hic. idẽ voluit Salyce. & Ang. ꝑ eadẽ verba in l. fi. C. eo. Intellige prædicta procedere, nisi hñs rem furtiuam penes se ostẽderit, à quo habuit, vt in d. ll. & ex mẽte dictorũ docto. Quid si is, qui hẽt bona penes se, nõ põt probare, à quo habuit, nec ostẽdere titulũ, an hẽat indiciũ contra se, vt possit torqueri, Bal. & Saly. in d. l. in ciuilẽ, di
417 stinguunt. † Quod aut ꝑsona, penes quam bona reperiũtur, est grauis, & honesta, & tũc ex possessione nõ ꝑsumitur furtũ. arg. l. non oẽs. §. Barbaris. supra de re milita. Si vero est persona ꝗ̃ cõmiserit, & ꝓꝓ frequẽtiã actus, vt de eo male sit ꝑsumendũ, tũc poterit deueniri ad torturã, vnde Saly. in d. l. fin. C. eo. dicit, ꝙ si res est reperta penes aliquẽ, attẽditur qualitas eius personæ, vt si est vir alias bonæ opinionis, vt est emptor, & reuẽditor pãnorũ vsatorum, vt sunt strazzaroli, qui ab ignoto cõsueuerunt emere, tunc nõ erit indicium contra eum, vt dicam in sequen.
418 † Visus exire domum cum fardello sub veste, vel pallio, sed ꝗd esset ignorabatur, & hoc ꝓbatũ fuit ꝑ duos testes, istud erit vehemẽs argm̃, ꝙ subtraxerit res deficiẽtes ĩ domo, & ꝗ̃ dicebãtur furatæ in loco, vnde ille exiuit, vt voluit Ang. ĩ l. 2. C. eo. de q. Et tale indi-

diciū erit habile ad torturā,cū sit indiciū pro pinquū delicto,prout est illud visus admena re gladiū,& alia similia,de quib. dixi ī indic. homic.cū seq.Istud indiciū tollitur, si ille q exiuit domo fuerit vir ꝓbus,vt uoluit Ang. in l. milites. C. eo. de qō. qui dicit ꝙ si esset qō de furto bannorū vel ēt pecuniæ, & ꝓba tū sit, ꝙ vnus magnus mercator magnæ famæ,& nobilis vitæ illo tunc exiuisset de domo,de qua diceretur tūc subtracta pecunia, & cōprehēsus fuisset portare sub clamide aliquid,si ꝓbet illud indiciū ꝑ duos testes, nō erit sufficiēs ad torturā,qa nō est verisimile, ꝙ tātus vir ad tā vile maleficū ꝓrupisset,sed si cū isto indicio cōcurrēt alia,vt putb, ꝙ ꝓbaretur,ꝙ incōtinēti postq̄ exierit,visus fuit expendere multā pecuniā eiusdē formæ,cuius di cebat subtracta pecunia,& quia cōstabat pecuniā subtractā,& reperitur,ꝙ tpe subtractionis nullus intrauit domū,nisi ꝙ iste visus fuit exire,tūc dicēdū est eū esse torquendū,qa ex istis duob. ducitur uerisimilitudo, & offuscat ꝑsumptio,qđ idē voluit(sequēdo hāc doctrinam Ang.) Brun.in tract. de ind. col.2.Et Aug.de Arim.in add.ad Ang. in tractat.malef.in verb.fama publ.nu. 12.

419 † Visus exire tpe noctis è domo, in qua furtū ē cōmissum,habet indiciū cōtra se, cū lex male ꝑsumat cōtra agētē de nocte, vt est gl.in l.furē. supra de sica. & factū tpe noctis est suspectum l.fi.supra de efractor. & expil. & possunt deduci in hoc, q̄ dixi supra in ind. homic.in verb.Tps,& dicit Bal.in cōs 427.q̄dā mulier,in fi vol.5. ꝙ perambulare de nocte ad loca suspecta, & per personas suspectas,& à talib.suspicionib. torturæ cœperūt, & necessariæ sunt,l.dolum, C.de dol.

420 † Expendens multā pecuniā de illa stāpa, seu cuneo cuius fuit pecunia, q̄ dr subtracta, habet indicium contra se, vt dixi supra post Ang.in l.militesC..de qō.Et voluit Brun. in tract.de ind.qō.3.circa prin. Sed aduerte, ꝙ non puto tale indiciū esse sufficiens ad torturā,cū sit indiciū remotū à maleficio,ex quo nō debet quis torqueri, ut dixi supra in præmis.6.& est de mēte Ang dū vult ꝑ hoc indiciū, & alia indicia coadiuuari in d.l.milites.

421 †Expendens pecuniā,cum ante esset pauper homo,nec reperitur vnde habeat, indiciū habet cōtra se,vt voluit Bar.hic.arg. tex. in l. Quintus. supra de dona. inter uirum, & vxor. quod etiam voluit Salycet. ponens verba Bartol in l.fin.C.eo de quæst.

422 † Res subtracta, si cedebat ad cōmodum imputati, & nō alterius, facit indiciū cōtra eum,v.g.instrumētū quod ad eū pertinebat, non reperitur,ut voluit Bar.hic per tex. in l. 1.§.sed si quis instrumenta, C.de lat.lib. tol. quod idem uoluit Ang.& Sal.in d.l.fi. C. eo. de q.quod dixi supra in ind.homic.in uerbo qualitas personæ:sed puto, ꝙ non faciat indicium ad torturam,ut dixi in præced. indic.

423 †Fuga famuli ex domo domini,ī qua res fuit subtracta,facit indiciū cōtra eum,uoluit gl.in §. si vero, in uerbo factum,in auth. de exhi.rei.dicēs, ibi esse optimū arg. cōtra seruientes fugientes, ut eo ipso res amissas uideantur subtraxisse, ex quo dicit ibi Iaco.de Bel. ꝙ erit indiciū cōtra fugientē, sed ꝙ ꝑꝑ talē fugā solā non sit tormentis subijciēdus, quia exiguntur argumenta sine indicia l.1. in prin.supra eo. & d.l.milites, C.eo. & etiā, quia fuga afficit personā,nec est regulata, siue demonstrata directo principaliter ad crimen,idē uoluit Bru.in d.trac.de indi q.3.in prin.Aduerte,ꝙ Io.And.in addi:ad Spe.in ti. de præsump.in add.quæ incipit lex unica,dicit opi.Iac.de Bel.in d.§.si uero,de iure procedere, & esse ueram in quantum uult indicium oriri ad torturam,sed dicit ipse, de consuetudine seruatur contrarium. Puto, quod in casu(de quo agitur)& ex fuga famuli oriatur indicium ad torturam si dominus conquestus,& uerisimile sic, ꝙ potuerit talia bona subtrahere, cum essent penes dominum,

424 nā ultra fugā habet hoc generaliter.† Qđ de natura istorū famulorū est furari, ut uoluit Bal.per illū tex.iunc.gl.in l.fi. in uersi.in tex ibi de furtiuis,C.quib.ab liber. proclam. non lic.dicēs ꝙ natura seruorū est furari, qđ idē faciunt famuli scholariū,intellige tamen quod concurrat uerisimilitudo ex parte domini,& ex parte serui, ut dixi supra in uerb.

425 uicinus domini,in fin.† Culpa custodis,ob quā furtū factū sit, facit indiciū,ut ipse custos torqueatur,ut furem iudicet, ita uoluit Bar.per illum tex.in l.1.supra de off. præfec. vigil. & etiam uoluit Bal.in loco ut infra.Intellige istud procedere, nisi esset factū furtū in loco qui,bene custodiri nō poterat, uel tēpore, quo custodiri non poterat, nam tunc per rerū naturā culpā abesse ꝓbatur,ut uoluit Bal.in l.3.§.cognoscit,in fin. supra eo.de off.præf.uig.&dicit esse tex.ibi,dum uult,cu

stodes puniendos esse plerunq; q.d. nõ semper, l. semper. §. hoc interdum, supra quod vi aut clam. cũ ẽt id, quod non est possibile, custodib. non est iniungendum arg. l. Titius. §. fi. supra de exc. tut. Nec est homo, qui semper possit vigilare, l. seruitutes. supra de serui.

426 † Forma pedis furantis in terra humida, facit indicium vt voluit Alb. in l. indicia, col. 2. C. de reb. ven. dicens, quod vidit quendam iudicem maleficiorum, hoc modo quidã inculpatur, ꝙ furatus fuerat vuas de vinea, & quia terra erat balneata, & humida, & apparebat ibi effigies, siue forma pedũ illius, qui furatus fuerat, adduxit illũ ad locũ, & reperit pedes eius cõcordare cũ forma, & effigie, ex quo indicio quasi indubitato eũ condemnauit. Putaie tamẽ, quod istud non esset indiciũ ad cõdemnationẽ, sed iunctis alijs posset torqueri, nam possit de facili contingere, qđ esset similitudo pedũ, & is non esset qui rem subtraxisset, & per consequens de per se non esset sufficiens indicium ad torturã, per ea, quæ not. Bal. in l. non hoc, C vnde legit. & dixi supra in 2. not. Hoc idẽ sensit Bal. in cons. 427. quædam mulier. vol. 5. dicens quod iudex non debet procedere ad tormenta ex furore animi, sed debet habere cũ moderatum ratione, & intellectu, subdens, quòd per motionẽ, & vestigia pedum significatur qualitas luporum & uulpium, & ex semita pedum cognoscitur vnde transiuit latro, qui soliciti uenatoris laqueum nõ euadit, l. in laqueum, supra de acq. rer domi.

427 † Res aliqua (si relicta est in loco furti, quæ iustificetur esse alicuius) facit indicium contra eum, vt vult Cic. in d. li. 2. ad Heren. in c. in causa coniecturali, in uers. factũ, dicens, si telum, si uest.mentum, si aliquid huiusmodi relictum sit, aut si uestigium rei fuerit, quod

428 intellige, ut dicam in seq. † Schala ante fenestram domus, in qua factum fuit furtum, an si dicatur, ꝙ illa scala uisa fuit in domo alicuius, sit præsumptio contra ipsum ad tormenta. Par. de Put. in tract. de syndic. in uerb. an stetur dicto torti, col. 7. uers. an si reperiatur, dicit, ꝙ non faciet indicium ad torturã, quemadmodum dicimus de re inuenta penes alium, quæ fuit furto subtracta, & quia potuit alter cepisse schalam nisi ille talis, in cuius domo reperta est schala solitus sit talia committere, quod dic, & intellige, vt dixi supra in hac par. in verb. Res subtracta.

FRANCISCI CASONI

Opitergini Iurisconsulti celeberrimi atque criminalium rerum peritissimi de Indicijs, & tormentis, tractatus duo. Ab authore ipso diligentissime recogniti, & locupletati, vt his notis patet, quibus accesserunt. Doctissima quædam eiusdem de Accusationibus, & Inquisitionibus singularia.

TRACTATVS MALEFICII

præmeditati secundum Oratores, ius diuinum, & ciuile Francisci Casoni I.C. Opitergini,

SVMMARIVM.

1 *Indicia omnia oriuntur ex quatuor locis, & per tria tempora.*

2 *Persona qualitas indicium in criminalibus præstat, quæ tamen sola, cum sit remota non sufficit, nisi cum causis iungatur.*

3 *Causa in reo, ad indicia maleficij elicienda, est perquirenda, quam reus, vel affuisse negabit, vel extenuabit, vel non sufficere dicet, nisi cum uitio personæ iungatur.*

4 *Facta aut consilio, & ratione geruntur, aut impetu, & affectione.*

5 *Indicium efficax ex consilio, & ratione habetur.*

6 *Indicia ex impetu, & affectione ad non præmeditatum maleficium nascuntur.*

7 *Verborum qualitas animum demonstrat, vnde is videtur fecisse, qui prædixit facere.*

8 *Indicia prop siti scire quare expedia ?*

9 *Indicium omne quod indicat propositum, indicat & interfectorem, sed non e contra.*

10 *Indicia præmeditatum demonstrantia, propter effectum in non præmeditatum euadunt, vt quando rixantes sibi casu obuiant.*

11 *Prædicamenta, circa quæ videtur versari omnis quæstio sunt decem.*

12 *Iudicare valens quid probabile, aut non probabile debeatur idem acerrime iudicabit, quid verum, aut non verum in singulis rebus sit.*

13 *Indiciorum an certa doctrina dari possit?*

14 *Indiciorum cognitio non solum ex nobis, sed ex rebus ipsis etiam prouenit.*

15 *Natura quædam in homine est quæ ipsum cogit, aut fateri, aut aliter delictum manifestare & hæc quo nomine vocetur.*

Argumentum Tractatus, & locorum indiciorum omnium.

1 PRæferendum est, † omnia indicia, & actiones humanas oriri ex quatuor locis, videlicet

delicet,persona,cã,facto,dicto,& secũdũ aliquos Oratores,ex non facto, ex non dicto: & per tria tpa, ante, in, & post delictum:& hñt locos suos, vt in tabula,quos dispersos collegi:& vim prædictorũ,& quid accusatori,& quid accusato conueniat, dilucide perstringã,& sine ijs oẽ artificiũ,materia,&elo-
2 quentia desunt. Persona †euenit necessario, vt cuiusmodi persona sit, eiusmodi actiones sequantur,vnde,bene, seu male presumit:& qualitas personæ demõstrat animum fuisse, vel non fuisse offendendi.Sed reus dicet indicia personæ sola nõ sufficere,cum sint remota,& nisi cũ causis iungantur.Causa,atti-
3 net †quærere quot,& quãtæ sint in reo causæ, vt earũ gratia deliquisse videat̃, cũ nihil sine causa fiat. Reus aũt negabit fuisse causam, si poterit, aut extenuabit. Deinde iniquum esse dicet,oẽs,ad quos aliquid emolumenti ex aliqua re peruenerit. in suspicionẽ maleficij deuocari.Itẽ dicet causas nõ sufficere,nisi cum vitio personæ iungantur. Fa-
4 cto quæcũque †geruntur à nobis, aut consilio,& rõne geruntur: aut impetu, & affectio-
1 PRimo reus negabit †fuisse causam, si
potuerit aut eam vehementer extenua
bit deinde iniquū esse dicet, omnes ad
quos aliq̃d emolumēti ex aliqua repue
nerit, in suspōnē maleficij deuocari. Tertio,
Causæ †non indicant, nisi cum vitio personæ
iūgātur, quia nō in oībus ꝑsonis valent. Itē
dicet, aut cōmodū nullū fuisse, aut paruum,
aut aliis magis fuisse, aut nihilo sibi magis,
3 quā aliis. Cic. in 2. de Inuēt. ti. 2. Item †mon
stretur aut facultas, aut ptās, aut volūtas de
fuisse reo, & ꝑ hæc. n. videtur reus aut non
occidisse, & si occiderit, non ex proposito.

DE FACTO ANTE DELI-ctum, seu contento cum delicto indicante consilium. Tract. III.

SVMMARIVM

1 *Consilia post causas sunt intuenda.*
2 *Consilia quæ sint, & quomodo diffiniantur?*
3 *Consilia ante delictum quomodo considerentur, & proponantur.*
4 *Animus præsumptione verbi, vel facti probatur.*
5 *Coniecturæ ex consilijs quæ vere indicent reum delicti.*
6 *Consilia referuntur, ac partem indiciorum, quæ ex causis ducuntur.*
7 *Propositum ante delictum à quibus factis, dictisue indicatur.*
8 *Indicia dicti, & facti, quibus non solum cogitasse, sed etiam reus, cum ignoratur.*
9 *Facere qui instituit, et potuit, fecisse præsumitur.*

1 POst causas †intuenda sunt consilia, nā
sicut causæ sunt impulsus ad aliquid
agendum, ita consilia sunt ordo geren
dorum ex causis venientiū. l. sæpe ff. de
2 verb. & rerū sig. Et consilia †sunt aliquid fa
ciendi, vel nō faciendi, excogitata rō. & sunt
pteriti, instantias & futuri tpis. A præterito
3 †consideratur quid ante delictum factū sit,
ex quo spes perficiendi nata & facultas fa
ciēdi q̃sita videatur. Ideo in reo cōsideratur,
vt nihil actū, nihilq; dictū, nusquā ventum,
aut habitū, nihil denique factū siue cā putetur.
Et I.C cōsentiunt per regulam, animus
4 ꝓbatur ꝑsumptione verbi, vel facti. Sed im
primis coniectatur an credibile sit reū spe
5 rasse †id à se scelus effici posse, an ignorari,
cum fecisset, an si ignoratum esset absolui,
vel pœna leui trāsigi. Hoc indiciū fuit Arist.
in 1. lib. Reth. c. 31 quod Quint. per eadem
verba vsurpauit in cap. de coniectura lib. 7.
Sed in hoc differt, ꝙ per Aristotelem refer
tur ad personam. Quin. vero refert ad consi
6 lia. Et secundū †eundē consilia referūtur ad
hanc partē indiciorum, q̃ ex causis ducūtur.
7 Et ita loquuntur I.C. Vnde omnia †dicta, &
facta, quæ indicant propositum ante deli
ctum, comprehenduntur sub elementis 11.
secundùm Auctorem ad Heren. lib. 2. & an
te eum Aristo. prædicamenta decem consti
tuit, de quibus dictum est in tabula. Qua-

8 re ordine Auctoris excutiam indicia † verbi,& facti.& hoc mō non solū cognoscetur ꝓpositū. verū ēt reus,dū ignorabitur, Bart. in l.fi.ff.de q.ibi,vel q̃a inimicus, vel q̃a fecerit apparatus. Idē secundùm Oratores.est enim maxime consentaneū, atq; ꝓbabile, vt qd q̃s instituit facere, fecisse ēt videatur.
9 Si statuit † facere & potuit,fecit igitur. si attentauit, ꝑpetrauit igitur, q̃a omnes quod volunt,& possint, etiam exequuntur, & faciunt.vt per Arist. lib.2.Reth. c.35,

1 *Tractatus præsumi potest ex loco,vbi reus fuerit.*
2 *Reus, vt de tractatu possit condemnari, tria concurrere debent, secreta locutio, inimicitiæ capitales cum occiso, & quòd homicidium sit secutum incontinenti.*
3 *Homicidium si noctu sequatur, quomodo iudex suspectum interrogare debeat?*
4 *Conuiuia indicant propositum, & seditiones.*
5 *Locus quot modis accipiatur?*
6 *Tractatus initia, & consiliorum ex loco comprehenduntur.*

Elementa autem, de quibus supra sunt, vt infra. Cap. I.

1 VBi fuerit,† videlicet,secundū text.in l q̃ cū vno.§ fi.ibi. examinātur causæ,& cur,& vbi fuerit.& q̃d egerit. ff.de re mil. Idē apud Cic.in orōne. 1.in Catilinā ibi,vbi fueris,quos conuocaueris,qđ consilij cœperis,quem nostrum ignorare arbitraris? Vnde si qui secreto fuerint ī aliqua domo,seu loco,si exierint, & occiderint,ꝓsumetur de tractatu, & poterunt torq̃ri,no.in l.1.C.de ser.fug. Sed aliqui volūt, ꝙ interueniat secreta locutio, sed credo sufficere ꝙ conuenerint in illum locum,nā secreta locutio necessario subintelligitur. Sed
2 multi † tenent posse dānari,si tria cōcurrāt. Primo secreta locutio, secundo inimicitiæ capitales cum occiso,tertio ꝙ homicidiū sit secutū incōtinēti, secundū Ias.in supradicta l. Sed de hoc dubitatur, secundùm Io.And. in addi.ad Spec.de ꝑsump.ver.13. Itaq; tutius erit torqre,q̃ dānare. Itē secuto † aliquo
3 delicto noctu Iudex interrogabit suspectū, vbi fuerit illa nocte.cū quo prāsit,vel cœnauit,& si repietur mēdax, orietur cōtra eum maxima ꝓsumptio.vide Bart.in l.fi.ff. de q.
4 & vt † plurimū cōstituta cōuiuia indicāt ꝓposita,seditiones,& similia, vt Catilinæ,Lē-
5 tuli,Cæthegi. Sciēdum,† locum diuersis modis cōcipit,& tanquā speciē dicetur infra in
6 delicto, ex hoc autem † comprehenduntur initia tractatus, & consiliorum, vt supra.

1 *Loci si sint diuersi,diuersa coniectura concipitur contra reum.*
2 *Frequentatio loci indicat propositum.*
3 *Transitus per viam inconsuetam propositi indicium præbet.*
4 *Propositum indicat, si quis visus fuerit frequentare viam, qua illum, quem occidit, transiturum sciebat.*

Cap. II.

1 VBi visus sit,videlicet,ob diuersos † locos diuersa cōiectura cōcipitur,secū
2 dū Gād.in tit.de ꝑsump. & īd.dubi. Vnde † si q̃s visus fuerit sæpe ire, & redire ex aliqua via,siue loco,vbi eo die,vel postero hoiem interfecerit,ꝑsumitur, ꝙ sæpe trāsierit cā cōmittendi tale delictū, arg. l iusto. ff.de vsucapio. Itē si q̃s visus † fuerit
3 ire,vel venire per viā non consuetā,si hominē postea interfecerit,erit indicium propositi: nā ꝑsumetur voluisse celare scelus ꝑpetrandum,aut vt occidendum magis icautū inueniat.faciūt doctrinæ.in l.fi.ff.de rerū diui.nam lex male ꝑsumit de ijs,iuxta illud Euangelij,qui nō intrat ꝑ ostium fur est, &
4 latro. Itē alij † dixerunt, vbi visus est. videlicet,ante delictum illic fuisse,qua transiturū inimicū suspicabatur,solēt.n.q̃ hostibus insidiātur,ea loca insidere,qua illos iter facturos arbitrātur,vt incautos opprimant. Item oritur indicium ꝓmeditati,secundū Bru. in gl.circa tertiā ibi,& illo sero, quo fuit factū homicidiū, fuit visus ire per aliqua loca, in quibus vicinia eum nō consueuerat videre.

1 *Sociorum qualitas suspicionem maleficij, & propositi inducit.*
2 *Conuersatio cum malis hominibus inducit indicium ad torturam contra delinquentem.*
3 *Associatio mali hominis inducit indicium præmeditati, & consilij.*

Cap. III.

1 QVo cum visus sit,qualitas † sociorū inducit suspicionē maleficij, quare si delinquens visus fuerit conuersari cum inimicus occisi orietur īdiciū ꝙ de industria occiderit. Et secūdū aliquos
2 † ꝑ conuersationem cum malis hoībus ori-

eus

tur indicium contra delinquentē ad tortu-
rā, secundū Hip. in §. expedita. nu. 93. Sed de
hoc dubitatur, dictū est supra, de indicijs ex
psona. c. 3. Sed in l. Mosis vrgēs est indiciū.
c. 16. Isaiæ ibi, socij furū, & c. 4. Prouer. ibi,
puersi corde nō inueniūt bonū. Itē si sequa
3 tur † homicidiū, si itercesserit associatio ma
li ho s, licet in ea nihil fecerit, psumetur de
malo cōsilio, & de pmeditato. l. nō ideo mi
nus. & ibi doctores. C. de accus. & sic ex hoc
simplici sociatu oritur indiciū, & supra, pp
qualitatem personæ, nam consilia impio-
rum sunt dolosa. c. 12. & 14. Prouerb.

1 *Apparatus indicat propositum.*
2 *Arma ferens qui non assueuerit, præsumit præ-cogitasse, nisi contrariam causam ostenderit.*
3 *Arma euaginata portans præsumitur portasse ob facilitatē aggrediendi, et perficiendi delictum.*
4 *Exercens se in armis cum non sit solitus, præsumitur de delicto præcogitare. Idem si acuerit arma, vel aliquam experientiam fecerit, vel in loco vicino arma reposuerit.*
5 *Præsumptio propositi insurgit contra illum, qui asportauit bona sua de loco, vbi homicidium commisit, ad locum, ad quem postea confugit, vel si bona, vel eorū maiorē partē alienauerit.*
6 *Apparatus non debet videri frustra factus.*

Cap. IIII.

NVnquid appararit, videlicet equos
1 † ad cundū, arma ac cædem, & alia,
quis instrā p facinoris, qd objicitur
qualitate. Vnde armatus se non so-
2 litus, item ferens † arma, qui nō assueuerit,
præsumitur pcogitasse, nisi cōtrariā causam
ostenderit, per quā tollatur prædicta psum-
3 ptio l. 1. C. ad l. Corn de sica. Itē portās † ar
ma euaginata psumit portasse ob facilitatē
aggrediendi, & pficiēdi delictū. Itē exercens
4 † se in armis, cū non sit solitus. Itē si acuerit
arma, aut aliquā experientiā fecerit de illis.
si reposuerit alicubi arma, ibi, vel ēt in loco
vicino, postea deliquerit, psumitur ppositum.
arg. l. 1. §. vi possidetis. ff. de vi, & vi ar-
ma Quidā addiderunt nunqd fecerit, vide-
5 licet, si asportauerit bona † sua de loco vbi
postea commisit homicidium ad locum. ad
quē postea cōfugit. vel si qs alienauerit bo-
na, vel maiorē partē bonorum suorū. si po-
stea hominē occiderit, psumetur cōtra eum
de pposito. secundùm Blan. in gl. alienatio.
6 n. 76. Nō. n. videri † dēt frustra factus appara

tus, cū nihil actū, nihilq; dictū sine cā putetur.
l. qui cum vno. ff. de re mili. ibi, vbi fuerit,
& quid egerit.

1 *Amicorum, vel sociorum certo loco, & tempore conuentus, & adunatio, vt eos ducat ad maleficium indicat propositum.*
2 *Amicus secutus amicum cum ense, vt aliquo eum comitetur, si obuiam forte inimico fiat, an & quando de auxilio teneatur?*
3 *Ducens aliquem per locum, in quo scit inimicum offensi adesse, præsumitur particeps criminis.*

Cap. V.

NVnquem conuenerit, videlicet, cum
1 aliquo † statuit perficere certo loco
aut tpe. Vel secundū aliquos, nun-
quē iuerit inuētum vt ducat ad ma-
leficium. vide Fulg. in l. q si fugitiui. ff. de
2 edil edic. ibi Amicus meus venit † ad me, &
dicit, veni mecum, quia volo esse in vno ne-
gocio meo. Ego accipio ensem, & sequor
eum, ipse autē fit obuiā inimico suo, & occi
dit eum, an ego tenear quasi auxiliator? Di-
citur, q si ignorās sum secutus eum, & cum
ipse insultans est illum, ego me retraxi, q
nullā pati debeo pœnā, idem ēt si discedere
non potuissem, vbi autē cum potuissem re-
cedere stetissem, tunc sine dubio non essem
innocens. Item sciens inimicum † offensi in
certo loco, conueniens, & ducens eum per
dictum locum, præsumitur particeps crimi-
nis. l. penul. ff. de vi bon. rap.

1 *Associans delinquentem ante delictum, videtur socius criminis, licet nihil fecerit, modo armatus fuerit.*
2 *Conscij qui sint, & qui teneantur de delicto?*

Cap. VI.

NVnquem habuerit conscijs, videlicet
aliquem de ijs, cum quibus præsumi
tur tractasse ab initio. Potest etiam
1 † taliter intelligi, videlicet associās de
linquentē ante delictum videtur cōscius cri
minis, licet nihil fecerit, mō armatus fuerit,
secundùm Bal. in l. 1. C. de ser. fug. Et hoc di-
2 cetur ēt in tit. post delictum Alii ēt † sic itel-
ligunt, videlicet hic, vel ille cōscius fuit, vt i
oratione pro Milone dicitur Marcum Fauo
nium fuisse conscium voluntatis Clodij,
cui dixerat, Milone triduo periturum.

1 *Propositum indicatur, si veteres hospites, aut clientes domi delinquentis fuerint, vel si delinquens habuerit malos famulos.*

2 *Adiutorum conquisitio, & conuocatio, propositi consilij indicium præstat.*

3 *Adiutores varie considerantur.*

4 *Mutuans pecuniam ei, qui statim deliquit, præsumitur adiutor.*

5 *Delinquens si sit persona vilis præsumitur cum auxilio fecisse.*

6 *Comitatus, & multitudo adiutorum parit indicium deliberationis.*

7 *Coadunatio quando plures occidunt, in dubio, an præsumatur de industria facta?*

8 *Rixa quando censeatur pura, & quando præmeditata?*

9 *Coadunatio censetur malo animo facta, delicto secuto.*

10 *Præsentia si delicto adhibeatur, deliberationis indiciū oritur, modo illa præsentia fiat animo se immiscēdi, si opus esset. Secus si forte fortuna, & quādo quis dicatur adesse cū se immiscēdi.*

Cap. VII.

1 DE adiutoribus, videlicet veteres †hospites, aut cliētes domi delinquētis fuerunt, vel habuit malos famulos, 2 qua de re pcogitasse vr̄ per text. in §. hoc autē. in Auth. de nō alienan. Itē†aliter si delinquens elegit idoneos, relinquendo inutiles domi, vel ēt pōt dicere de potentibus amicis, hæc. n. psidia non solū qui habēt, plurimū posse videntur, sed ēt 2. q. tales amicos habēt, aut cōscios, si quidē auxilijs is, erit adminiculis, & instris fræti delinquūt. Præ3terea variè †cōsiderātur adiutores, secūdum Bal. in l. hæc verba. ff. de infa. Vnde si qs mu4tuat pecuniā alicui, & is, †cui mutuauit, statim cōduxit gētes contra ciuitatē mutuantis, vel q d simile fecerit, psumitur mutuauisse tali cā, eritq; psumptio iuris, & de iure, secundūm Bru. in gl. circa quartā. Et simili 5 mō quādo delinquēs est persona seruilis, & magnū facinus cōmisit, psumitur cū auxilio fecisse. l. q cunq;. C. de ser. fug. Itē aliter 6 pōt intelligi sicut apud Cic. spectatur comitatus Clodij, & Milonis. Et multitudo adiutorū parit idiciū deliberationis, licet secun7dū†aliquos in dubia re nō psumatur coadunatio in pluribus occidentibus, nisi pbetur clare de industria coadunatos esse, secundū Bal. in l. nō ideo. C. de acc. Hip. in §. cōstatē. 8 nu. 45. Diceret tamē psumi casu euenisse rixā, nisi pbetur ante rixā coadunatos fuisse, nec est necesse, (iudicio meo) pbare, φ coadunatio sit facta de industria, sed sufficit p9bare, φ sit facta coadunatio, & c. n. †psumitur fieri malo aīo ob effectū secutū, nā si facta sunt ea, q̄ posterius fieri, ac sequi solēt, facta esse priora, & q̄ illorū gratia instituebātur, 10 existimandū est. Per psentiā†adhibitā delicto oritur idiciū deliberationis, mō illa psentia fuerit aīo se immiscēdi, si oporteret, secus si forte fortuna, secūdū Bal. i l. 1. ff. de ser. corrup. & tūc dr adesse aīo se immiscēdi, cum fuerit quis coadunatus ante delictum.

1 *Armorum, ac cæterorum instrumentorum genus deliberationem ostendit.*

2 *Ambulans cum armis hastatis, arcu, balistis, & similibus indicat habere animum occidendi.*

3 *Adiumenta diuersis modis considerantur.*

4 *Pecuniæ suggestæ, & alia similia accommodata sunt adiumenta, & instrumenta ad aliquid agendum.*

Cap. VIII.

DE adiumentis, videlicet, de ijs rebus † quas delinquens auxilio fore arbi1trabatur, vtputa, arma, & q̄libet instrumenta, ex genere. n. armorū, cæterorūq; īstrumētorū psumitur aīus, & atrocitas maleficij, secundū Bal. & Saly. i l. 1. C. de emen2da. ser. Quare si qs†ambulauerit cū armis hastatis, arcu, balistis, & similibus indicat animū occidēdi. l. 1. §. diuus. ff. de sica. Adiumē3ta † quoq; diuersis modis cōsiderātur, sicut 4 supra de adiutoribus, nā pecuniæ† suggestæ, & alia similia accommodata sunt adiumenta, & instrumenta ad aliquid agendum.

1 *Locus, in quo quis præter consuetudinem fuerit, vel in quo versari non consueuerat, vel non debebat, propositi indicium præbet.*

2 *Occidens aliquem in loco, in quo versari non soleat, præsumitur consulto occidisse, & tale iter fecisse occidendi causa.*

Cap. IX.

1 NVnquo ī loco†pter cōsuetudinē fuerit, videlicet, ī quo suspectus erat, siue ibi, vbi versari nō cōsueuerat, nec dēbat, notatur ī l. 1. §. diuus. ff. de sica Vn̄ ēt 2 si qs hoiem occiderit ī aliqua ciuitate, siue loco, quo nō sit solitus versari, psumet consulto occidisse, & tale iter fecisse occidendi causa. vide Bal. in l. fi. ff. de q. & ī l. fi. C. eod.

SVM-

1 *Tempus præpositi argumenta præbere potest.*
2 *Tẽporis duplex est significatio, generaliter enim, & specialiter accipitur.*
3 *Tempus speciale ad indicia magis confert, probationesq; affert inexpugnabiles.*
4 *Tẽpus ad indicia elicienda quõ cõsiderari debeat?*
5 *Temporis longinquitas est inspicienda, nam sæpe oportet commetiri cum tempore negocium.*

Cap. X.

1 AVt alieno† tẽpore, videlicet minus conuenienti, vt si noctu dicatur egressus domo, vel ex vrbe, & in aliquo loco eo tempore visus fuisse, & sic ex antecedentibus deducũtur argumẽta, videlicet, noctu exijsti, proficiscẽtem antecessisti, nunq͂d ẽt noctu, quod in die fieri
2 cõmodius videbatur posse. Et tẽporis † duplex est significatio. generaliter. n. & specialiter accipitur, p̃teritum habens, instãs, & futurum, & constituta discrimina, vt æstate, hyeme, noctu, interdiu, & fortuita, ut in pestilentia, in bello, in conuiuio. Speciale autẽ
3 tps† ad indicia magis confert ꝓbationesq;
4 affert inexpugnabiles. Vnde† cõsiderari debet tps, & anni, & mensis, & diei, & noctis, & uigiliæ, & horæ, & in aliqua parte alicuius horum, vt apud Cic. in oratione ꝓ Mil. dr̃ Clodium pridie eius diei discessisse, quo discessurũ sciebat Milonem, cuius iter solẽne, & necessarium ignorari nõ poterat. Et I. C. cõsentiunt per tps oriri indicium ante delictum, in delicto, & post delictum, in q͂bus põt considerari. quid ocyus, & quid serius
5 futurum sit. Et communiter† in tẽpore perspiciendo longinquitas eius est consideranda, nam sæpe oportet commetiri cũ tempore negotium, vt in sequenti titulo dicetur.

DE INDICIIS HOMICIdii præmeditati in delicto. Tractatus IIII.

SVMMARIVM.

1 *Indicia propositi ex quibus in delicto oriantur, & deducantur?*
2 *Codẽnati plures si delinquant, præsumuntur ex proposito delinquere.*
3 *Obuians forte si occidat, non punietur de præmeditato, licet animum occidendi habuerit.*
4 *Accidentia, quæ in delicto spectentur, ut indicia deliberationis oriantur?*

1 IN homicidio deducũtur indicia, considerando, cur† aliquid in delicto de industria, & data opera factum sit, vt spes perficiẽdi nata, & q̃sita esse videatur, de qua industria legitur tex. c. 21. Exod. & l. fi. ff. de sica. & l. 2. ff. de vi bon. rap. quib. iurib.
2 ꝓbatur, ꝙ si hoĩes† ducti, & coacti fuerint committere illud delictum, tunc p̃meditatũ censetur, secus q̃n id cũ consilio, & cura perspicere non potuerũt, & impetu quodã animi potius, q͂ cogitatione fecerint, uide Ci. lib. 2. de Inuen. tit. 2. de const. coniect. Idem secundum Bal. in homicidio ex aliqua cã, siue re nõ oritur indiciũ deliberationis, q̃n apparet ꝙ rixantes sibi obuiauerint casu, vide eũ in l. 1. C. ad l. Cor. de sica. Quinimò si-
3 quis† habuerit aĩum occidendi, modo forte obuians occidat, nõ punietur de p̃meditato per tex. in c. 21. Exod. de hoc diximus supra in ti. de causis c. 1. In delicto aũt hæc spectãtur Locus, Tps, Modus, & Facultas, & per
4 hæc accidentia † oritur indicium deliberationis. Et sicut inimicitiæ, & reliquæ causæ, atque consilia, pro vt supra, impellunt ad maleficia, ita per hæc ostenditur idonea perficiendi facultas esse quæsita.

1 *Locus in delicto deliberationis indicium an præbere possit?*
2 *Loci opportunitas ex quibus quæratur?*
3 *Occidens hominem in prætorio, vel ecclesia, præsumitur deliberate occidisse.*

1 ALocò præcipue coniectatur, cum euidentia loci † sit una ex quinque speciebus probationum, de quibus not. extra de rest. spol. c. cum ad sedem, quare spectetur locus in quo homicidium factum est ex opportunitate, q͂ reus
2 videtur habuisse. Ea uero † opportunitas quæritur ex magnitudine, interuallo, longinquitate, propinquitate, solitudine, celebritate, & demum natura ipsius loci opportuni. siue diuersi consiliis. Nunquid ẽt eo loco occisus perspici, aut exaudiri potuerit, & num demnm locus publicus, vel priuatus,
3 an sacer fuerit. Vnde siquis † occiderit hominem in prętorio, vel ecclesia, pręsumetur consulto, vel (vt aiunt) deliberate occidisse, quia non est præsumendum, quòd nisi magna causa uoluerit in tali loco occidere, vide Alber. in tract. 3. stat. 9. 64.

1 *Tempus reddit graue delictum.*
2 *Noctu agens præsumitur male agere.*
3 *Temporis spatium quomodo consideretur?*

1 A Tpe p̄sumitur, quia † reddit graue delictũ l.aut facta,§.tp̄s.ff. de pœn.
2 nã lex p̄sumit cõtra agentẽ noctu iuxta euãgelium,q male agit, odit lucem. Qua de re si delictum fiat nocte, p̄sumitur deliberatum,scd̃m Alber. in tract. supradicto Sed scd̃m Oratores latius dic, videlicet,qua parte anni,noctu, an inter diu, & quota diei ac noctis hora homicidiũ fa-
3 ctũ esse dicat, nam ẽt momẽta ualent, † & eiusmodi tpibus spaciũ in cõsideratur,satis ne lõgum fuerit ad eã rem transigẽdam, & potuerit ne reus scire satis ad id pficiendũ spacij futurũ, & sæpe oportet cõmetiri cũ tpe negocium,& videre potuerit ne aut magnitudo negocii, aut multitudo rerũ in eo tpe trãsigi, nã parui refert satis spacij fuisse ad id pficiẽdũ,si id ante sciri,& ratione prouideri non potuerit. Idem probatur per gl. & quæ ibi.not.in l.si vt allegas.C.de sica.

1 *Occasio deliberationis indicium præbet. & quomodo ea consideratur?*
2 *Occasio quæ propriæ sit? & ex quibus oriatur?*
3 *In tempore quæ considerari oporteat, & quæ in occasione?*
4 *Tempus, & occasio in quibus inter se differant?*

1 A B occasione orit̃ † deliberatio, nã malus aĩus occasionẽ q̃rit. Sed dupliciter cõtingit,primo q̃ritur idonea ne satis fuerit ad delictũ adoriẽdum,& hæc aliquid cogitato factũ ostẽdit. Scd̃o an alia melior,q̃ præterita.aut non expectata,& hæc excusat. Exẽpla extãt apud Cic.in orat.pro Mil.quem, fatetur habuisse occasionem occidendi Clodium. E contra aũt inquit,Clodium,captasse occasionẽ oc-
2 cidẽdi Milorem.Sed oportet scire,†q̃ pprie sit occasio,quare dic, q̧ est pars tpis habẽs in se alicuius rei faciendæ, aut non faciẽdæ opportunitatem. Et tp̄s actionis alicuius opportunũ occasio est.Hæc oritur ex actionib. humanis non impedientibus, vt puta seruus dormiens dat furantib. occasionem.
3 Item in † tpe.mensura, & spacium considératur,in occasione qualitas tẽporis ex qua nascitur opportunitas, seu commoditas fa-
4 ciendi,& non faciendi aliquid.Itaque † hoc tantum distant Tempus & Occasio, genere autem similia sunt.

1 *Modus delicti perpetrati, deliberationis indiciũ præstat.*
2 *Modus percutiendi præcogitationem ostendit.*
3 *Caput percutiens, videtur fecisse, vt certius offendat, & occidat, & quid si bacculo percusserit?*
4 *Multitudo, magnitudo, multiplicatio, & geminatio vulnerum propositum indicat.*
5 *Proditorium propositum per modum percutiendi concipitur.*

A Modo, quo q̃ritur quẽadmodũ qd
1 sit † factũ,idq; scd̃m Oratores tum ad qualitatem pertinet, tum ad cõiecturas, põt probari in l. aut facta, §.qualitate.ff.de pœn.Vnde siquis percusse-
2 rit † aliquem post terga,vel nullis dictis uerbis in capite, seu pectore, per hæc demon-
3 strat p̄cogitasse, q a percutiendo † in capite videtur fecisse,vt certius offẽdat scd̃m doc. in c.signif.de homic. Vnde sensẽrũt aliqui, q̧ siquis percusserit aliquem super caput baculo,siue alio simili instrõ, tñ, quia pcussit in capite præsefert animum occidẽdi, secus si in alia parte corporis,vide Bald. in l.sed si quæcunque.§.si magister.ff.ad l.Aquil. Per
4 multitudinem,†& magnitudinẽ vulnerum p̄sumitur pmeditatum. Item p multiplicationem aut p geminationem,& hoc qñ nõ
5 apparet pura rixa. Item per†modum concipitur ppositũ pditorium,scd̃m Bar. in l.respiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn.videlicet,preposito antecedenti insultando,& alio modo proditorio,videlicet, si sedens tecum in mensa, nulla interueniente rixa te offendero,vel quid simile fecero,vt ibi.

1 *Facultas delinquendi quomodo consideretur?*
2 *Tractatus præsumitur quãdo homicidiũ committitur cum multitudine personarum, nisi ex accidenti, seu casu tales personæ superuenerint.*
3 *Facultas occidendi quando præstari videatur, & unde indicium tractatus oriatur?*
4 *Astans armatus dum delictum committitur, licet aliquam demonstrationem non faciat, facultatem delinquendi præbere dicitur, modo delinquenti auxiliari potuisset.*
5 *Associans delinquentem post delictum, delinquẽdi facultatem præbuisse dicitur.*

6 *Auxilium præstare dicitur ille, qui contra eum, qui offenditur, acclamat.*
7 *Auxiliari ille dicitur, per quem insultatus redditur timidior, & insultans audacior.*
8 *Præsentia adhibita delicto facit indicium occulti auxilij, si personæ fuerint ante delictum congregatæ.*
9 *Prohibere potens si non prohibeat, præsumitur particeps criminis, & an hinc oriatur præsumptio occulti auxilij?*
10 *Prohibere valens, si non prohibeat, an & quãdo particeps criminis, & auxiliator existimetur?*
11 *Domini tenentes famulos malæ vocis, famæ, & conditionis, de illorum delictis tenentur.*
12 *Personæ qualitas ad argumenta, & indicia habenda, est consideranda.*
13 *Personæ vitia sicut onerant delinquentem, ita contraria eleuant.*
14 *Qualitas offendentis inducit excusationem, siue accusationem, & demonstrat animum fuisse, vel non fuisse offendendi.*
15 *Atrocitas delicti ex quibus crescat.*

1 A Facultate cõsideratur† copia, & potestas instrumentorũ, aut earũ rerũ ob quas aliquid facilius, aut sine q̃bus omnino confici non potest. facultates quoque p̄cipue considerandæ sunt, credibilius est occisos à pluribus pauciores, ꝗ̃ à p̄paratis inopinantes. hinc illa apud Cic. coniectura, insidiatus est Clodius Miloni, nõ Milo Clodio. ille cũ seruis robustis, hic cum mulierũ comitatu. ille equo, hic rheda. ille expeditus, hic penula irretitus. Idẽ secundũ
2 Jurisp̄itos p̄sumitur tractatus, q̃n cõmittitur homicidiũ cũ multitudine ꝑsonarũ, nisi ex accidẽti, seu casu tales personæ sup̄uenerint, dic vt in antecedẽti trac. in ver. de Adiu
3 toribus. Itẽ facultates † occidẽdi p̄stari vñr,
4 & indiciũ oritur tractatus, quãdo† aliq̃s aggreditur aliquem, si ibi vnus, vel plures fuerint armati, siue ẽt remoti, modo potuissent auxiliari delinquenti, licet aliquã nõ faciãt demõstrationẽ, secundũ Bal. in l. 1. C. de ser. fug. Intellige tamẽ p̄dicta, si post delictum
5 † associant delinquentẽ, secundũ eundẽ in l. non ideo minus. C. de accus. tollitur tamẽ dictũ indiciũ, si ꝓbauerint casu venisse, vt in
6 supradictis legib. Quin ẽt† dicitur p̄stari auxiliũ acclamãdo cõtrã eũ, q̃ offenditur, & re
7 gula iuris est, ꝙ ille dicitur † auxiliari, ꝑ quẽ insultatus redditur timidior, & insultãs audacior secundũ Bal. in supradicta, non ideo
8 minus. Demũ† p̄sentia adhibita delicto facit indiciũ occulti auxilij, si tales ꝑsonæ fuerit congregatæ ante delictũ, vide Hip. in §. con
9 stãte, nu. 45. Item cui ptãs† est ꝓhibendi, ne q̃s offendatur, & nõ ꝓhibet, p̄sumitur particeps cris ꝑ regulam, videtur occidere, q̃ põt ꝓhibere. & l. scientiã. in prin. ff. ad l. Aqui. vide Gand. in tit. de p̄sump. & indi. in dubi. & quandoq; oritur p̄sumptio occulti auxilij. Sed secundũ aliquos, neq; indiciũ, neq; suspicio oritur, nisi alia concurrant, vtputa, si post delictũ associauit delinquentẽ, aut aliæ insit causæ, & circunstantiæ, aliter nõ p̄sumitur particeps. no. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. Sed in hac materia est bona gl. in l. cul-
10 pa caret. ff. de reg. iur. ibi. Sed q̃d† si possum ꝓhibere Titiũ iniuriari Sẽpronio, an dẽam iuuare? Respõdeo secundũ canonicos doct. ꝙ sic, verbis interponẽdo me honesto mõ. Sed secundũ I. C. nõ, nisi in ijs, quos habeo corrigere, vt in p̄missis videlicet, filijs, & seruis. Hinc de delicto ammisso à filio vidẽte patre, & nõ ꝓhibẽte, nec clamãte cõtra filiũ, tenetur sicut ipse. Idẽ in dño contra ser-
11 uũ, † ꝙ extẽde ad nobiles tenẽtes seruitores malæ vocis, cõdõnis, & famæ, vt de illorũ delictis teneantur, nec audiuntur ignorãtiam per allegantes, cũ debuerint considerare ea facile euenire, posse, & ꝑ similes ꝑsonas cõmitti, vnde si famulus ignẽ mitteret in domũ cõductã dñs nõ tenetur nisi habuisset seruos malæ cõdõnis, quia tũc in cã est, tenendo similes ꝑsonas. not. in l. seruus. ff. ad leg. Aq l. Circa p̄dicta. vide Ias. i d. l. vt vim. Aliqui tñ senserunt, ꝙ si q̃s potuit sine periculo vitæ suæ ꝓhibere, & nõ ꝓhibuerit. tali casu p̄sumatur particeps criminis, q̃a quisq; cogit defendere bona ẽt inimici, tanto magis ꝑsonã, iux. tex. i c. 23. Exod. in princ. Hñi
12 † tñ debet rõ personæ, nam multi sunt ita natura timidi, ꝙ ob timorẽ patiũtur verberari, licet possent verberare. Vñ ex qualitate ꝑ sonę sæpe apud I. C. arguitur, & fit cõsequẽtia
13 & sicut † vitia ꝑsonæ p̄mũt, & onerant delinquentem, ita contraria eleuant, nam qua
14 litas † offẽdẽtis, ita inducit excusationẽ, siue accusationẽ, & demõstrat animũ fuisse, aut non fuisse offendẽdi. not. in l. si mater. C. ne
15 de sta. defunc. Et demum † atrocitas crescit ex ijs, videlicet, q̃d factum sit, à quo, in quẽ, quo animo, quo t̃pe, quo loco, quo modo.

DE INDICIIS MALEFICII præmeditati post delictum. Tract. V.

SVMMARIVM.

1 *Indicia post delictum ex quibus oriantur.*
2 *Associans delinquentem ante, vel post delictum nunquid videatur socius criminis.*
3 *Consilij, vel occulti auxilij præsumptio oritur contra associantem post delictum.*
4 *Receptans scienter malefactorem in domo sua post delictum præsumitur particeps criminis, & poterit torqueri, nisi receptus sit recipientis consanguineus, vel aliqua alia iusta cā probetur.*
5 *Prohibens reum capi, videtur conscius criminis, si affuit delicto, non si incidenter accurrit.*

1 POst delictū †oriuntur indicia, considerando, quid postea factū sit, facta enim quæq; antecesserunt, quæque insecuta sunt, spectanda sunt. Occurrunt hic nonnullæ q̄ones scribentium, videlicet, si quis asso-
2 ciatus †fuerit delinquentem post delictū cōmissum, nūq̄d videatur cōscius criminis? Et multi tenent, quod sic. Cōclusiue tñ dicēdū est, & distinguendū, aut iste associatus est delinquentē ante delictū, & tali casu tenetur, & cōuincitur, q̄a ꝑ p̄cedentē & subsequentē actū associationis accusat se, atq; ꝓpallat, sin aūt post delictū tm̄, tūc distinguendum, videlicet, si subito apparuit, tūc p̄sumitur sciuisse: aut ex mora, & interuallo apparuit, & tunc nō p̄sumetur cōtra eū, q̄a tali casu p̄sumetur accurrisse incidenter, & ꝑ rumorē. vide Sali. in l. vnica. C. de rap. virg. Bald. in l. nō ideo minus. C. de accu. Hip. in §. cōstāte.
3 nu. 55. q̄ tenet cōtra associantē †post delictū oriri p̄sumptionē cōsilij, vel occulti auxilij, per quā cogitur ꝓbare contrariū. Si q̄s scie-
4 ter †receperit malefactorē, seu delinquentē in domo sua post maleficiū ꝑpetratū p̄sumitur particeps crīs, & poterit torq̄ri. l. 1. C. de ijs, qui latro. Fallit tñ, si receptus erat cōsanguineus r̄cipiētis, siue ēt aliqua alia iusta cā ꝓbabitur, secundū not. in supradicta l. Pro-
5 hibētis reū † capi, videtur conscius crīs. vide Blanc. nu. 294. Sed intellige quoties ꝓhibens affuit delicto, secus si incidenter accurrit, ꝙ cogitur probare. vide in simili Hip. in supradicto §. cōstante, & in prin. huius trac.

DE INDICIIS MALEFICII præmeditati ex non facto, seu cur facto, ante, in, & post delictum. Tractatus VI.

SVMMARIVM.

1 *Indicia secundum antiquos, ex quibus locis capiebantur?*
Solicitans, siue quæritans quod ad eum non spectat, indicat contra se.
3 *Faciens id, quod fieri non solet, nec debet: at non faciens id, quod fieri solet, aut debet, contra se indicat.*

ET si apud Legistas supradicta videantur comprehendi sub facto. Expedit tamē scire locos Antiquorū, ex q̄bus capiebāt indicia, quos Cicero est secutus in lib. 2. c. 2. de inuen. cuius verba nō sunt prætereunda, q̄a ꝑ ea totius negocij gestio ꝑ-
1 tractabitur. Quare, quo cōsilio, qua spe perficiendi, quidq; factum sit, cur hoc mōpotius, q̄ illo, cur ab hoc potius, q̄ ab illo, cur nullo adiutore, aut cur hoc, cur nemo sit cōscius, aut cur sit, aut cur hic sit, cur hoc ante factum sit, cur hoc ante factum non sit, cur hoc in ipso negocio, cur hoc post negociū, aut q̄d factū de industria, aut quid rē ipsam consecutū sit, cōstet ne orō, aut cū re, aut ipsa secū, hoc huiusne rei sit signū, an illius, an huius, & illius, & vtrius potius, q̄d factū sit, ꝙ nō oportuerit, aut nō factū, ꝙ oportuerit.
2 Solicitās, siue †q̄ritās ꝙ nō ad eū nō spectat, īdicat cōtra se. vide Hip. § diligēter. nu. 150.
3 Et suspicio oritur †quoties quid facit, ꝙ fieri non solet, neq; oportet, neq; est rō, quare hoc ꝑꝑ hoc fiat, & ecōtra, quoties quis non facit, quod fieri solet, aut debet. [Quādoq; etiam ex abundante cautela in hac materia, & in omni fienda suspecta, & tam facti q̄ dicti per reū fraus, & dolus p̄sumitur, & sinistra oritur suspicio, secundū glo. no in l. si quis sub cōdōne hæredes. ff. de cōst. inst.]

DE INDICIIS MALEFICII præmeditati ex dicto. Tract. VII.

SVMMARIVM.

1 *Indicia maleficij præmeditati ex dicto.*
2 *Indicium propositi cōtra eum oritur, qui dixerit,*

quod

quòd traheret occiso vnam pennam de ala. Vel quòd faceret male capitare, vel quid simile.

3 *Propositum præsumitur contra eum, qui dixit, non diligo talem, vel sum ei nociturus si potero, si eum postea occiderit.*

4 *Occidisse ex proposito ille præsumetur, qui alicui prædixerit, quod si senserit rumorem, non se moueat. Vel quòd sentiet aliquid noui.*

5 *Mandatum, seu consilium præsumitur si quis locutus fuerit cum aliquo, & ille statim iuit, & occidit.*

6 *Locutio in aure quando indicet mandatum, vel consilium.*

7 *Causæ ni præcedent, nec causatum præsumitur.*

8 *Mandatum præsumitur contra dominum, qui famulo suo dixit, non redeas domum, nisi sentiā aliquid noui, si famulus aliquem occiderit.*

9 *Iactans se aliquem occisurum, si eum occidat, propositum præsumitur.*

10 *Minæ præcedentes indicant propositum, quando constat minantē occidisse eū, cui minatus est.*

11 *Indicia verbi duplicem vim habent.*

12 *Is videtur fecisse, qui prædixit facere.*

13 *Minans, & iactans de aliquem occidendo, an sit solitus minas exequi, quomodo consideretur?*

14 *Minatus si minantem occidat, an præsumatur ex proposito occidisse?*

15 *Minatum fecisse ad sui defensionem quando præsumatur?*

16 *Factum quid ad defensionem fuisse per coniecturas probatur.*

17 *Minans, quando non constat de interfectore, an possit torqueri?*

18 *Causæ, quæ inducunt homines ad maleficia patrando, vltra inimicitias sunt multæ.*

19 *Minans an possit impune offendi ab eo, cui minatus est, in illo actu minandi?*

20 *Pœnā homicidij iusta causa, & dolor diminuit.*

1 DIcta, queque †antecesserunt, quæq; secuta sunt, considerari oportet, nā ex qualitate verborū aīum metimur & probatur præsumptione verbi. Quare capiemus īdicia ante delictū. Et secūdū Gand.
2 oritur indicium propositi † contra eū, qui dixerit, ꝙ traheret occiso vnam pennam de ala, vel ꝙ faceret eū male capitare, vel quid
3 simile. Itē si quis dixerit, non †diligo talē, si eū postea occiderit, ꝑsumetur ꝓpositum. Et silr̃ si dixerit se nociturū, si poterit, vide Alberi. in l. metus. C. qđ metus cau. Item si di-
4 xerit †alicui, ꝙ si senserit rumorē, nō se moueat, vel ꝙ sentiet aliquid noui, ꝑsumetur ex ꝓposito occidisse, vt ꝑ Bar. in l. si vētre. ff. de
5 priuil. credi. Item †si q̄s locutus fuerit cū aliquo, & ille statim iuit, & occidit (q̄uis nesciatur quid dixerit) ꝑsumet de mādato, siue cōsilio, sicut ī dn̄o loquente in aurem famuli.
6 Intellige tñ ꝑdicta, si incontinēti †sequatur delictum, & qñ ille, quē alloquitur, pariter est inimicis capitalis, aliter illa locutio, et cū facto subsecuto non facit indicium, nā si
7 non ꝑcesserunt †causæ, nec causatum ꝑsumitur secūdū Bru. in qō. inci. circa tertiā. Itē si
8 dn̄s †famulo dixerit, non redeas domum nisi sentiam aliquid noui, si famulus aliquē oc-
9 ciderit, ꝑsumetur de mandato. Item †si q̄s iactauerit de occidēdo aliquē, si eū occiderit, ꝑsumetur ex ꝓposito occidisse, & poterit dānari ꝓꝑ secutum effectū, & hoc casu nō cōsideratur qualitas ꝑsonæ, si vero nō cōstabit de occisore, tūc spectabitur ꝑsonæ qualitas secūdū Guid. Suz in gl. sed si ꝑter famā. Idē
10 ꝓꝑ †minas præcedentes oritur indicium ꝓpositi, dūmodo cōstet minantē occidisse eū, cui minatus est, nec distinguitur qñ cōstat, an solitus sit exequi minas. Et in ꝑmissis no-
11 tandū est, ꝙ indicia †verbi duplicē vim hn̄t, sicut alia indicia, videlicet, quis fecerit, qñ
12 ignoratur, & quo aīo. Etenim †is vr̃ fecisse, qui prædixit facere, sed in hoc differt, ꝙ
13 qñ per supradicta indicia †quæritur quis fecerit, tūc distinguitur, an minās, iactans sit solitus exequi minas, & sic de aliis, secus aūt qñ constat prędictos occidisse, quia tunc prędicta oīa indicia sūt grauia, & sufficiētia ad cognoscēdū de ꝓposito. Et per ea ꝓcedi pōt ad torturam, siue in aliquibus ad cōdēnationem, vt infra dicetur. Scribētes dn̄t præsumi
14 †de ꝓposito cōtra minatum, si cōtinget eū occidere minātē, q̄a metus est vna ex causis impellētibus ad maleficia. Sed ego dico ꝑsumi contra minatū, qñ cōstat ipsum cœpisse
15 rixam, aliter præsumi †contra minanté, & ꝙ minatus fecerit ad sui defensionē, q̄a in cri-
16 minalibus, ꝙ †q̄s fecerit ad sui defensionē, ꝓbatur ꝑ cōiecturas, vide Ias. i l. vt vī. ff. de iusti. & iu. Postremo maximū est certamen
17 apud doctores, an minās, †qñ nō cōstat de īterfectores, possit torqri. Et secūdū Speculatorē pōt. vide in tit. de ꝑsump. §. fin. Sed cōtra notatur in l. fi. ff. de hær. insti. Alii distinguūt, ꝙ si minās est potēs, & solitus exequi minas, ꝙ tūc possit torqueri, alii aūt, ꝙ possit

sit damnari. Hipp. in §. diligenter, num. 81. Alij vero dixerũt posse damnari, qñ tria cõcurrunt, videlicet, inimicitiæ, minæ, ꝑcussio cũ paruo ĩteruallo. Vide Bru. in tit. circa tertiam. Sed hæc opinio non placet, maxime, qñ offensus hẽt alios inimicos, ac ẽt, quia
18 †plures sunt causę, q̃ indicunt hoĩes ad maleficia, vltra inimicitas. Quare non cõsequitur necessario, ꝙ sit occisus à tali, cũ ab alijs potuerit occidi. Occurrit hic qõ, ꝙ minans
19 † possit impune offendi ab eo, cui minatus est ĩ illo actu minãdi secũdũ Hipp. in d. §. diligenter. Sed contra existimo ꝗa nõ dr̄ factum cum moderamine. not. in l. vt vim. ff. de iust.
20 & iu. Nõ tñ punietur pœna ordinaria. [†ꝗa pœnam homicidij iusta causa, & dolor diminuit, not. in l. quicquid calore de reg. iur.]

EX DICTO IN DELICTO, seu post delictum. Tract. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Clamor vulnerantis exauditus, an faciat indicium ad torturam?*
2 *Vox hominum est fallax, quia reperiuntur multi consimilem habere vocem.*
3 *Vox clamantis exaudita non habet vim probationis, sed indicij, nisi alia concurrant.*
4 *Clamor vulnerati, dicentis se offendi à tali, an contra nominatum indicium faciat?*
5 *Offenso non creditur sine alijs qualitatibus, etiam quòd haberet in manibus corpus Christi. Et quid si sit in articulo mortis, & id iuret?*
6 *Indicium ad torturam ex dicto offensi quando oriatur.*
7 *Offensi dicto quando non sit credendum? nec inde oriatur indicium ad torturam?*
8 *Offensi dictum, quando cognoscere non potest ob aliquas circumstantias offendentem, non facit indicium ad torturam.*
9 *Offensus quando non præsumatur mentiri?*
10 *Mulier clamans sibi vim inferri, facit indicium, si reus fuit cognitus.*
11 *Clamans contra offensum, licet nihil agat, censetur conscius.*

De dicto offensi, & delinquentis. Cap. I.

1 QVæritur, an per†clamorẽ vulnerãtis sine alijs oriatur indicium ad torturã? videlicet, qñ testes deponunt audiuisse delinquentẽ, & cognouisse ad vocẽ? Et secũdũ aliquos testimonium eiusmodi valet, & ꝓbat, videlicet, qñ ꝗs audiuit vocem alicuius, licet non viderit loquentem, vtputa, ꝙ sit paries de medio, vel aliqua alia res inter loquentẽ, & testem: & de hoc est gl. not. in l. 1. §. idem Labeo, & in l. 2. in ver. audierunt. ff. de aqua pluuia. arcen. & Bal. in l. conuenticulas. C. de epis. & cler. Idem in l. Mosis, c. 22. Exod. & Iudicum, c. 18. ibi, agnoscentes vocẽ adolescẽtis, & lib. 1. Regum, c. 27. circa finem, ibi, cognouit Saul vocem Dauid. Sed ꝑdicta credo nõ esse vera, nisi alia cõcurrãt, ꝓut in di-
2 ctis iuribus; & re vera †vox hoĩum fallax est: ꝗa reperiũtur multi cõsimilem hr̃e vocem, & simili modo potest dissimulari. Vnde alijs
3 † non cõcurrentibus (iudicio meo) nõ habebit vim probationis, sed indicij, & ita semel
4 iudicaui. Econtra autẽ †per clamorem vulnerati, & offensi clamantis se offendi à tali, potest oriri aliquod iudiciũ, licet variæ sit opiniones scribentiũ: nã secũdũ aliquos dicto offensi, etiam ĩ mortis articulo constituti nõ creditur, neq; oritur aliqđ ĩdiciũ ad torturam, nisi fuerit vallatum alijs circunstantijs, vtputa inimicitijs, & similib. vide Alex.
5 cons. 14. vol. 3. vbi dicit, †non creditur offenso sine alijs qualitatibus, etiã ꝙ haberet in manibus corpus Christi. Alij autem senserunt, vt credatur offenso etiam ad torquendum: limitãdo tamen, vt is offensus illud dicat in articulo mortis, & cum iuro Bald. in auct. si dicatur. C. testa. Hippol. in §. diligenter, num. 118. sensit, ꝙ si offensus in mortis articulo est in plenitudine sui intellectus, homo bonæ conditionis, ac famæ, & tale delictum non possit per alios probari, tali casu
6 †oritur indicium ad torturam cõtra criminatum. Hanc opinionem multi Recentiores mordent, & refellunt: Mihi aũt Hipp. opinio æqua vr̄: non est. n. existimandum offensum velle excusare offendentem, & alijs imputare, cum nõ sit maius odium, quam cõtra vul-
7 nerantem, & occidentem. Limito †tñ dem Hip. hoc pacto: videlicet, si delictum secutũ fuit nocte, tꝑe obscuro, tũc tali dicto nõ est credendum, ꝗa verisimile est offensum scire nõ posse certe offendentem, arg. l. hac cõsultissima. §. cũ humana fragi. C. ꝗ test. fac. pos.
8 Idem in alijs †casibus, in ꝗbus similes circũstantiæ resistũt, & cõtradicũt, vtputa, licet fo-

ret in meridie, sed offendẽtes erãt ꝑsonati: qa similiter dicto casu offensus nõ põt cognoscere offendẽtem. Et hunc casum semel
9 iudicaui. Et in duobus † tꝑibus offensus nõ ꝑsumit mentiri. videlicet in articulo mortis & subito qñ fuit offensus, nam tꝑe medio per suggestionem plures mentiri deprehẽsi
10 sunt. Mulier † clamãs sibi iferri vim, facit in
11 diciũ, si reus fuerit cognitus. Itẽ si qs † clamet cõtra offensũ, licet nil agat, cẽsetur cõscius.

1 *Famæ, seu dicto gentium an & quando sit credẽdum?*
2 *Fama quando faciat indicium ad torturam?*
3 *Fama sola quis torqueri non debet.*
4 *Fama quid sit, & quomodo diffiniatur?*
5 *Credulitas testium etiam fide dignorum non condemnat, & multominus vulgi, aut populi.*
6 *Voces populi uanæ non sunt audiendæ: nec eis est credendum.*
7 *Fama est solum ꝑparatorium inquisitionis, non autem fundamentum torquendi reum.*
8 *Deo explorata sunt omnia, & intuetur cor.*
9 *Fama unde originem traxerit, an sufficiat inspicere ad hoc, vt ex ea possit ad torturam procedi?*
10 *Fama sola non debet parere aliquod indicium ad torquendum, sed ad inquirendum tantum, siue ad coadiuuandas alias probationes.*
11 *Intellectus l. de minore. §. tormenta. ff. de q̃stio.*
12 *Fama uehemẽs an faciat indiciũ ad torturam?*
13 *Testibus non testimonijs creditur.*
14 *Christus ob uoces populi fuit crucifixus.*
15 *Intellectus l. decurio. C. de pœnis.*

De fama, seu dicto gentium. Cap. II.

DE fama apud Oratores, sicut apud nos exempla nõ desunt: Alij enim
1 † dixerũt nõ temere famã nasci solere, qn subsit aliquid. Sed alij dixerũt famæ credi, qñ ẽ sine certo auctore dispsa, cui malignitas initium dedit, incremẽtũ credulitas, ꝙ nulli non, ẽt innocentissimo possit accidere fraude inimicorũ falsa vulgãtiũ. Sed sc̃d̃m Gãd. in ti. de qõ. publica vox,
2 † & fama orta cõtra aliquẽ statim commisso delicto in loco commissi criminis à ꝑsonis fidedignis parit indicium ad torturam: & rõ est, qa fama orta subito commisso cri
3 mine, crimini inesse vr̃. Propter tñ † solam famam qs torqueri non debet, & rõ est, qa demũ unius multitudo facile seqtur. qua de re fama, & infamia cõtra aliquem facile oriũtur, & ita fere oẽs sentiũt, vt in l. admonẽdi. ff. de iureiu. Et arguẽdo à diffinitione famæ, nullum affert indicium: nam fama nõ
4 † est aliud, nisi dicto gentium, siue vulgi ex imaginaria opinione, siue credulitate ꝓcedẽs: & sub tali diffinitione comprehẽditur tam bona, q̃ mala fama l. 3. §. Idem diuus. ff. de testi. Et tali famæ, siue dicto Iudex nõ
5 debet fidere, cum credulitas † testiũ q̃uis fide dignorum nõ cõdemnet. l. testium. C. de testi. tãto minus vulgi, aut populi, iuxta illud. Scinditur incertũ studia in cõtraria vulgus, Idẽ in l. decurio. C. de pœn. ibi. Vanæ uoces
6 † populi nõ sunt audiendæ, nec enim uocib. eorum credi oportet. Quamobrẽ existimo
7 famam esse ꝑparatoriũ tãtũ inquisitionis, nõ aũt fundamentum torquendi reũ. Idem vr̃ ꝓbari sn̄ia diuina, iuxta illud: descendã, & uidebo si clamorẽ, q uenit ad me, opere ꝑfecit, vbi Deus ꝑ clamorem non aliqd iudicauit. Qua de re dixit, descẽdã, & uidebo, & intellige ꝙ dixit tanq̃ Iudex, nõ tanquã
8 Deus, qa † Deo explorata sunt oĩa, & ĩtuetur cor. c. 16. Regum primo. Alij dixerunt
9 oportere cõsiderari, unde fama habuit † originẽ, & sic ꝑ originem ꝓcedeť ad torturã, si origo erit talis, ut ꝑ eã ꝓcedi possit. Istud nõ satisfacit (q̃uis origo famæ sit semper habenda) nã considerata origine ꝓcedetur sc̃d̃m eã, cõsequẽter sc̃d̃m indicia ꝑcedẽtia famam. vtiq; erimus in casu indiciorũ, ꝑ q̃ ꝓcedetur ad torturã, si erunt talia, vt ꝓcedi
10 possit, non tñ ꝑꝑ solam famam, quæ † sola non debet parare aliqd̃ indicium ad torquẽdum, sed ad inquirẽdum tãtum, siue ad coadiuuandas alias probõnes, & ita iudicio
11 † meo intelligitur. l. de minore. §. tormẽta. ff. de qõ. Secus sc̃d̃m Hip. in uehementi fa
12 ma. in §. diligẽter, nu. 18. ibi. ꝙ fama † nõ faciat indicium ad torturam, non hẽt locum in uehemẽti fama. Nam uehemẽs fama est sufficiẽs indiciũ ad torturam sc̃d̃m Bart. in cons. 192. Hæc aũt opinio nõ placet: qa Iudex nõ dẽt cõsiderare, quia dicitur, sed vnde, & quid, & quale dicitur, & à qbus, testib.
13 † enim nõ testimoniis creditur l. 3. uers. tu magis scire. ff. de testi. Et ꝓ hac opinione ui de tex. c. 22. Exod. ibi, nec ĩ iudicio plurimorum acquiesces snĩe, vt à vero deuies. Exẽplo ẽt ꝑniciosum ẽ cũ magni, sanctiq; viri vulgi opinione perierint, & trucidati sunt.
14 Omitto antiquos, & in vnũ finio, † Xps. n.

per

per uoces populi crucifixus est, quare &c. Et
5 lex Decurio † supra allegata loq̄tur de hac fama. Nam vt dictũ est in c. de fama reorũ in prin. fama dupliciter consideratur vt ibi.

1 *Confessio extraiudicialis facit indicium ad torturam, dummodo sit uerisimilis, & sit probata per duos testes.*
2 *Cõfessio facta ab irato, ebrio, vel stolido nõ ualet.*
3 *Confessio extraiudicialis sine causa non valet ad obligandum, inducit tamen semiplenam probationem, licet sit factum sine scriptura.*
4 *Confessus legitime in iudicio, põt ad totum id, super quo proceditur cõtra eum ciuiliter, vel criminaliter condẽnari, licet processus sit ineptus.*
5 *Indicium oritur cõtra eum, qui dicit se primo occisum inuenisse, vel primo homicidium uidisse.*
6 *Ingerens se est suspectus.*

Ex dicto post delictum. *Cap. III.*

1 PRopter confessionẽ † extraiudicialem põt torqueri, dũmodo sit verisimilis & sit probata per duos testes. Itẽ con
2 fessio† facta ab irato nõ ualet, gl. est in c. ex literis de diuor. Idẽ ab ebrio, siue aliter
3 stolido. Itẽ cõfessio† extra iudicium sine cã, scd̃m oẽs nõ ualet ad obligãdũ. inducit tñ semiplenã ꝓbõnem, licet sit facta sine scriptura. vide Matthesil. in sing. 13. secus facta in iudicio, q̄a tũc calor iudicii supplet defectum, not. in l. 1. C. de confess. Item quoties
4 apparet† reũ in iudicio legitime confessum totum id, super quo proceditur contra eum criminaliter, seu ciuiliter p̃t cõdẽnari, q̄uis totus ꝓcessus sit ineptus. Sed de cõfessione, ne bis repetatur, vide ĩ c. 8. & fi. de tormẽtis.
5 Item indiciũ† aliqñ sumitur cõtra aliquẽ, q̄ primo dicit occisum inuenisse, & cõtra aliquẽ q̄ primo dicit uidisse homicidiũ scd̃m Parid. de Put. in verb. tortura in fi. Et rõ est,
6 ꝙ quis† se ingerit suspectus est, uide Hipp. §. diligenter nu. 150. Sed dic contra, nisi alia concurrant, vt inimicitia, & similia.

EX NON DICTO.
Tractatus IX.

SVMMARIVM.

1 *Taciturnitas imitatur confessionem.*
2 *Taciturnitas domestici parit indicium ad torturam exemplum hic ponitur.*
3 *Reus interrogatus per iudicem, si non respõdeat, potest etiam sine indicijs torqueri.*
4 *Recipiens literas debiti, si nihil dicat, videtur debitum fateri, & quomodo id procedat? Et an id in criminalibus habeat locum?*
5 *Positioni duo continenti respondens, si dicat de uno non credere, an de alio fateri credatur?*
6 *Tacens habetur pro contradicente in onerosis, & obligantibus personam, nisi vltra taciturnitatem fecerit aliquem actum, qui videatur venire ad probationem actus.*
7 *Taciturnitas nocet quoties reus tenetur respondere negando, aut confitendo.*
8 *Constitutio si fiat tertio præsente, & tacente, ille non dicitur consentire.*

EXtremum aũt, aut taceatur oportet, aut concedatur, aut negetur. Si tacebitur, aut elicienda est r̃nsio, aut q̄m
1 †taciturnitas imitat̃ cõfessionẽ, ac si cõfessum sit, cõcludere oportebit, vide Cic.
2 in 1. de Inuent. c. 8. Taciturnitas† domestici parit indiciũ ad torturã. & dicit Par. de Put. ꝙ q̄dam mulier diu tacuit mortem viri sui, & quadam die clamauit reperisse eum mortuum, q̄ fuit capta, & torta cõfessa fuit interfici fecisse virũ. vide eũ in verb. tortura, col. 3. Sed hæc cõclusio nõ est tuta, & req̄rũtur alia simul scd̃m Hip. in §. expedita. Itẽ reus
3 interrogatus† per iudicẽ non r̃ndens, põt torqueri, ẽt sine indicijs. vide in trac. de tor
4 men. c. 3. Item si scribis † alicui, ꝙ reddat tibi cẽtũ ei mutuatos, recepit litera, nihil dicit, vr̃ fateri, Bar. in l. quo. n. ff. rem rat. habi. Sed limitat, ꝙ testes, q̄bus p̃sentib. dabitur litera habeant copiam, & ꝙ adsint qñ aperitur. vide Matthes. in sing. 22. Itẽ si scribetur tibi, ꝙ sunt testes, q̄ dñt, te per insidias occidisse Gaiũ, si accipis lr̃as, & nihil dicis, oritur indicium ad torturam, licet multi contra sentiant. vide Hipp. in §. diligẽter, nume.
5 138. & Blanc. num. 224. Item si quis r̃ndet positioni, quæ cõtinet duo, videlicet, ꝙ cõmodaui tibi Codicem, & Volumen. tu r̃ndens, non credo de Codice, videris fateri de Volumine. Idem ẽt si q̄s interrogetur extra iudicialiter secundum gl. in c. non ne. de p̃sump. Sed secundum aliquos ex supradicta cõfessione tacita solũ oritur semiplena pro-
6 bõ. vide Rom. in sing. 78. Et secũdum† multos in onerosis, & obligantib. personã tacẽs habe-

habetur pro condicente: nisi vltra taciturnitatem fecerit aliquem actum, q. videatur venire ad ꝓbonē actus. not. in l. q. patitur. ff.
7 mād. Sed in pdictis † credo taciturnitatē nocere, quoties reus tenetur respōdere negando, aut confitendo, ꝓut crialiter, quādo interrogatur p Iudice: & ciuiliter, quādo monetur respōdere positionibus, siue alijs actibus. arg. l. 2. §. ꝙ obseruari. C de iur. calū. Et dicit Ro. in sing. 482. ꝙ si est facta constitutio, tertio pſente, & tacente non dicitur cōsentire: quod est notandum in hac materia.

1 *Mendaciter respondens, an possit torqueri?*
2 *Variatio, seu mendacium in quibus, & circa quæ noceat?*
3 *Mentiri in quibus liceat propter salutem?*
4 *Accusatus de homicidio, si negauerit, si postea probetur occidisse, poterit dicere fecisse ad sui defensionem.*
5 *Delictum quo casu per mendacium approbari videatur?*
